This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



5.17.4.6
P.L. 888
T6
E 56
1614

Thucydidis Athenienſis

DE BELLO PE

LOPONNESIACO LIBRI OCTO,

è GRÆCO SERMONE IN LATI-

num nova interpretatione

converſi:

CVM ANNOTATIONIBVS IN EVN-

dem perpetuis: nominum item propriorum tam ho-

minum, quàm Regionum, Inſularum, Vrbium,

Fluminum, Montium, &c. deſcri-

ptionibus.

CHRONOGRAPHIA INSVPER IN THV-

cydidem: & veteris Græciæ Geographia, æneis

typis ſeorſim excuſa.

Cum Indice rerum & verborum præcipuorum.

AVCTORE

GEORGIO ACACIO ENENCKEL,

L. Barone Hoheneccio.

ARGENTORATI.

Sumptibus LAZARI ZETZNERI Bibliop.

Anno M. DC. XIX.

K.H.

TYPOGRAPHUS L. S.

Generoſo Vino, Benevole Lector, hedera non ſuſpenditur, nec proba merx emptori ſupplicare ſolet: idem optimis & probatiſſimis libris accidit, alieno quippe encomio non indigent, ſuâ contenti virtute & eruditione omnes omnis bonæ literaturæ Candidatos in ſui amorem alliciunt, & aut in emptionem, aut ſi hæc decollavit, deſiderium vocant.

Talis eſt verſio hæc Generoſi & Illuſtris Baronis GEORGII ACACII ENENCKEL *&c. qua, ut ſapies ex doctiſſimis viris me audiviſſe memini, tantùm ſolidæ eruditionis, tantùm optimi ſeculi Latinitatis, tantùm totius Græciæ & Linguæ & Locorum cognitionem, tantùm denique induſtriæ & ſedulitatis alit, ut in parili labore & conatu prætulerint neminem, & dempto titulo Romæ Thucydidem natum eſſe & ſcripſiſſe non paucis imponi poſſe affirmârint. Unde factum eſt, ut prioris editionis exemplaria avidis animis empta, & ad unum omnes diſtracta fuerint: Ego verò quotidianis flagitationibus compulſus verſionem iſthanc Thucydideam ſub prælum revocare, & tanto hominum ſtudioſorum deſiderio, quod in me eſſet, ſatisfacere voluerim. Debuiſſem quidem hanc reiterationem inconſulto Illuſtri Autore non ſuſcipere: quia verò fama, eum in vivis eſſe deſiſſe mihi impoſuit, atque poſt abſolutum ferè opus latius demum nuntium advolavit, quod priorem famam damnavit, meq; do Generoſitatis eius vitæ (quam longævam ex animo precor) certiorem reddidit: Spero Generoſum Autorem nullam indignandi habiturum occaſionem, cùm opus ipſum eâ perfectione ſe commendet, quæ nec additionem nec detractionem admittit.*

Faxit DEUS, *ut hoc opere & reiterato labore, in Reipub. literariæ commodum, utriuſque linguæ propagationem, & tam ſedulum quàm neceſſarium conjugium feliciter diuq; fruaris. Vale.*

INTER-

INTERPRETIS AD LECTOREM PRÆFATIO.

CUM SEMPER, EX QUO INgenuis instituti artibus cœpi, id unum omnium mihi in hac vita antiquissimum ducendum putarem, ut de Republica patriaque (pro qua mori nos, & cui nos totos dare, & in quaomnia nostra ponere, & quasi consecrare debere, Cicero ait) benè aliquando & honestè mererer: eò mihi omnem juventutis meæ rationem transmittendam, omnesque opes & vires ab cœlesti numine datas conferendas, judicavi; ut postquam veræ pietatis, scientiarum ac honestatis principiis animum informassem, reliquum omne ad civiles pacis bellique artes, Rerumpublicarum inde à condito mundo rationes, percipiendas intelligendasque conferrem; & quid in unaquaq; boni vitiive, quid perpetuitatem, quid perniciem singulis potissimùm attulisset, cognoscerem. quod ex historiarum præcipuè lectione fieri posse, sapientissimi viri tradiderunt. Est enim historia velut animata quædam, potesque ad mentes hominum permovēdas, Philosophia; quòd universalia illa & generalia sapientum præcepta, animos quidem sublimi

falsi veriq́ue cognitione instruunt: sed quia longiùs ab sensibus, quibus ferè reguntur actiones nostræ, recedunt, minùs ad imitandum agendumq́ue stimulare solent, quàm singularia historiarum notata personis ac locis aliisq́ue circumstantibus exempla. Quin plus ad imitandum intelligendumq́ue historiarum interdum documenta prosunt, ac ea in quibus quotidie versamur, quæq; sub oculis nostris contingunt. Ab nostris enim quæ geruntur, ea plerunque favore vel odio, spe vel metu, misericordia vel ira, aliisq́ue affectionibus animorum perturbati, haud sanè integro judicio considerare solemus: & quibus favemus, ab his omnia rectè & laudabiliter gesta prædicamus; quos odio habemus, omnia negligenter, ineptè, improbè gessisse censemus. sic fit ut ex neutris, quod ex usu sit nostro nostræq́ue Reipublicæ discamus. At historiarum monumenta, quæ de diversæ vel ætatis vel gentis locive hominibus & rebus gestis narrant, liberum nullisque affectibus impeditum lectoris animum admittunt. ac licet partium quandoque studiis capiatur, levis tamen is affectus, & discuti facilè, & syncerum lectoris de unoquoq; judicium pati potest: qui super cætera eo quoque commodo juvatur, quod quæ alii suis malis cladibusque sunt edocti, ipse metu liber extraq; discriminis aleam, per nosscere & ad animum revocare

potest,

poteſt, tutoque adeò in littore conſiſtens,
Neptunum procul è terra ſpectare furentem.

Non eò hæc dico, quòd ſine uſu rerum & experientia, ex ſola ſcientiarum & hiſtoriarũ cognitione, ſatis poſſe ad virtutem prudentiamque civilem hauriri putem: ſed illud inprimis contendo, eos demum utiles eſſe ſalutaresq; patriæ cives, qui non impetu quodam animi, nec forte quadã aut generis nuda prærogativa, ſed ex præparato inſtructoque, & excelſarum rerum ſcientia exculti, & illuſtrium exemplorũ documentis firmati, rempub. capeſſunt. Quippe ut viridis humidaque materia, quæ minus igneæ in ſe continet naturæ, difficilimè & ſuccenditur & ſuccẽſa retinetur; arida contra ſiccaq;, vel levi injecta ſcintilla inflammatur, conceptumque ſemel ignẽ firmiſſimè retinet, & ipſo etiã motu ac agitatione auget: ſic quicunq; imparâti inculticq; ad negotia & res gerendas, quarum ſimile nihil priùs viderunt vel legerunt, accedunt, ægerrimè & plerunque multis ſuis ſuorumque damnis ad aliquem rerum uſum & peritiam perveniunt qua tamen, ut parùm rectè formatis ad virtutem animis, ſæpè ad res pravas abutuntur, ſæpè inopinato aliquo & gravi objecto caſu, & ipſi fœdè labuntur, & patriam ſecum in præceps trahunt. at qui iam priùs ad veram pietatem honeſtatemq; animos conformârunt, eoſdem rerũ exem-

plorumq; plurimorum notitia inſtruxerũt: hi vel parva rerum experiẽtia (cùm nihil hodie novi fiat, ſed quæ jam olim facta ſunt locis ſolùm perſonisq; mutatis gerãtur (ad magnam prudentiã & in rebus gerendis induſtriã pervenire ſolent: quæ quia veris innititur fundamentis, ſtabilis eſt inſuper perpetuaq;, & magno patriæ emolumento majorib. indies incremẽtis augetur. Igitur mihi, qui ab pueritia plurimùm hiſtorias amare, excellentium q́ue belli & pacis artibus virorum gloriam ſuſpiciens, me eorum ſimilem fieri optare, ſolebam: T. Liviũ & Thucydidẽ, Romanæ illum, hunc Græcæ, hiſtoriæ haud dubiè principes, optimus fidiſſimusq; Præceptor meus MICHAEL ZIEGLERUS, Philoſophiæ Profeſſor, aſſiduè legendos voluendosq; commendavit. Cujus præceptũ ſecutus, cùm brevi magno utrunque ſcriptorem amore & veneratione complecti cœpiſſem: in Thucydide tamẽ, ob breve denſumque dicendi genus, multa obſcura & difficilia ad intelligendum inveni: nec ab interpretibus, quos tunc habebam, L. Vallã & V. Winsheimio, ſatis auxilii erat; quòd interdum non aptè Thucydidis exprimere ſenſum, interdum æquè vel magis etiam breves & obſcuri eſſe videbantur. Nectamen abſterritus tanta difficultate, cùm utique aſſidua lectione omnes me hujus ſcriptoris ſalebras ſuperaturum ſperarem: quo magis & ſingula

verba ſententiasque ponderarem, & ſe-
animo concepta retinerem; univerſum
ræco in Latinum ſermonem convertere
i: paulatimque uſu dictioni Thucydidiæ
ſcens, ſimul quæ ſcripſeram itendidem
ens & emendans; magis magisq;, etiam
priùs obſcuriſſima viſa fuerant, apertiora
ieri ſenſi. Itaque cum nihil jam dubita-
, cuin univerſam Thucydidis in hiſtoria
tem diligentia & aſſiduitate aſſequi poſ-
idem meus Præceptor ZIEGLERUS,
nihi primus in manus dederat, ut in pu-
um ederē Thucydidis converſionem au-
& hortator factus; ad diverſum omninò
ore inſtituto conſilium animum cōver-
Quippe qui meo judicio nihil hujuscemo-
hac ętate moliri auſus fuiſſem, jure quo-
me obſequi debere ei viro judicavi, cui
nultos jam annos, exiſtimationem meā
ommodi non minus quàm propria curæ
e ſcieban; cui ingenium meum & vires,
iquam alteri, in tali re notas eſſe crede-
; quem denique in aliis omnibus ad id
rum felici ſemper eventu me ſecutū te-
am. Major itaq; conatu rem aggreſſus,
ndoquidem liorum editiones id potiſſi-
n ſpectare vili, ut ipſum Thucydidem,
ua ſcripſit lingua, legere volentibus ſub-
m ferant, nec am hiſtoriam exponant,
m Græcam linguam expoliant, diverſi

generis conversionem quandam instituendã judicavi, quæ mentem historici ritè exprimẽs, nec extra sententiæ limites egrediens, nonita tamen verbis & contextui inhæreret, ut ron Latinitati integritatiqúe sermonis, quantum fieri posset, locus daretur. Indisertum namque interpretem Cicero vocat, qui verbum èverbo exprimere conatur: cùm sit verbum quod idem declaret magis minúsvè usitatum, interdumque quod uno Græco, Latinis pluribus verbis sit exponendum. Et Gellius libr9. non omnia omninò verba, in eum in quem dicta sunt modum, ex Græcis vertenda, monet. perdunt enim gratiam pleraque, si quasi in vita & recusantia violentiùs transferantur. Quocirca qui Græcum legere Thucydiden vel nequeunt vel nolunt, quiqúe historam magis civilesqúe virtutes atq; artes quàn Græcam (quanquam & hac in parte mea cæteris juncta utilia erunt) linguam ex Thucydide discere volunt: his ego præsentem conversionem aptam accommodatamqúe puto. Nam & genus dicendi secutus sum liberum, exque Titi Livii eloquentissimi viri sermone, quantum à me fieri potuit, formatum, & annotationes explicationesqúe ejusmodi, quales cæteri non ediderunt, adjeci. Aiorum nanq; annotationes vel circa Græca Thucydidem totæ sunt occupatæ, lectiones in eo emendantes instaurantesqúe, vel nudam sententiam

Thucy-

ıcydidis explanant, ulteriora vel nihil vel
ım attingentes. viri enim doctiſſimi, ſuũ
q; inſtitutum ſunt ſecuti. In meis autem,
ſolùm converſionis quandoq; cauſſas &
ones oſtendi; orationes & concionesin
es Rhetoricè diſtinxi; argumenta ſingu-
m & rationes indicavi: ſed & quæcunq;
mediocriter obſcura apud Thucydidem
fuerunt, quanta potui diligentia patefe-
reſpub. & magiſtratus domi militiæque,
rum mentio occurrit, explanavi; quæ ab
ıcydide in hiſtoria vel leviter attinguntur
breviùs dicuntur, ex aliorum Scriptorum
numentis enarravi; quæ ab aliis qui eadẽ
psêre vel paulò aliter vel fuſiùs narrãtu r,
a item dictaq́; & ſententias aliorum co n-
iles multas, adjunxi. nam & jucundu m,
ıutile ſolùm eſſe putavi, quæ alii de eiſdẽ
us ſcripsêre cognoſci. Deniq; quid in uni-
ſa hiſtoria, quid in hac vel illa parte, vel ad
tandum vel ad vitãdum in vita civili diſci
ſit, meam quoq; interdum ſententiam &
ones(quod cuique in ſuo liberum eſt)in-
ponens, oſtendi. Hiſce annotationibus ex-
ationum inſuper duos ordines adjunxi.
er hominum propria nomina complecti-
,& quæ in aliis præter Thucydidem aucto-
ıs, ad hiſtoriam noſtram accommodata
eni, ſubminiſtrat. Alter gentes, inſulas, ur-
, montes, flumina, quorum eſt in Thucy-

dide mentio, breviter deſcribit: ut ſi quid eorum in lectione ſcriptoris occurrat, inibi extemplò, qui ſitus, origo, facta, aliaq; huc pertinẽtia inveniri poſſint. Vterq; multa ad Thucydidis lectionem partim neceſſaria, partim non indigna, in annotationibus prætermiſſa, ſuppeditabit. nam quia eiuſdem ſæpè hominis eiuſdemq; loci, non una, ſed pluribus in partibus, mentio occurrit: rectè me facturũ judicavi, ſi ſemel certo loco de unoquoque, quod omnibus ſatisfaceret, indicarem. quod in annotationibus ipſis ſi facere inſtituiſſem, vel moleſtam plerunque eiuſdem in diverſis locis repetitionem, vel eius quod una parte dixiſſem, in altera deſiderium attuliſſet: cùm hoc quem tenui modo, quiſq; quod in eo genere requirit, promptè expediteq; certo loco inveſtigare poſſit. Poſtremò cùm illuſtria duo hiſtoriarum lumina, temporum locorumq; eſſe notitiam, nemo ignoret: hac quoque in parte lectorem meum juvandi conſilium cepi. Nam Græciæ temporum deſcriptionem, à Cecrope primo Athenarum rege, uſque ad finem belli Peloponneſiaci (quo ſpacio omnes ferè, quæ apud Thucydidem leguntur, res geſtæ ſunt) ſum perſecutus: & ex Romanorum ac Hebræorum hiſtoriis eiuſdem temporis res inſigniores adjeci: ut non Thucydidiæ ſolùm hiſtoriæ ſeries & intervalla ob oculos ponerentur, ſed aliorum quoque cum Græcis tempo-

temporibus conveniētia perſpiceretur: quæ res & ad cognoſcendum jucunda, & ad reminiſcendum idonea eſſe ſolet. Geographicam verò terrarum deſcriptionem, talem mihi perficiendam ſumpſi, quæ tum aliis rerum Græcarum ſcriptoribus, veluti Herodoto, Xenophonti, Diodoro, Plutarcho, nec non T. Livio, &c. legendis utilis eſſet; tum verò inprimis Thucydidi inſerviret, omnesq; Græciæ & huic finitimarum regionum, quæ apud eum memorantur, gentes, flumina, montes, oppida, inſulas, &c. (pauciſſima excipio, quæ ſpaciorum anguſtiis excluſa non magnoperè deſiderabuntur; unumque item & alterum, quorum ſitum nec ex Thucydide, nec alio auctore vel levitor conjicere potui) contineret. Ptolemæi nanq;, quæ hodie extat, deſcriptio, non ſolùm multorum locorum gentiūque etiam ſitus non habet, ſed & illa quæ tradit, perſæpè & ab Thucydide & ab aliorum narratione diſſentiunt. ſimul quia aliquot ætatibus recentior Thucydide Herodotoque fuit Ptolemæus, urbium & locorum nomina, regionum termini & appellationes, aliter interdum, quàm antiquioribus temporibus fuerant, produntur. Igitur cùm Ptolemæum ſequi me non poſſe viderem; recentioris autem Græciæ deſcriptores non parùm ab Ptolemæo diſcrepanteis, quemadmodum aliarum regionum poſitus exquiſitiùs tradūt, ſic

Græciam

Græciam quoque accuratiùs deſcripſiſſe putarem; quin & vetuſtis ſcriptoribus aptiùs interdum Ptolemæo congruentes invenirem: decrevi tandem horum fundamenta, quantum licebat, ſequendo, aliorumq; hiſtoricorũ & geographorum traditiones obſervando, ejuſmodi conſtruere deſcriptionẽ, quæ quoad fieri poſſet majori aut fide digniori parti conſentiret. Fuit id mihi longè difficilimum, quòd inter ſe jam noſtrates, jam priſci, jam hi cum illis, aut unus eorũ cum cæteris, pugnare ac diſſentire videbantur. Veruntamẽ operi inſiſtens, ſtudio tandem ac labore, nũc ſingulos inter ſe conciliando, nunc quid magis minúſve ſequendum probabiliter judicando, defunctus opere, hanc deſcriptionẽ peregi; quæ, ut dixi, Thucydide prçcipuè, & ſecundum eũ aliis quoq; ſcriptorib. legendis intelligendisq; utilis & accommodata eſſet. Hunc in modum confectam inſtructamq; Thucydidis converſionem, cùm inſuper clariſſimo Latinis Græcisque literis Viro, M. CRUSIO, DAVIDI item MAGIRO, utriuſque Juris Doctori & Profeſſori, viro, ut omnis civilis rationis, humaniorũq; literarũ peritiſſimo, ita mihi longè clariſſimo multũq; honorando: legendam ac cenſendam dediſſem; hique & probarent operam meam, & uti in publicum ederẽ hortarentur: tandẽ quo & præceptorũ meorum voluntati obtemperarem, & publicæ uti-

cæ utilitati hoc qualicunque labore meo inſerviendi principium facerem : Thucydidis converſionem cum annotationibus reliquisque his adjunctis in lucem publicumq; prodire ſivi: non ſanè quòd doctiſſimorum virorum, qui ante me in hoc genere elaborârunt, gloriæ obtrectare, aut alios premendo me efferre vellem : ſed ut nobiliſſimum hunc ſcriptorem, noſtrisq; temporibus & Rebuspubl. multis de cauſis aptiſſimum utiliſſimumque, quàmplurimis commendarem ; ac monerē, ut id potiſſimùm ex tali monumento peteret unuſquiſque, cujus gratia ipſe Thucydides ſe hiſtoriam ſcripſiſſe profitetur ; dum in Exordio, non aurium ab ſe voluptati inſervitum, ſed iis, qui res præteritas accuratè noſſe, & in his, quæ iterum eodem conſimilique modo ſint uſuventura, hæc ad ſuum commodum velint adhibere, κτῆμα ἐς ἀεὶ præparatum compoſitumque ſcribit. Nam profectò ut hiſtoriam ſcribere res ardua difficilisque eſt, ita vix alius fideliter æquè dextreq; hiſtorici munus expleviſſe videtur. Non enim externa & longinqua negotia, quæ fama potiùs plerunque quàm incorruptis teſtimoniis nituntur, ſed ſuæ gentis, ſuę ætatis res ſcripſit: nec terminato demum bello, aut hortatu aut gratia cujuſquam motus ad ſcribendum animum adjecit ; ſed primo initio aſpectuque belli excitatus, ut omnia ſingulorum conſilia, facta, dicta-

dictaq; accuratè noſceret, nullis nec ſumptibus, nec laborib. pepercit. Nec is fuit, qui non ipſe in repub. & rebus gerēdis verſatus, ſuum tantùm imperitum civilium negotiorum judicium ſecutus (qui multorum eſt error) non debita res prudentia uſuq; ſcripſerit: ſed qui clariſſimo genere natus, divitiis & opibus præpollens, interque primos ſuæ patriæ cives, hoc ipſo bello militum præfectus, ea in hiſtorias retulerit, quibus partim ipſe interfuit, partim ab aliis qui interfuerunt tanta cum cura & diligentia perquiſivit, ut memoriæ proditum ſit, certis eum hominibus in ſuis hoſtium q; caſtris pecunias dare ſolitum fuiſſe, qui ut quodque ab utraq; parte geſtum eſſet, diligenter notatum referrent. Evenit inſuper, ut quod aliis calamitoſum eſſe ſolet, id ipſius inſtituto magnam cōmoditatem afferret. quippe in exilium ab civibus præter meritum pulſus, & ad hoſtes ſe recipere coactus, non ſuorum tantùm, ſed hoſtium quoq; res per ſe & ſine periculo cognovit. ſimul otium nactus, omnia ſtudioſè elaborandi, uniq; huic rei ſe totum dedendi, amplam habuit facultatē Ac profectò quanta cum fide & veritate ſcripſerit hiſtoriam, ſi ex alia re nulla æſtimari poſſet, vel hoc ſatis erat; quòd cùm alioquin etiā excellentes hiſtoricos ſuæ gentis gloriæ & dignitati nonnihil tribuere videamus, adeò ſuis Athenienſibus non

ercit, adeò hoſtium, ac præſertim La-
niorum, gloriæ rectèque factis nihil
ut ipſi Athenienſes eum λακωνίζειν in
hoc eſt, Lacedæmoniorum partibus
dicârint: quamvis ipſe nec ſuorum
leat, nec Lacedæmoniorũ vitia pec-
rætermittat. Enimverò Thucydides
geſtas ſolũ factaq́; egregia fide ſum-
dicio enarrat, ſed conſilia ſingulorũ,
; & rationes tanta prudentia recen-
ut inutile admiſtum, nihil neceſſariũ
iſſum, videatur. Adeò nanq; attentũ
imque, multitudine & varietate uti-
m rerum ſe dignum retinet lectorẽ,
epiùs legitur expenditurq́;, hoc plura
ra ad uſum civilẽ ſubminiſtret. Athe-
ivitatis imperium, remq́; publicam,
lti deſcripſerint auctores, non ſanè
n æquè utiliter prudenterq́; tradidiſ-
r. accuratè enim & ſapienter per to-
ıceps hiſtoriam docet, per quos vi-
usq́; artibus, domi & militiæ, & par-
ıctum ſit imperium: tum qua forma,
onſiliis moribusq́; per breve tempus
ratum: deniq; quibus vitiis quibus-
atis mox præcipites ire cœperint A-
es, & paulatim collabente domi diſ-
noribus, foris ſubditorum animis
tis & alienatis, & imperio & digni-
na ſint ſpoliati. Athenienſes nanq;

Lace-

Lacedæmoniorum priùs, perinde ut cæteræ Græciæ urbes, ductum auctoritatemq; ſecuti fuerunt. Sed poſteaquam Perſicis bellis virtus eorum & fortuna enituiſſet, & Lacedæmonii tum in ipſa adminiſtratione belli ſegniores, q̃ eo perfecto ob Pauſaniæ violentum imperiũ, ſociis inviſi facti fuiſſent: maior ſociorũ Græciæ pars, ſpretis auſpiciis Lacedæmoniorum, qui negotiorum laborumq; impatientes, & ex præcedentium armorum tædio feſſi, ſe tantarum adminiſtratione rerum liberari non ægrè patiebantur, ad Athenienſiũ ſigna ſe contulerunt. Qui receptis in fidem ſuam tutelamque Græcis, & ipſi privatim ſuam urbem munierunt, & publico nomine Perſarum bellum acriter terra mariq; perſequentes, ſocios ſumma juſtitia, comitate, moderatione, rexerunt. Florebat tunc ingens conſilio ſolertiaq; Themiſtocles, patriæ ſuæ univerſæque Græciæ ſalutaris civis: & inclytus juſtitia Ariſtides, non vectigalia quæ Athenienſibus penderentur, ſed tributum quod in commune Græci contra barbaros conferrent, tanta æquitate deſcripſit, ut ſocii felicem Græciam & florentem & æternam illa moderatione cenſentes, Athenienſium imperio gauderent. tum Cimon excellens militari virtute ac fortuna imperator, & bella contra barbaros ſumma felicitate gerendo, & comitate Græcos alliciendo, fines imperii longè lateque propaga-

pagavit. Enimverò veriſſimè ab Saluſtio dictum, quodvis imperium facilè his artibus retineri, quibus initiò partum eſt. unde enim Romanus populus ad tantum faſtigii pervenit, niſi quod non minore fide ac juſtitia ſubditos rexit, atq; initiò in ſuum imperium tutelamq; recepit? ibi enim pax fida eſt, ubi voluntarii ſubjecti ſunt: & neque diuturna poſſeſſio eſt, in quam ſolo gladio inducimur, nec ubi ſervitutem eſſe cupis, fidē ſperare potes. Quòd ſi Athenienſes qua virtute & moderatione ad principatum venerunt, eadem deinceps Græcos continuiſſent, ducesq; ipſorum quàm domini, principes quàm tyranni, eſſe maluiſſent: cui dubium eſt, quin & diuturnius, & minore cum invidia, imperium habiturifuiſſent? Verùm enimverò Athenienſes, velut deſiderabilem efficere vellent Lacedæmonium principatum, ut primùm & barbarorum eis timor deceſſit, & privatim munitis opibus, ſatis collectum virium tam adverſus Lacedęmonios quàm ſocios putabāt: omnia mox diſparia primis initiis oſtenderunt, exutaq; qua priùs uſi fuerant humanitate, aſperè ſociis imperârunt, vectigalia militiamque acerbè exegerunt, parere nolentes vi & armis adegerūt. ita dū ſinguli impares opprimūtur, cæteriq; inter ſe diſſentientes mutuam opem non ferunt, nec conjunctis viribus reſiſtūt, & Lacedæmonii ἀναίσθητοι, ut ab Corinthiis li-

vocantur, opē implorantibus nō mature succurrūt: omnes paulatim amissa libertate Atheniensiū jugū acceperunt. Callido nanq; consilio Atheniēses, quia si ex aperto sine honesta aliqua juris specie socios in servitutem petere vellent, facilè futurum videbant, ut & illi præsenti manifestoq; periculo suo cōmoti, & Lacedæmonii ex diutino veterno excitati, velut ad commune incēdium extinguendum concurrerent: captim & ad singulos extendendo imperium, & κατ' ὀλίγον ἐπὶ τὰς πόλεις χωροῦντες, alios ob militiam tributúmve recusatum, alios dissensionibus ipsorumque bellis invitati, alios seditionib. suisq; ipsos peccatis opportunos, alios alia juris specie & prętextu oppugnātes, omnes paulatim sub imperium redegerunt. Nec ut injusti impotentesq; erga socios, ita in sua quoq; disciplina institutisque protinùs degenerârūt. quin iis artibus omnes celebratæ virtutis Respub. æquassent, ni fœda dominandi libidine (quæ ingentia sæpè decora ingrata invisaque reddit) occæcati, opibus & nervis suis ad privatum potiùs dominatum, quàm Græciæ emolumentum abusi essent. Non inferam hîc multifarias eorū, & imperii augendi avidis aptissimas virtutes dotesque; quarum plurimas lib. 1. Thucydidis hostes eorum Corinthii, plurimas lib. 2. Pericles recensent: quibus omnibus haud dubiè ad majores certioresque opes pervenissent,

ſent, niſi tot ac tanta decora aliis plerunq; vitiis & flagitii corrupiſſent. Humani nanque ingenii corruptam potiùs naturam, quàm rationem æquitatemque, ſequentes, & quod multorum exemplo faciebant, jure ſe facere putantes: imperandi cupidinem cauſſam juſtam bellorum dominatusq; habebant, ſemperque id quod omnem inter homines juſtitiam, fidem, conſortiumque tollit, ut maximè conveniens humanæ naturæ, in ore gerebant; jure ab valentiore ſubigi infirmiorem. Quid, quòd diſertè fatentur, ſe metu Lacedæmoniorum, honore & utilitate ſua, compulſos, & primùm imperiũ ſibi quæſiſſe, & quæſitum hactenus retinuiſſe. quorum trium ut nullum juſta piaque imperii cauſſa eſſe poteſt, ſic hodie permultis communes cum Athenienſibus imperandi rationes eſſe videmus. At enimverò non tutela, non honor, non emolumenta imperantis, ſed ſalus ſubjectorum unica juſti principatus cauſſa eſſe debet: quidquid ultra exceſſeris, tyrannidem ſpirat. Quare cui obſcurum eſſe poteſt, cur diuturnum aliis imperium, aliis brevius, pacatum florensq; aliis, aliis tumultuoſum afflictumq;, cœleſtis omnipotentia largiatur? favet enim pietati, juſtitiæ, fideique etiam civili Deus: quod iniquum eſt, quod violentum, odit deprimitque. Vnde Romanos, qui clemẽtia adverſus victos, fide in ſocios, juſti-

tia erga quosvis, cunctas nationes superârũt, in ampliſſimo idem omnium ætatum imperio collocavit: Athenienſibus ob iniquitatem perfidiamque, non modò inviſum, laborioſum, moleſtumque dominatum fecit, ſed & breviſſimo temporis intervallo ademit. Hi quippe ut ſociis è ſua ſolùm re imperârunt, ſic clades & pericula ipſorum parvi fecerunt: ipſoq; hoc bello Platæenſes fideliſſimos ſocios, fidemq; ſuam ſecutos diuturna obſidione, ne minimo quidem conatu ad liberandum eos edito, in conſpectu propè urbis ſuæ expugnari ab hoſte & trucidari ſiverũt. Quid aſperitatem in mediocriter ſuſpectos, crudelitatem in victos, ſævitiam in proprios cives, memorem? Quippe non benevolentia ſuos in fide retinentes, nec in ipſorum charitate ſpei quidquam reponentes; cùm metu ac terrore ſibi imperium tutandum putarent: ſedibus vel exigua ſuſpicione contactos ejecerunt; bello etiam ob levem cauſſam victos internecione deleverũt, clariſſimos optimeque meritos cives ob cæcas tantummodò ſuſpiciones, non tetra ſolùm invidia lacerârunt, ſed ne conſeneſcere, ne mori in conſervata auctaque patria inviolati poſſent, alios in vinculis occiderunt, alios ad hoſtes transfugere coegerunt. Iam inteſtina diſcordia, & ex certaminibus factionum ortæ ſeditiones; dum optimates & plebs ad ſe quisque omnia

trahunt,

trahunt, magisq; quorum in manu sit Respublica quàm ut incolumis sit, quærunt; & nunc ab civitate dissidet exercitus, nūc ipsa secum civitas discors intestinisq; odiis flagrans, viribus adversus hostes comparatis secum ipsa certans abutitur: omnia ad interitum spectantia urbis. Adde his oratores civesq; pravos, & sui tantùm commodi sine cura Reipublicæ studiosos: quos & aluit plebs, & in summum locum favore extulit, & optimo cuique in Republica civi opposuit. ac licet malignos pravosq; eorum mores notos interdum haberet; non invitus tamen improbitate talium & ventoso ingenio ad principes suos exagitandos, libidines flagitiaque perpetrandi, utebatur. Hi velut in id delecti, Rēpublicam præmii loco positam in medio habentes, alii (quorum principem Cleonē Thucydides depingit) quia in pacata & tranquilla civitate vel nullos se usquam vel conspicuos improbitate fore videbant, malæ se rei, quàm nullius, turbarum pessimorumq; consiliorū, duces & auctores esse malle: alii (quos inter Alcibiades eminet) opibus dotibusque suis ad insatiabilem cupiditatem & ambitionem explendā abuti; pernicioſa semper consilia moliri, quæ secunda cedentia, privatis emolumento, adversa reipub. exitiosa essent; & dum se quisq; principem esse contendunt, & ipsi invicem gloriæ aliorum obtrectare &

certatim plebi indulgentes, regi magis à multitudine quàm regere, & ad libidinem effrænati vulgi remp. ut navem ſine certo gubernaculo vagã, adminiſtrare. boni interim prudentesque cives ſilere, & pernicioſa talia improborum conſilia exequi cogi; ac ſeu malè res geſtæ eſſent, ipſi præcipuè iram impetumque multitudinis ſuis capitibus ſuſtinere, ſeu ſecunda rerum fortuna eſſet, inhonorati & ſine auctoritate deterioribus obnoxii degere. Athenienſi nanq; populo nulla gens unquam ſecundæ fortunæ intolerantior fuit: ut contrà Romanos eo fuit invictus, quòd in ſecundis rebus & ſapere, & conſulere ſibi ſciebat. Videre eſt tota hac hiſtoria Athenienſes in adverſis caſibus & cautos prudentesq; ſatis, & periculis manifeſtis conſtanti magnoq; animo occurrentes: at in ſecundis rebus, neque ſtatuere modum felicitati, neque cohibere ſe efferentem fortunam, adeoque nec victos nec victores quieſcere poſſe. Nunquã domi militiæque res Athenienſium magis proſperæ viſæ ſunt, quàm ante Syracuſanum bellum. cæcati autem captique tanta indulgentia fortunæ, bellum ut non neceſſarium, ſic ingens, ſibi concitârunt, veteribusq; inſuper in ſe hoſtibus irritatis, licet ardere omnia circa ipſorum urbem videbantur; non priùs tamen Sicilia abſtiterunt, quàm victi profligatique tantum pœnarum dederunt, ut orbi terrarum

terrarum documento eſſent. Caſtigati toti-
ctibus fortunæ rurſus ad ſaniora conſilia re-
verſi, cùm jam deleti extinctique viderentur,
reſtiterunt tamen animo conſilioque: & ad-
verſa ſecundis penſantes, acciſisq; velut ſtir-
pibus recreſcentes; ut primùm res ipſorum
meliores eſſe cœperunt, vix dum ex naufra-
giis priorum cladium emerſi, ad priſtinum
ingenium redierunt, pacem petentes Lace-
dæmonios repudiârunt, nec ullo deniq; mo-
do quietem pati potuerunt; donec ad ultimũ
amiſſo imperio victi captique, quanto altiùs
clati erant, eo fœdiùs corruerunt. Sed de his
in præſentia ſatis. Plura his majoraque alia
rerum utiliſſimarum exempla & prudentiæ
documenta, ex ipſo quisque Thucydide di-
ſcet: intelliget q; profectò, vix alium hodie eſ-
ſe vetuſtatis ſcriptorem, qui noſtris tempori-
bus convenientiora & aptiora tradat: tamq;
adeò quid in tali rerum ſtatu cavendum fu-
giendumque, quàm quid ſequendum & imi-
tandum, in illuſtri monumento ante oculos
ponat. Ego ſi illud hac mea editione conſecu-
tus fuero, ut tantæ utilitatis auctor pluribus
innoteſcat, pluresque inde quid ſibi ſuæque
Reipublicæ ſit utile & frugiferum diſcant:
inſtituto meo laborique abun-
dè ſatisfactum pu-
tabo.

THVCYDIDIS
VITA EX MARCELLINO, Suida, Aphthonio, Plutarcho, & ipſius hiſtoria, breviter congeſta.

à

G. A. E.

HVCYDIDES HISTORIArum ſcriptor, patrem habuit Olorum (quidam Orolus ſcribendum tradũt) ex Thracia regibus oriundum, matrem Hegeſipylam, & ipſam ſummo loco, Miltiadis & Cimonis clariſſimorum ducum gente, prognatam. Puer etiamnum ardentis amore virtutis literarumque, & qua utrunq; conſequitur gloria, animi fuit: adeò ut cùm aliquando in frequentiſſimo Græcia conventu Herodotum hiſtorias ſuas recitantem audiſſet, accẽſus emulatione laudum, lacrymârit. Quod videns intelligensq; tum Herodotus, patri Thucydidis: Beatum te, inquit, Olore, hac prolis felicitate prædico, filij tui indolem admirabili literarum ſtudio fervere cerno. Præceptorei in Philoſophia contigit, idem qui & Periclis, Anaxagoras, ſed cùm, ut alii id temporis Philoſophi, ſic & Anaxagoras tanquam minùs benè de diis ſentiens vulgò ſuſpectus haberetur, Thucydidem quoque atheiſmi ſuſpicio nonnulla aſperſit. In Rhetoricis magiſtrum habuiſſe fertur Antiphontem, cujus & octavo hiſtoriæ libro, ut prudentis

& ela-

& eloquentis viri, cum honore meminit. Filium habuisse fertur nomine Timotheum: & uxorem à Scapte syla Thracia, ditissimam, & metallorum auri fodinas ibidem possidentem. Cùm initio Peloponnesiaci belli horrendus Atticam morbus, quem lib. 2. accuratissimè describit, invasisset, ipse quoq; eodem contagio correptus, multis millibus circa eum civium absumptis, divinitùs tamen, velut natus ad id ut propriis calamitatibus in prodenda historia juvaretur, liberatus est. Sunt qui eum postquam ad virilem atatem venit, & foro & Repub. consultò se abstinuisse dicant. Alij tamen caussas egisse, & contra Periclem aliquando dicentem, vicisse, asserunt. Rempublicam quidem certè in parte jam capessierat, ac si diutiùs in patria ipsi morari licuisset, ad majoris haud dubio dignitatis fastigiũ ascendisset. Hujus enim ipsius belli anno octavo, in Thraciam prefecturam, infelici quamvis exitu, gessit. Oppugnabat tum Athenienseus in regionibus Thracia finitimis Brasidas Lacedamonius, multosq; illorum subditos, non tam vi & armis, quàm variis artibus, & singulari inprimis comitate, ab Athenienstum societate aversos in suas partes pertraxit. Is inter alia Amphipolin quoque ejus regionis urbem, Athenienstum coloniam tentaturus, cùm capto per traditionem Strymonis fluvij ponte, inopinato adventu omnem circa urbem regionem in potestatem redegisset, multos in agris cives suis rebus intentos cepisset, extemplò Amphipolitanos ad deditionem urgere cœpit. Non deerant

& florentiſſima parte. annos enim quadraginta in principio belli natum fuiſſe, A. Gellius lib. 15. c. 23. Noct. Att. ſcribit. Primo itaque exordio eius, quia utrinque tam Peloponneſios quàm Athenienſes florere coepiſſe belli, cæteram etiam omnem Græciã commotam in partes paulatim diſcedere, videbat: inſigne & memorabile imminere bellum prudenter conijciens, extemplò eius deſcribendi ſtudio incenſus, animum ut accuratè omnia pernoſceret applicavit. Eò igitur omnia in ipſum à natura fortunaq; congeſta bona impendens, multa Athenienſium & Peloponneſiorum militibus, multa aliis, largitus eſt, ut res omnes ſibi in bello geſtas dictasq; referrent. Horum tamen indicia non omnia promiſcuè accepta literis mandavit, ſed magno hac in parte judicio uſus, nihil, niſi cui vel ipſe interfuiſſet, vel ab aliis exquiſitè didiciſſet, evulgavit. Cùm autem initio belli collegiſſet ſolùm & conſignaſſet omnia dicta & facta, per exilium poſtea otij abundè nactus conſcripſit omnia, perpoliendoq; & in ordinem redigendo ornamentis convenientibus illuſtravit. Vniverſè autem in hiſtoria ſcribenda, utilitatem magis & fructum lectoris, quàm voluptatem, propoſitam habuit. itaque quamvis non paucas habeat mirè jucundas narrationes, nunquam tamen ob id rigida veritatis ſyncerique candoris limites voluit excedere. Eos nanque qui ſolam in hiſtoriis voluptatem venantur, ut indignos omni rerum utilium & honeſtarum cognitione, à ſua quoque hiſtoria non immeritò removendos

vendos censuit: prudentibus autem sobriisq; lectoribus tanto suam historiam acceptiorem & jucundiorem fore, quanto majore veritatis amantes fabulas odio prosequuntur. Aemulatus est autem, ut Marcellinus scribit, Homeri quidem dispositionē, Pindari verò grande & sublime genus dicendi. Librum octavum huius historiæ quidam Thucydidis esse negant: sunt qui eum filiæ tribuant: sunt etiam qui Xenophonti. Sed cùm ille liber, non æquè quidem ut priores elaboratus, aliorum tamen etiā maximorum scriptorum monumentis nihil cedere, videatur: muliebris ingenij opus esse haudquaquam potest. Xenophontis quoque non esse, haud agrè judicabunt, qui rationem dicendi utriusque scriptoris observant. Verissima eorum sententia, qui Thucydidis eum esse, (quod & ipse stylus non obscurè evincit) sed rudiorem adhuc, neque ex voluntate & voto auctoris elaboratum, ajunt. Totum enim hocce bellum cùm scribere instituisset, invida mors ei præclaros & immortales conatus interrupit. Obijt quinquagenario major, in Thracia, ut quidam ajunt. Alij Athenis violenta morte sublatum tradunt, cùm post Sicilienſem cladem omnibus exulibus, præterquam Pisistratidis, reditum Athenienses dedissent: sepultumq; in Cimonijs monumentis,

Cicero

Cicero lib. 2. de Oratore.

Thucydides omnes dicendi artes, meâ ſententia, facilè vicit. qui ita creber eſt rerum frequentia, ut verborum propè numerum ſententiarum numero conſequatur : ita porrò verbis aptus & preſſus, ut neſcias, utrùm res oratione, an verba ſententiis, illuſtrentur. Atque ne hunc quidem, quanquam eſt in Republica verſatus, ex numero accepimus eorum, qui cauſas dictitârunt : & hos libros tum ſcripſiſſe dicitur, cùm à Republica remotus, atque, id quod optimo cuique Athenis accidere ſolitum eſt, in exilium pulſus eſſet.

Fabius lib. 10. cap. 1.

Hiſtoriam multi ſcripſére præclarè : ſed nemo dubitat, duos longè cæteris præferendos, quorum diverſa virtus laudem penè eſt parem conſecuta. Denſus, & brevis, & ſemper inſtans ſibi Thucydides : dulcis, & candidus, & fuſus Herodotus. ille concitatis, hic remiſſis affectibus melior; ille concionibus, hic ſermonibus; ille vi, hic voluptate.

Ad

Ad Lectorem.

Aſteriſcos, Lector, quos paſſim
n hiſtoria Thucydidis ſparſos vi-
les, principio ſemper verborum, ad
uæ aliquid in Annotationibus meis
lixi, apponendos curavi. Ideò feci,
ut Annotationes illas cognoſcere
volens, quærendi moleſtia ſublevа-
us, ipſo protinùs aſpectu, ad quæ
dictum aliquid annotatumq;
inventurus ſis, ſcire
poſſis.

Hoc loco inſerenda eſt obſidio Syracuſarum, &c. in Tabella ſeorſim depicta.

NOTA *Tabella hæc ante initium primi libri Thucydidis glutino, ut Geographicæ tabulæ ſolent, opiè inſeri debet: ne vel complicanda ſit, vel acu compunctà, picturam oculis plenè non exhibeat.*

DESCRIPTIO

SYRACUSARUM IN SICILIA, VICINAEQVE REGIONIS, & obſidionis Athenienſium; pertinens ad illuſtrationem eorum, quæ à Thucydide lib. 6. & 7. ſcribuntur.

A. *Vrbs Syracuſarum.*
B. *Inſula.*
C. *Leon.*
D. *Caſtra Athenienſ. ad Trogilum.*
E. *Trogilus.*
F. *Murus Athenienſium ad Trogilum.*
G. *Portus minor.*
H. *Temenites.*
I. *Munitio Syracuſarum ad Epipolas.*
K. *Epipolæ.*
L. *Labdalum.*
M. *Euryalus.*
N. *Caſtra Athenienſium ad Sycen.*
O. *Duplex murus Athenienſium circa Syracuſas.*
P. *Lyſimelea palus.*
Q. *Munitio Syracuſanorum per paludem.*
R. *Anapus fl.*
S. *Portus magnus.*
T. *Helorina via.*
V. *Olympieum caſtellum.*
X. *Caſtra & navalia Athenienſium ad magnum portum.*
Y. *Daſcon.*
Z. *Plemmyrium promontorium.*

SEP
L
K
M
OCCASVS
P
V

TEN.
D
C
E
F
I
H
G
B
A
S
K
Z
X
Y
ORTVS

THVCYDIDIS ATHENIENSIS HISTORIÆ DE BELLO PELOPONNESIACO, ex Græco sermone in Latinum conversæ

A GEORGIO ACACIO ENENCKEL, L. BARONE HOHENECCIO.

LIBER PRIMVS.

Epitome in eundem.

EPIDAMNII bello pressi, cùm, Corcyræis auxilium negantibus, Corinthiorum imploràssent opem: colonos ab ipsis præsidium q. acceperunt. Ob id Corcyræi Epidamnum circumsidunt: ipsis q. navali acie Corinthijs victis, oppidum capiunt. Cùm verò vi maiore vltionem Corinthij parárent: Corcyræi ad societatem Atheniensium confugiunt, & impetrato subsidio, navali prælio cum Corinthijs decernunt. in eo Athenienses cum Corinthijs manus conseruerunt. Sic fœdus violatum. Potidæa ab Atheniensibus defecit. eam Athenienses, prælio fusis Corinthijs, qui subsidio venerant, obsidione cinguntur. Lacedæmonij concilio sociorum advocato: ruptum ab Atheniensibus fœdus censent; bellum decernunt. Hinc cùm, sæpè missis vtrò citrò q. legatis, non convenirent: Athenienses & ipsi, auctore Pericle, bellum intulerunt. Athenienses præterea Reipub. incrementa, Pausaniæ q. & Themistoclis interitus, referuntur.

Proœmium Thucydidis.

*HVCYDIDES ATHENIENSIS, * conscripsit bellum, quod inter se gesserunt Peloponnesij & Athenienses, orsus à primis ejus initijs, * sperans q. magnũ id * & superioribus memorabilius futurum: quã do quidem eos vtrinq; * omni genere apparatus instructos, & cæteros Græciæ populos conjungi cũ alterutris, alios protinùs, alios * re priùs deliberata, videbat. Maximus enim hic motus fuit, qui nõ Græciam solùm ipsam, sed etiã * ex parte bar-

baros, adeoq;, ut sic dicam, majorem partē mortalium. cōcussit. * Quæ hæc antecesserunt, quæq; his antiquiora sunt, sat cerni ob temporis intervallum nequibant. cæterū signis quibusdā, quæ mihi longissimè superiora repetēti fidem faciunt, adducor: ut credā, non valdè magna, sive bella spectes, * sive alia, extitisse. * Hæc.n. regio, quam nūc * Helladem nominamus, non ab ijsdē semper hominibus antiquitùs habitata; sed migrationibus crebris prioribus tēpestatibus obnoxia fuisse, videtur: cùm facilè quilibet suum, pulsi semper à multitudine maiore, desererent agrum. Quippe cùm nullas negotiationes, nullum commercium inter se terra marive tutum haberent; quisque, quantum ad rudem victum satis esset, possiderent; nec pecuniarum copijs abundarent; nec * tertam colerent; (incerti, quando quis alius, cum maximè muris etiam carerent, superveniens eriperet) necessariumq; * indies victum ubique se inventuros sperarent: * haud gravatim cedebant & ob eam causam, nec urbium magnitudine, nec alio apparatu valuerunt. Vt verò quæq; terra optima erat, ita assiduas cultorum sustinuit mutationes: uti ea, quam Thessaliā hodie vocant, & Bœotia, Peloponnesi item præter Arcadiam, maior pars, & quæcunq; alia erat præstantissima. Propter agri enim bonitatem, viribus convalescebant. vnde seditionib. in semetipsos versi, seipsos pessundabant, & simul externorum * insidijs opportuniores fiebant. Atticam proinde, minùs plerunq; seditionū * ob soli sterilitatem proceilis agitatam, * ijdem perpetuò homines incoluerūt Cujus meæ sententiæ, & illud non minimum argumentum esse potest, quod ob migrationes illas, * nulla re æquè atq; hominū multitudine, aucta fuit. Ex cætera enim Græcia potentissimi quiq;, bello aut seditione * pulsi, Athenas, velut stabilem sedem, sese cōferebant: * acceptiq; in civitatē, iam inde à principio hominum numero urbem auxerūt. adeò ut postea etiā in Ioniam, velut Attica nō sufficiente, miserint colonias. Adhæc non minimè veterum imbecillitatem arguit, quod Græciam nihil, ante Trojana tempora, unanimi consensu, & viribus egisse scimus. imò ne nomen quidem hoc universam obtinuisse crediderim: ac ante Hellenem Deucalionis filium omninò id non fuisse; singulas verò gentes, Pelasgicam cum primis, propria sibi nomina induisse. Cæterùm Hellene liberisque ejus in Phthiotide rerum potitis; * cùm sese illi in alias civitates, utilitatis caussa, ingererent: singuli paulatim ex commercio Hellenes cæpti vocari. nec tamen inter omnes ejus nominis usurpatio potuit, nisi longò tempore, teneri.

Testis

ianum bellum gesserunt. Eam vero ipsam expedi-
:ùm jam mari frequentiùs uterentur, susceperunt.
ium, antiquissimus eorum quos fama accepimus,
iabuit, & majorem ejus, quod nunc Græcum vocãt,
rtem obtinuit: subjectisq; imperio Cycladibus in-
ius complures colonias, pulsis Caribus, deduxit, &
sijs præfecit. Prædonibus idẽ, ut credibile est, mare,
i potuit, purgavit, ut reditus sibi proventusque tu-
umpliores redderet. Græci enim antiquitùs, & qui
um * continentis oram insulasque tenebant; po-
i frequentiùs ad se mutuò navibus transire cœpe-
atrocinia conversi sunt, ducentibus etiam præcipuè
hominibus, partim proprii compendii gratia, par-
tum infirmioribus pararent. Hi urbeis, nullis mœni-
,vicatimque habitatas, adorti, diripere, vitæque in-
rem partem sustentare. tantum enim aberat, ut id
probro daretur, ut aliquid potiùs etiam gloriæ inde
e consequerentur. Quòd ita se habere, hodie quoq;
ni parte continentis incolarum, cernere licet: apud
li ducitur hoc exercitii, cũ * quadam moderatione
ini, genus. ac veteres etiam Poëtæ ubique eodem
pellenteis interrogari faciunt; * Ecquid prædones
uã nec illi, qui interrogarentur, pudori sibi ducerẽt
genus: nec qui id scire cuperent, convitiandi studio
irent. Cæterùm terrâ quoq; se mutuò deprædaban-
ab antiquis accepta consuetudo adhuc multis in lo-

rum, degebant. quod cùm ab iſtis etiam hodie retineatur, argumento eſt, id tunc vitæ genus apud omnes pariter fuiſſe receptum. Primi verò Athenienſes, polito ferro, molliore cultu & lautiore vitæ genere uti cœperunt. nec multum temporis abijt, ex quo qui è majoribus natu locupletiores erant, ob delicatiorem cultum, lineas tunicas geſtare, & capillos capitis nexu aurearũ cicadarum * intorquere, deſierũt. quem cultum Ionum quoque ſeniores, ex cognatione diu retinuerunt. Lacedæmonij contra primi mediocritatem in veſtitu, ad horum ferè temporum conſuetudinem tenuêre: & in reliquo etiam cultu * opulẽtiores æqualitatem cũ multitudine ſervárunt. * Hi primùm, publicè depoſitis veſtibus, * nudo corpore oleoq; uncti, certamina ediderunt: cùm olim in Olympicis quoq; certaminibus, ſubligaculis tuccinctι pugiles decertaſſent, qui mos apud ipſos nõ multos ante annos deſijt: ſed etiamnum durat apud barbaros, maximè Aſianos; ubi propoſitis præmijs, pugiles luctatoresq; ſpectacula, induti ſubligaculis edunt. Multis ad hæc alijs, noſtri ævi barbaris veteres Græcos moribus ſimiles fuiſſe, demonſtrari poſſet. Quæcunq; autem urbes noviſſimè ſunt conditæ, cùm iam & mari liberiùs uterentur, & opibus divitijsq; florerent: in ipſis littoribus expoſitæ, mœnib. cingebantur; oraſq; & peninſulas tum negotiationis gratiâ, tum ut adverſus finitimos firmiores eſſent, occupabant. Quæ verò vetuſtiores ſunt urbes, eæ omnes, tam in contineẽte, quàm inſulis, retractiores à mari, metu prædonũ, quibus diu reſtiterant, conditæ cernuntur. deprędabantur enim ſe mutuò & alios, qui rudes in re navali mare accolebant, & illi in hunc uſq; diem remotiùs ab mari colunt. Necminus etiam latrocinijs aſſueverant, qui inſulas incolebant, Cares Phœnicesq;. eos enim plerasque tenuiſſe inſulas, hoc ipſo bello perſpectum eſt: * cùm Delum Athenienſes luſtrârunt, & defunctorum ſepulcra omnia ex inſula removerunt, amplius quippe dimidia parte, Carum ea fuiſſe, cognitum eſt * ex genere armorum, quæ cum defunctis poſita erant, & ritu ſepeliendi, quo etiam hodie utuntur. Cæterùm poſteaquam Minos claſſe valuit, iam liberiùs navibus commeare cœperunt. ipſe enim prædones ex inſulis eiecit: & eodẽ complures colonias deduxit: iamq; homines maritimi, maioribus divitiarum copijs inſtructi, magis ſeſe muniverunt. quidam etiam opulentiores, quàm priùs fuerant, facti, muris ſuas urbes cinxerunt. inde * ſtimulante avaritia, inferiores ſuperiorum imperia pati, qui potentia opibusq; præſtabant, ciuitates inſulares ſibi ſubijcere. * Iis iam moribus, ut plurimùm

rimùm, viventes: Trojanam poſtea expeditionē ſuſceperunt. Agamemnon autem, magis quòd potentia præſtabat, quàm religione jurisjurādi, quo * ab Tyndareo proci Helenæ fuerant adacti, claſſem coegiſſe videtur. Nam & illi perhibēt, qui res geſtas Peloponneſiorū à majoribus ſuis diligentiſſimè traditas acceperunt: Pelopem primùm, * pecuniarum, quas ſecum ex Aſia attulerat, copia, inter homines egentes potentiam adquiſiviſſe: ut quamvis advena eſſet, * nomen tamē regioni dederit: quam poſteri deinceps ejus majorem fecerunt. * Euryſtheo in Attica ab liberis Herculis interfecto. Is namq; in expeditionem eam profectus, Mycenas reliquumque regnum Atreo, qui tunc patrem, ob necem Chryſippi, fugiebat, propter propinquitatem, (* avunculus enim erat) adminiſtrandum interea tradiderat. Inde cum non reverteretur Euryſtheus, Atreus, ipſis id volentibus Mycenæis, tum metu Heraclidarum, tum quia ipſe potens validusq; videbatur, & animos ſibi multitudinis conciliaverat: Mycenæorum totumque, quod Euryſtheus tenuerat, regnum accepit. factiq; ſunt hac ratione * Perſidis longè potētiores * Pelopidæ. His mihi viribus inſtructus Agamemnon, & re navali præ cæteris pollens, non tam benevolentia, quàm imperio, exercitum collegiſſe videtur. Claſſe enim eum ingenti profectum, certum eſt: & * Arcadibus quoq; præbuiſſe naves, ſi Homero credimus: qui & * inſceptri traditione, plurimis eum inſulis, & omni Argivæ regioni imperitare dicit. Quòd ſi claſſe non valuiſſet, haud equidem mediterraneis viribus inſulis potiri, niſi circumjectis, potuiſſet: quæ paululæ tamen fuiſſent. Ex hoc itaque etiam exercitu, conjecturam capere de vetuſtioribus licet. quem ſi quis minorem opinatur fuiſſe, quàm quantum Poetæ canunt, & fama obtinuit; quòd * parvæ fuerint Mycenæ, aut ſi aliud quoddam ejus ætatis oppidum nunc non magni momenti videatur: * incerta penitùs nititur conjectura. Nam ſi nunc Lacedæmoniorum deſolaretur urbs, templis ſolùm & ædificiorum relictis areis: incredibilem poſteris, poſt longius elapſum tempus, eorum potentiam gloriamque fore crediderim. qui tamen nunc, ex quinque * Peloponneſi partibus, duas ipſi tenent; * univerſæ autem & multis extra eam ſocijs præſunt. Verum quia urbs, neque tectis frequens, nec templis ſumptuoſisque ædificijs exornata eſt, vicatim antiquo Græciæ more habitata: impar fama ſuæ videretur. Sin idem eveniat in Athenienſiū urbem: duplo major, quàm eſt revera, eorum potentia, urbis faciem intuenti cenſeretur. Non igitur his fides derogan-

da eſt. neq; ex aſpectu urbis de ejus potentia judicandum: ſed ita habendum, majorem quidem cunctis ſuperioribus eum exercitum fuiſſe; his verò noſtris minimè comparandum. Ac licet Homero fidem habeamus, quem credibile eſt intemperantiùs rem, * more Poëtarũ, auxiſſe: tamẽ minor deprehẽdetur. facit enim * mille ducẽtas naves; Bœotorum ſingulas cẽ enũm ac vicenũm virũm, Philoctetę quinquagenũm: maximas, uti reor, minimasque prodens. quippe reliquarũ magnitudinis nullam in navium enumeratione mentionẽ facit. Remiges præterea eoſdem in Philoctetæ navib. militesq; fuiſſe declarat, cùm ait; Omnes fuiſſe ſagittarios qui remigabãt. cæterorũ nanq; qui nihil in navigando operę præſtarẽt, haud multos vnâ navigaſſe, præterquam reges ac principes, puto: maximè cum tãtum maris trajecturi eſſent, cũ omni apparatu militari, neq; tectas naves, ſed prędatoriè magis priſco more inſtructas, haberẽt. Iam ſi maximas minimasq; comparando, * mediũ teneas numerũ; cogites etiam publico conſilio ab univerſa Græcia miſſas: paucis certè ad id bellum convenìſſe apparebit. Cujus cauſa non tam hominum, quàm pecuniarũ, penuria fuit. ob rei nanq; frumentarię difficultatẽ pauciores adduxerunt milites, nec plures, quàm quot illic, dũ bellum gererent, ali poſſe credebant. Eò etiam cum venerũt prędio viciſſe certũ eſt. (aliàs qui * Vallum caſtris circumdediſſent?) cæterùm neque ibi totis viribus rem agreſſi ſunt: cùm deficiente commeatu ad agros in Cherroneſo colendo & latrocinia verterentur. Vnde non ægrè eos ita diductos decem annos ſuſtinuére Trojani, pares ſemper viribus relictæ in urbis obſidione parti. Quod ſi commeatu ſuppetente, cõjunctis viribus, miſſis latrociniis & agricultura, cõtinenter bello incubuiſſent: haud difficulter acie profligatis hoſtibus, urbem cepiſſent quandoquidem nunquam univerſi. cum parte tantùm exercitus, ut quæq; fortè aderat, reſiſtebant: qui ſi continente obſidione hoſtibus inſtitiſſent, & breviore utique tempore & labore minore Trojam expugnaſſent. Nunc pecuniarum inopia, & his priora levia fuére: & hoc ipſum celebratiſſimum negocium, oſtendit, revera ea multò minora fuiſſe, quàm quæ de ijs fama, aut Poetarum fabulis, celebrantur. * Atque etiam poſt bellum Trojanum Græci, ſubinde regiones ſedemq; mutantes, cùm non quieſcerent, creſcere & vires colligere nequibant. tardior quippe ab Ilio reditus, multas ſecum res novas invexit: crebræq; in urbibus ſeditiones exarſerunt. unde pulſi, urbes hinc inde cõdiderunt. Nam qui hodie Bœoti vocantur, ſexageſimo poſt Ilium captum anno,

aſſim civitates ſubigi; (priùs hæreditaria erãt regna,
tis honoribus conditionibusq; definita) & Græcia
li ſtudere; mari etiam frequentiùs uti. Primi omnium
ij feruntur, quàm proximè noſtri temporis morẽ rem
nſtruere cœpiſſe: primaſq;, quas Græcia habuit, trire-
rinthi ædificatas. Anninoclẽ etiam Corinthium nau-
mijs quatuor naves feciſſe ſcimus, trecẽtis fermè an-
ijus belli annis. neq; pugnam navalem vetuſtiorẽ ul
m Corinthiorum adverſus Corcyræos, invenimus:
ſa ducẽtis ſummũ & ſexaginta ante hæc tẽpora an-
eſt. Corinthij ſiquidẽ cum * in iſthmo ſitam tene-
;, frequentẽ cunctis propè tempeſtatib. mercatũ ha-
riſci nanq, Græcorũ terrâ potiùs, quàm mari, nego-
, & qui Peloponneſum, quiq; extra eam incolebant.
regionem, cõmerciorum cauſſa, commeabant. un-
gnas creverũt opes: ut Poetarũ quoq; priſcorũ verſi-
es ipſorũ urbs cognominetur. Nã Græci iam prudẽ-
navalis, cõparatis navibus, mare latrocinijs purgâ-
uitrinq; mercatu inſtituto, urbẽ proventuum copia
item effecerunt. Multò poſt hæc. Cyri primi Perſarũ
ij ejus Cambyſis temporib., Iones habuêre claſſem.
rerſus Cyrũ bellum gerentes, mare vicinũ aliquan-
uêre, Polycrates etiam Samiorũ tyrannus, claſſe in-
tũ alias ſibi inſulas ſubjecit, tum Rheneã captã De-
iniſacrã fecit. * Phocæenſes præterea, qui * Maſ-

rum: magnum triremium numerum* Siciliæ tyranni & Corcyræi habuerunt. quæ vltimæ in Græcia fuerunt, ante Xerxis expeditionem, nominis alicuius classes. Aeginetæ enim & Athenienses, & si qui alij, paucas habuerũt naves, & eas maiore parte quinquagenum remigum: seroque tandẽ Athenienses in bello aduersus Aeginetas, cùm etiam barbarorũ expectarent aduentum, *Themistoclis consilio, naves (nec tamen ipsas penitùs tectas) instruxerunt. quibus & in pugna postea sunt usi. Ad hunc ferè modum, res nauali Græcorũ, tum antiquis, tum sequentibus temporibus comparata fuit. Non mediocre tamen robur viresq;, si qui huic rei incubuerunt, fuit adepti. id enim pecuniarum reditus, & imperium in alios exhibuit: cùm nauibus circũeuntes, insulas subiugarẽt: maximè si quibus ager suus parùm sufficiebat. Terrâ nullum bellũ, vnde aliquę opes accederẽt, gerebatur: & si qua etiam extiterunt, intra finitimos se continebant. In lõginquas verò expeditiones, ad subigendum alios, nõ solebant Græci exire. neque enim subditæ ciuitates maioribus se cõiungebant, neque ipsi publicè ex æquo bella gerebant: priuatim potiùs armis inter se finitimi contendebant. maximè tamen in* antiquo illo Chalcidẽsium Eretrienſiumque bello, reliqua Græcia in auxilium partis vtriusq; discessit. A lijs porro alia, quo seciùs vires colligerẽt, impedimẽta fuêre. tũ verò Ionas, cùm iam latissimè eorũ opes paterent, Cyrusque & Persæ, everso Crœso, & omni regione intra Halyn fluvium mare versus in potestatem redacta; armis vexavêre, urbesq; cõtinentis imperium accipere coegere. Insulas verò Darius postea Phœnicũ classe subegit. Qui per Græciæ ciuitates tyranni erant, *sua modò emolumenta, corporisq; custodiã, & familiæ spectãtes incrementum: vrbes sibi, quàm poterant, tutissimas reddebãt. Itaq; hi omnes nihil memorabile gesserunt: nisi quòd finitimos interdũ armis lacessebant. hinc enim Siciliæ tyrãni magnas sibi opes fecerũt. Ita universa Græcia per multas ætates deses iacuit: vt nihil publicè insignis operis ederet; singulæ verò urbes multò minùs auderẽt. Tandem* Lacedæmonij Atheniẽsiũ & reliquæ Græciæ, quæ priùs etiam iniusto dominatu premebatur, plerosq; & postremos, præter Siciliæ tyrãnos sustulerũt. Lacedæmõ quippe, ex quo eam Dorienses, à quibus hodie tenetur, cõdiderunt; assiduis, quod continens memoria sit, *seditionibus iactata: tamen ab antiquissimis inde tẽporibus, semper * optimis legibus administrata, & libera nullisq; tyrãnis obnoxia fuit. quadringẽti enim sunt & pauci præterea vsque ad finem huius belli anni, per quos eandem

ım fuerant, alij ad Athenienses, alij ad Lacedæmonios,
esserunt: quarum civitatum præ cæteris potentia emine-
ıuius terra, illius mari. Cæterùm breve tēpus integra so-
s mansit; cùm orta simulate inter Lacedæmonios Athe-
sesque, inde ad arma bellumque concursum est. ad quod
n socios vtrinque suos assumpserunt: & si qui in Græcia
lebant, in societatem partium harum discesserunt. * Ita à
ıco vsque ad præsens bellum, tum fœderibus iungendis,
bellis, aut inter se, aut adversus socios rebelles, gerendis:
giè ab re militari instructi, vsu etiam peritiores, periculis
que cladibus edocti, evaserūt. A socijs suis Lacedæmo-
ibutū non exigebāt: * paucorum tantùm potestate, vt ip-
n legibus institutisque convenienter viverent, regebāt.
:nienses autem naves ab ijs qui hostes fuerant, successu
ɔoris pro imperio sumebant; præterquam à Chijs & Les-
& stipendium certum imperabāt. ex quo ad hoc bellum
is instructi copijs domesticis fuerunt; quàm vnquam an-
ùm maximè sociali fide & opibus floruerūt. Hæc ferè de
s antiquorum comperta habeo; * difficilia sanè ad fidem,
is omnibus argumētis. Homines enim quæ de rebus præ-
s audierūt; etiamsi propriè ad eos pertineant: æquè in-
ideratè à se mutuò accipiunt. Ita sanè Athenienſiū vul-
* Hipparchum cùm tyrannus esset ab Harmodio & Ari-
ıtone interfectum rētur: ignari, quòd Hippias, maximus
filiorum Pisistrati, patri successerit: Hipparchus autem &

nando Panathenaico ſolenni occupatum, eum obtruncârũt. De multis præterea alijs, quæ etiamnum extãt, nec dum vetuſtate obliterata ſunt, reliqui quoque Græci perperã ſentiunt. veluti, quòd Lacedæmoniorum reges, * nõ vno vtrumque calculo ſuffragium ferre, ſed duobus, arbitrãtur: & Pitanaten apud eos cohortem eſſe, quæ nunquã fuit. adeò à plerisque, dum obvia quæque, & quæ magis in promptu ſunt, conſectantur, ſtudium negligitur veritatis. Cæterùm quicunque ex modò commemoratis argumentis talia hæc, vti percenſui, iudicaverit: & neque Poëtis, qui de hiſce canentes in maius vero rẽ extollũt, auſcultaverit; neque aureis ijs præbuerit, * quæ logographi, iucũdiora quàm veriora, nullisq; inquiſita argumentis prodiderunt; quorum pleraque tẽporum longinquitate fabulis implicata involutaque ſunt: haud equidem aberaverit: cùm videat omninò ſatis, ex manifeſtiſſimis ſignis, quemadmodũ ſe res priſcæ habuerint, perveſtigatum eſſe. * Ipſum hoc bellum; quãvis hominibus ſemper quod in manibus eſt maximum videatur; finito verò eo, antiqua magis ijdem admirentur: tamen qui ex ipſis rebus geſtis cõtemplabitur, facilè illis maius fuiſſe putabit * Orationes porrò ſingulorum, * quas vel ante commiſſum bellum, vel iam in eo verſantes, habuerunt: immenſi ſanè operis fuiſſet, exquiſitè, vti verbis nũcupatæ ſunt, referre; ſive ipſe audiviſſem, ſive ab alijs mihi aliunde narratæ eſſent. Veruntamẽ vt quiſque maximè ad rem præſentẽ accommodatè dixiſſe videbatur: ſequendo quàm proximè orationis * reipſa habitæ ſententiam, commemoravi. In rebus verò geſtis, * non vt quodque forte audieram, literis mandavi, neque vt mea tulit coniectura: ſed quibus tum ipſe interfueram, tum vt quælibet ab alijs, quãta fieri potuit diligentia, inquirendo perquiſiverã. quod ipſum perquam fuit operoſum: cùm vt quiſque rebus interfuiſſet, tamen non eadem de ſingulis referebant; ſed vti quemque, vel benevolẽtia occupatus animus, vel memoria, patiebatur. * Equidẽ quia * à fabuloſis narrationibus penitùs abſtinui, * minùs fortaſſe auriũ voluptati inſervitũ videbitur. * Cæterùm qui & res præteritas accuratè noſſe, & in ijs, quæ iterum eodẽ conſimilique modo, (vt sũt res humanæ) vſu venient, * hæc ad ſuum commodum voluerit adhibere: non hercle plura deſiderabit: cùm poſſeſſionẽ potiùs perpetuã, * quàm ludicrũ auribus in præſentia accommodatum opus, confecerim. * Igitur ſuperiorum * maxima fuit moles Perſicum belli: quod tamẽ * duobus navalibus & totidem terreſtribus prælijs * extemplò profligatum eſt.

Hoc

Hoc verò bellum & temporis diuturnitate ingens fuit, & tãtis cladibus Græciam, quantæ non vnquam in pari temporis intervallo ſunt viſæ, pervaſtavit. neque enim tot vrbes captæ vnquam deſolatæque ſunt, tum à barbaris, tum ipſorum invicem inteſtinis armis, (ſunt quædã oppida, quæ capta incolas mutavêrunt) neque tot homines patriã ſedibusque pulſi; tot cædes, tum in ipſo bello, tum ſeditionibus, cõmiſſæ. Quę verò prius auditu tantùm accepta, minùs reipſa confirmata erant: poſtea non abſona fidei viſa ſunt vt terræmotus ingẽtes, qui maiorem terrarum partẽ conquaſsârunt, * ſolis defectiones crebriores, quàm vnquam ſuperiore tempore fuerãt memoratæ; ſiccitates alicubi immenſæ; indeque orta fames; & (quod nõ minimam perniciem rebus intulit, ex parte etiã perdidit) peſtilens * ille morbus. Hæc enim omnia ſimul cum hoc bello inciderũt: cuius auctores fuerunt Athenienſes Peloponneſijque, rupto fœdere, quod poſt Eubœam expugnatam in triginta percuſſerãt annos. Cauſſas verò, ob quas id ſolverunt, & initia diſſidiorum; ne quis fortè quæreret, vnde tantùm bellum inter Græcos fuerit exortũ: * initiò præmiſi. Equidem veriſſimam cauſſam, ſed minimè verbis agitatam, Athenienſes fuiſſe reor: qui Lacedæmonios, potentiæ viriumque ſuarũ metu, in arma egerunt. Quæ autem * in ſpeciem palam ferebantur cauſſæ; quibus tum ad fœdus ſolvendum, tum ad bellum hoc gerendum, vtrique impulſi: eas nunc percenſere ordiar.

EPIDAMNVS eſt vrbs ad dexterã ſita Ionium intrãti ſinum. accolunt propè Taulantij barbari, Illyricum genus. Hãc coloniam deduxêre Corcyræi, conditore Phalio Eratoclidæ filio Corinthio: qui ex Herculis poſteritate oriundus, priſco more ex * metropoli fuerat evocatus. adiecti coloniſ ſunt etiã Corinthij quidam, & alij Dorici generis. Progreſſu verò temporis Epidamniorum vrbs valida, tum opibus, tum multitudinis incremento, evaſit. cæterùm inteſtinis ſeditionibus per multos (vt fertur) exagitati annos, belloque inde à * finitimis barbaris fracti: veterem potentiã magna ex parte amiſerunt. Tandem paulò ante hoc bellum, eiecti à plebe principes civitatis, ad barbaros confugerunt: & cum eis terrâ marique, eos qui in vrbe remãſerant, infeſtârũt. Quibus circumventi malis Epidamnij legationem Corcyram, ceu patriam ſuam, mittunt; orant, ne ſe perire patiãtur; ſed & exules ſecum in gratiam reducant, & bellum barbarorum cõponant. Hæc cum ſupplicum more, in Iunonis templo ſedentes, precati eſſent: aversãtibus precęs Corcyræis, re infecta redierunt.

Initia belli inter Corinthios & Corcyræos.

runt. Epidamnij cùm omnẽ ſibi ſpem auxilii ab Cor
ciſam viderent; inopes conſilij, incertique quomo
ſuis conſulerent: Delphos miſſis legatis, ex Apolline
tur, recténe facturi eſſent; ſi Corinthiis, * ceu condi
tradita urbe, ipſorum ſibi adjungerent auxiliũ. Iube
ut tradita urbe, duces ſibi aſſumerent Corinthios:
Corinthum Epidamnii, oſtenſo cõditore ſuo Cori
undo, expoſitoq; oraculo, ſecundum id urbem trad
* infimis precibus orantes, ut ſibi ſuccurrerent, neq;
terire paterentur. Corinthii, ita jus eſſe, & coloniam
ſuam minùs, quàm Corcyræorum, eſſe rati: auxili
promittunt. Simul in Corcyræos ira ſtimulabat: qu
ipſis, cùm coloni ſui eſſent, contemni putabant. nam
publicis conventibus & ſolennibus honorem eis de
ferebant, neq; in ſacris Corinthio viro * principe, f
coloniæ, utebantur. Deſpiciebant autem ipſos Corc
divitiarum opumq; magnitudinem: quibus opule
ætatis ſuæ Græcorum æquabant. bellico apparatu e
cedebant. Ante omnia re navali plurimùm excellen
gnos ſibi ſpiritus ſumpſerant. quippe cùm Phœaces,
incoluerãt Corcyram, * magnam rei navalis laude
cuti eſſent: ipſi quoq; magnopere rei nauticæ ſtude
erant ab ea parte non invalidi: triremes enim centu

Corinthij coloños & præſidium Epidamno mittunt.

principio habuerũt belli. Ob has cauſſas irati Corint
dè ſubſidium Epidamniis decreverunt: libera permi
tate, qui ſuorum, quiq; Ambraciotarum & Leucadi
coloniam adſcribi vellent. Hi cum præſidio Corin
juſſi; veriti ne, ſi mari tranſmitterent, Corcyrei imp
terreſtri itinere Apoloniam (colonia eſt Corinthiorũ
profecti. Corcyræi ubi reſciverunt, colonos Epidam

Corcyræi bellum Epidamnijs inferunt.

ſidiumq; veniſſe, & Corinthiis traditam coloniam:
paſſi miſſis extemplò viginti quinq; navibus, & po
exercitu; exules recipere minabundi jubent, (vener
Corcyræos, ſepulcra & cognationem oſtendentes, e
minè ſe reduci orabant) præſidiumque Corinthior
lonos dimittere. Horum cum nihil facerent Epidam
lum ipſis Corcyræi quadraginta navibus inferunt, cu
bus, quos reduci volebãt, Illyricis etiam adjunctis. C
de ad urbem poſitis, edixerunt: ſi quis abire, ſive Epi
rum, ſeu peregrinorum vellet, impunè abiturum; qui
ſet, eum pro hoſte habituros. Poſteaquam verò ob
videbãt Epidamnios: obſidione urbem (in peninſula
cingunt. Quod ubi Corinthiis ab Epidamno eſt nun

...mianisq; pecunias pederunt. ab Eleis itidem pecunias
es vacuas. ipsi verò Corinthij naves instruebant trigin-
ia millia armatorum. Audito eo apparatu, Corcyræi,
ptis Lacedæmoniorum & Sicyoniorum legatis, Corin-
ierūt: postulantes, ut colonos Corinthij & præsidium, ab
mno, ubi nihil juris eis esset, abducerent. sin quid juris
ere putarent: ad disceptandū sese ipsos vocare, ad quā-
rbem Peloponnesi, quæ utriq; parte placeret. cui ab ea
e colonia adjudicetur, ejus futurā. quin etiam Delphi-
culo se permissuros: * tantùm, ne bellum fieret. quòd si
mpetrēt; ipsorum injuriis coactū iri, * alios sibi, * quos
ui nollent, socios adsciscere, potiùs, quàm ut sui deserāt
sionem. Ad ea Corinthij respondent: si naves ab Epida-
& barbaros abducant, posse deliberari: aliter iniquū fo-
os obsideri, se judicio contendere. Contra Corcyræi di-
si & ipsi suos ex Epidamno abducant, idem se facturos.
ùm paratos esse, inducias pacisci: ut utriq; suo loco quie-
quoad judicium fiat. Nihil horum Corinthijs placebat,
ia & naves cōpleverant, & socij aderant: caduceatore
, bellum Corcyræis indicunt. Inde solventes quinq; &
iginta navibus, * duobusq; armatorum millibus: Epi-
um, bello Corcyræos persecuturi, vela dederūt. Præfe-
ssis erant, Aristeus Pellici, Callicrates Calliæ, & Tima-
imanthis. peditē ducebāt, Archetimus Eurytimi & Isar-
s Isarchi. Hi cùm ad Actium Anactorij agri, quà fanum
ollinis, propè ostium sinus Ambracij, adpulissent: Cor-
, caduceatore in celoce ad eos misso, ne in se irēt, denū-
interim naves complent: veterum aliis, ut ad navigan-

Corcyræi cum Corinthijs de Epidamno disceptant.

Corinthij classem contra Corcyræos mittunt.

præclarâ victoriâ naves Corinthiorũ quindecim dem
Fortè eadem die Epidamnus obſeſſa in deditionẽ veni
conditione, ut advenæ venirent; Corinthii in vinculis
rentur, donec aliud de ipſis ſtatueretur. Poſt pugnam C
ræi * trophæũ, in Leucimna Corcyræ promontorio, ſ
runt: necatiſq; captivis alijs, Corinthios in vinculis aſſ
runt. Poſteaquã Corinthij ſocijq; victi navali prælio
ſe receperunt: Corcyræi omni circa mari potiti, Leucad
rinthiorum coloniam navibus miſſis, agros eorum de
runt: Cyllenen etiam, ubi erant navalia Eleorum, quò
ves & pecunias Corinthijs ſuppeditaverant, inflammá
Hinc jam multo tempore potentes maris Corcyræi, cũ
Corinthiorũ aſſiduè navibus circumeuntes divexarẽt:
dum ætas exacta erat) Corinthij laborantibus ſocijs,
exercitumq; miſerunt. qui cùm caſtra ad Activum, &
Chimerium Theſprotidis locaſſent, ut Leucadem cæte
ſociorum tutarentur urbes: Corcyræi & ipſi copias
Leucimnam terrã mariq; oppoſuerunt. nec congreſſi
ſed ea ætate conferendis caſtris conſumpta, appropinc
te hyeme, domos utrique diſceſſerunt.

Corinthii bellum in Corcyræos reparant.

Totum verò illum, poſt pugnam navalem, & ſeque
annum: ardentes ira ob bellum Corcyræũ Corinthii,
ædificaverunt, & remigibus, tum ex ipſa Peloponneſo
reliqua Græcia, mercede cõductis, claſſem quàm validi
poterant, inſtruebant. Eum apparatum Corcyræi ut ac
runt, metu perculſi; quoniam * adverſus neminem Gr
rum jus ſocietatis habebant, neq; * ſe adſcribi vel Athe
ſiu vel Lacedæmoniorum fœderi curaverant: Athena
ſis legatis, ſocietatẽ eorum petere, auxiliumq; implorar
creverunt. Id poſteaquã reſciverunt Corinthii: ipſi quo
gatos Athenas miſerunt; ne claſſis Attica cum Corcyræ
ctà impedimento eſſet, quò minùs bellũ ex voluntate

Athenienſium auxilium & ſocietatem implorant.

Oratio Corcyræorum in cõcione Athenienſium.

rent. Data concione ad diſceptationẽ venerunt. priores
cyræi in hanc ſententiã locuti ſunt: * Siqui ſunt, Athe
qui neq; beneficiorum magnitudine, neq; jure aliquo ſ
tatis confiſi, ad alios auxilium, uti jam nos, petituri ve
illos æquũ eſt. primò omnium oſtendere, ſe aut (quod r
mum eſt) utilia ipſis petere, aut certè non nocitura, de
quod, præ eo certam & benè cumulatam gratiam ſint rel
quorũ ſi neutrũ approbent, nõ indignè ferre, ſi repulſa
tiãtur. Populus igitur nos Corcyræorũ, indubitata ſe
hæc & firma repræſentaturũ confidẽs, ſocietatem vel
amicitiã oratum, miſit. * Equidẽ inſtitutum hocce pla
uſus noſtros abſurdũ accidit, & rebus noſtris in præſent

m pedibus ſubijciamur: neceſſitas nobis, veſtrum &
ı quorumcunque auxilium implorandi imponitur.
n proindemeremur, ſi non malignitate, ſed opinione,
iquid diverſum à priore ſtudio quietis audemus. * Et
uæ nobis neceſſitatis expreſſit vis: ea vobis, ſi nos au-
, multò maximæ cedent utilitati. * Iam primùm om
ıjuria affectos, non inferenteis, ope veſtra ſublevabi-
ıde cùm nos in maximarum rerum diſcrimine defen-
ſempiternum ingentis beneficij teſtimonium apud
locabitis, * claſſe verò nulli, præterquā vobis, cedi-
Quare conſiderate, quàm rara, quàm ingrata hoſtib.
s fortunæ occaſio, cùm ea claſſis, quam vos magna
e & gratia conduxiſſetis, ſponte ſua præſtò ſit, ac ſine
ericulo ſumptuq; veſtro, ſeipſam tradat: & inſuper a-
iverſos, virtutis cõmendationem, apud eos quos de-
tis, gratiam; vobis autem ipſis, virium acceſſionẽ, pa-
æ certè omnia paucis & vix ullo tẽpore contigerunt:
ıquidem pleriq;, qui ſocietatem aliorum petũt, * ma-
eſidia & ornamenta ab ijs accepturi, quàm exhibituri
t * Bellũ verò in quo nos uſui ſimus futuri, qui oritu-
ıt, longè fallitur: cùm non animadvertat, & Lacedæ
, metu potentiæ veſtræ, occultum coquere bellum, &
ıios * tum per ſe validos, tũ hoſtiles jamdudum ad-
ros animos gerentes, ut vos aggredi poſſint, nos præ-
re velle; ne communi in ipſos odio conjungamur,

» ab ea beneficia capit; ſin injuriis petatur, ab alienari. quippè
» non ut ſervi, * ſed ut æquali cum reliquis jure ſint, in colo-
» nias mittuntur. Injuria autem quanta nos affecerint, palàm
» eſt: quòd in judiciũ à nobis de Epidamno vocati, armis quàm
» jure querelas ſuas perſequi maluerunt. * Hæc igitur, quæ in
» nos conſanguineos ſuos admittunt, documento vobis eſſe
» debent: ne fraude circumventi, precibus eorum minùs con-
» ſideratè morem geratis. qui enim quàm minimè hoſtib. gra-
» tificatur, quod pœnitere poſſit; tutiſſimè res ſuas adminiſtrat.
» * Neque verò fœderum cum Lacedæmonijs junctorum fidẽ
» violabitis, ſi nos, qui neutrius partis ſocij ſumus, recipietis. in
» ijs enim additum eſt, Licere cuilibet Græcarum civitatũ, quæ
» nulli ſocietate juncta ſit, ad utros velit accedere. * Enimve-
» rò iniquum foret; cùm iſtis non ſolùm ex fœderatorum auxi-
» lijs, ſed reliqua quoq; Græcia, veſtriſq; etiam nõ minùs ſubdi-
» tis, claſſem armare liceat: nobis & præſente ſocietate, & alijs
» undecunque ſubſidijs, interdici; adeoq; crimini vobis dari, ſi
» ſecundis aurib. preces noſtras accipiatis. At hercle nos lon-
» gè graviùs vobis, ſi nihil moveamini, ſuccenſebimus; qui non
» hoſtes, ſed dubijs rebus noſtris repellemur: cùm iſtos, qui &
» hoſtes veſtri ſunt, & infeſti vobis imminent, non ſolum non
» reprimetis, ſed etiã ex ditione veſtra vires, præter omne fas,
» patiemini comparare. Itaq; aut illos prohibere oportet, ne ex
» veſtra regione auxilia conducant; aut etiam nobis mittere,
» quacunq; inclinârit animus, ſubſidia. ante omnia verò, facta
» propalàm ſocietate, nobis ſuppetias ferre debetis. * Multa
» nobiſcum, ut iam ante memoratum eſt, cõmoda adferimus:
» inprimis, cum hi ipſi vobis (manifeſta fides) * hoſtes fuerint;
» non hercle infirmi, ſed ſatis validi ad rebelles coercẽdos: pul-
» cerrimam ſanè nec ulli parem occaſionem prætermittetis, ſi
» non tereſtrem, ſed navalem, ſocietatem oblatam neglexeri-
» tis. Etenim aut, quoad vires ſuppetunt, prohibere debetis, ne
» quiſquam alius re navali excellat: ſin id fieri nequit, ut quiſq;
» eſt validiſſimus, eum ſociũ vobis reddere & amicum. * Quod
» ſi quis hæc utilia quidem cenſet; metuit autem ne ijs obſecũ-
» dando fœdera rumpat: cogitet is, * hunc ſium metum, viri-
» bus armatũ, terrori adverſarijs fore: ſpem verò illã, qua nos
» repudiabit, imparem potentiæ hoſtium & inferiorem futu-
» ram. * Sciat idem, non tam de Corcyra nunc, quam Athenis,
» deliberari; parumq; utiliter ipſis conſuli, ſi ex præſentis tem-
» poris ſtatu, degliſcente hoc iamq; cervicibus veſtris imminẽ-
» te bello judicans, civitatem recipere dubitat, * quæ cum ma-
» ximo utrinq; momento vel amica vel hoſtis redditur; oppor-
tunè

m opē auxiliumq; sibi conciliarent; sed uti nos etiam, "
ā & injuriā ipsis fecerimus, & nefario persequamur bel- "
reparent: nobis quoq; priusquam ad aliam descendam* "
nē, de utroq; aliquid cōmemorandum judicamus: ut & "
a postulata rectiùs cognoscatis, & subsidiū petentib. non "
atione negetis. Modestiam ipsi, cur à societate aliorū ab- "
rint hactenus, prætendunt. Id verò consiliū, nō à virtu- "
ua sed malignitate, profectū est: quòd socios delictorū "
vé habere, aut nequicquā ad societatem hortando eru- "
re, nolebant. Vrbs sanè eorum ad hoc ipsum opportunè "
njuriarū arbitros ipsosmet constituit potiùs, quàm ex æ- "
re aliquo societatis quippe qui alios magis, tempestati- "
d se * delatos, excipere, quàm frequenter ad finitimos "
are, solent. Itaq; hanc, qua fœderibus abstinuerunt, mo- "
m, nō eò observârunt, ne, quas alij inferrent, injuriarum "
ogerentur esse: sed ne ipsi socios scelerū suorum habe- "
utq; ubi prævalerent, vi agerent; ubi laterent, prædam "
rent; sin quid eripuissent, impudentia se tuerentur. * E- "
rò si, uti ferunt, viri boni essent, quò minùs reprehensi- "
cinorum obnoxij forent; tantò maiorem occasionem, "
is suæ, præbendo patiendoq; jus, declarādæ, haberent. "
ec erga alios, nec adversus nos, tales sese præbent quip- "
n coloni nostri sint, alienis à nobis semper animis fue- "
nunc verò etiam arma nobis intentant, negantes, se, ut "
as à nobis cladesque patiantur, in coloniam missos. "

nienses, contra Corcyræos

» quaquam ijs, nisi insignem injuriam passi, justa intulisse
» arma: tamen, si maximè quid minùs rectè à nobis factum
» set, ipsis sanè pulcrum honestumq; fuisset, cedere iracun
» nostræ; & nobis turpe, modestiam ipsorum moderation
» que lædere. Verùm insolentia & opum affluentia e
» multa cùm alia in nos deliquerunt, tum Epidamnum,
» nostri est juris, * afflictam laborantemque sibi neutiq
» vendicârunt; at posteaquam nos opem laturi venimus,
» a mis extorserunt. Atqui judicio priùs disceptare volue
» Hoc verò non eum observare putandum est, qui jam re
» potestate tenens ex tuto ad disceptandum provocat: sed
» ante disceptationem ex æquo & res & verba in medio po
» Illi verò non priusquam obsidionē urbi inferrent; sed pos
» quam nos obviam ituros intellexerunt: tum demū adeò
» destè judicij disceptationē detulerūt * Nec verò satis ha
» quòd illud per se soli facinus admiserunt: sed hùc etiā ver
» ut vos non armorum, sed scelerum suorum, socios partici
» que reddant. Iam nimirum, quando nos sibi infestos cer
» vestræ amicitiæ umbra tegi volunt: cùm re integra incolu
» id faciendum fuisset, nō posteaquam nos injuriam passi, i
» rum in angusto res sunt Proinde nec jam subsidium vos
» præstabitis, cùm neq; priùs viribus eorum adjuti sitis: & ne
» qui sceleri eorum abfuistis, committere debetis, ut ejus
» culpæ à nobis rei fiatis. Sed enim jam olim cōsociatis viri
» eventus quoq; oportet sustinere communes: ac uti solius
» minum societatis expertes, ita nec eorum quæ ista cōsequ
» tur consortes, esse decet. * Quoniam quibus cum juris a
» mentis accesserim is, quamq; impotentes isti, & quàm es
» ni alienæ rei cupiditate agantur, dictum est: testat, ut oster
» mus, quàm graviter recipiendis ijs peccaturi sitis. * Qua
» enim in fœdere additum est, licere cuilibet civitati, quæ fa
» ri adscripta non est, utri velit, sese associare: non iis hoc pa
» cinatur, qui id cum incōmodo partis alterius faciunt; ne
» adversus eos præsidium, à quibus defecere, postulant; au
» cipientibus bellum pro pace conflant. Quod vobis, si ne
» consilia aspernab mini, eveniet. quippe non hos solùm a
» lio vestro tegetis, sed nobis quoq; pro fœderatis hostes e
» necesse enim erit, si cum istis jungamini, eandem vos cu
» perpeti fortunam. Satius igitur erit, vos procul ab istis ce
» minibus esse: sin id facere recusatis, adversus hos nobis
» cōsociate arma. Corinthiis enim fœdere devincti estis; *
» cyræis ne per inducias quidem unquam juncti fuistis. Ne
» quæsumus, introducatis morem, ut deficientes ab altera
te recip

ferri nobis in præſentia æquum cenſemus. Ad Ægi- "
am quippe bellum, quod fuit ante Medicum, longa- "
navium penuria laborantibus, Corinthii * viginti præ- "
e naves. quod noſtrum beneficium, & alterum, quod "
uſſa ſumus, ne Samiis opem Peloponneſii ferrent; pe- "
vobis, & de Æginetis victoriam, & de Samiis ultio- "
* Atque hæc ea tempeſtate fecimus, quando maxi- "
iomines infeſti in ſuos hoſtes ruentes, nihil penſi præ "
riæ cupiditate habent. amicum tali tempore judicant, "
ſis operam navat, etiamſi priùs hoſtis fuerit: pro hoſte "
habent, quiſquis repugnaverit, licet forſan amicus "
it. ſicut etiam propriis domeſticisque rebus, hac con- "
one occupati, peiùs conſulunt. Horum vos alii me- "
am redintegrantes, juniores ex ſenſibus eadem diſcen- "
paretm nobis in præſentia gratiam referte: * neque ju- "
id quidem eſſe, alteram verò viam, ſi bellum movea- "
utiliorem judicate. * Semper enim emolumentum id "
mè ſequitur, in quo minimè peccatur: * & an futurũ "
llum, (cujus vos metu ab æquitate deducere Corcyræi "
itur) adhuc in ambiguo eſt: parumq; gravis cauſſa, quæ "
manifeſtas & minimè dubias Corinthiorũ inimicitias "
cere debeat. * Quin potiùs antè conceptã * ob Mega- "
s ſuſpicionem, prudenter levate. poſtremum enim quod "
tempore collatum beneficiũ, licet minus fuerit, quam- "
agnum crimen abolere poteſt. * Quòd autẽ navalis ne- "

„ trare æquum cenſemus: ne quorum ſententia vobis olim
„ commodo fuit, eos nunc veſtro ſuffragio lædatis. Scientes i-
„ gitur, hoc illud eſſe tempus, quo qui operam præſtat alicui, ma-
„ ximè amicus; qui vero adverſatur, hoſtis habeatur: parem no-
„ bis gratiam referte: neu Corcyræos in veſtram ſocietatem,
„ per noſtram injuriam recipite, & ſcelerũ vos ſocios præbeatis,
„ * Quod ſi feceritis, recte & ex officio agetis, & vobis ipſis quàm
„ rectiſſimè conſuletis. Hæc Corinthij. Athenienſes utraq; par-
te audita cùm bis in concionem conveniſſent: priore non pa-
rùm ad Corinthiorum cauſſam inclinabant animi: poſteriore
Athenienſes Corcyræi in amicitiam acceptũ, auxilium miſerunt. tamen mutata ſententia, * decreverunt, ſocietatem, cum Corcyræis facere; non quidem ut eoſdem cum ipſis amicos hoſtésq; haberent, (ſi enim vellent Corcyræi, ut ſecum Corinthum navigarent, fœdus cum Peloponneſijs rumpendum fore.) ſed * auxiliarem ſocietatem talem; ut ſi quis armis Corcyram, aut Athenas, horumve ſocios, peteret, ſuppetias ſibi mutuò ferrent. * Bellum quippe cum Peloponneſijs utiq; ſibi futurum cernebant: & Corcyram, tanta inſtructam claſſe, nolebant accedere Corinthijs: ſed eos potiùs quàm maximè inter ſe collidi atteriq;, ut cum Corinthijs alijsque qui claſſem haberent, debilitatis iam fractisq;, ſi res ita tuliſſet, congrederentur. ſimul ad traijciendum in Italiam Siciliamq; opportunè ſita Corcyra videbatur. His impulſi Athenienſes, Corcyræos in amicitiam recipiunt: pauloq; diſceſſum Corinthiorum * X. eis naves præſidio mittunt, ducibus Lacedæmonio Cimmonis, Diotimo Strombichi, & Protea Epiclis. His, ne quid contra fœdus * ageretur, præcipiunt, uti omninò arma ab Corinthijs abſtinerent: niſi Corcyram aut eorum aliquod oppidum, excenſionem facturi, peterent. tunc uti pro viribus arcerent. Ita Corcyram naves pervenerunt.

Corinthiorum claſſis contra Corcyræos movet. Corinthij paratis omnibus, Corcyram navibus centũ quinquaginta navigárunt. Erant autè Eleorum decem; Megarenſium duodecim; Leucadiorũ decem; Ambraciotarum ſeptem & viginti; Anactoriorum una; & ipſorum Corinthiorum nonaginta naves, duces ſuos ſingularum urbium naves habebãt: Corinthijs præerat cũ quatuor collegis Xenoclides Euthyclis. Hi poſtquam continentem, quæ Corcyram ſpectat, tenuerunt, profecti ab Leucade appellunt ad Chimerium Theſprotici agri. portus eſt ſub Ephyra urbe, quę paulùm remota à mari ſita eſt in Elæatide Theſproticæ regionis. Juxta urbẽ eam Acheruſia palus (ea nomen habet ab Acheronte fluvio, quem per Theſprotidem decurrentem accipit) in mare editur ibidem & Thyamis amnis labens, Theſprotidem Ceſtrinenque dividit:

quæ

quæ inter promontorium excurrit Chimerimum. Eo loco classe adpulsa, castra Corinthij posuerunt. Quorum cognito adventu, Corcyræi quoque completis decem & centum navibus, quibus præerant Miciades, & Æsimides & Eurybatus: in una insularum, quas Subota vocant, castra ponunt. aderant ipsis & Atticæ naves decem: & in Leucimna (promontorium id est) * terrestres copiæ, Zacynthiorumque auxiliarij mille milites. Nec parva Corinthij barbarorum in continente auxilia habebant. Semper enim qui eam continentis regionem tenent, in eos amico animo fuerunt. Instructis omnibus, Corinthij * assumptis trium dierum cibarijs, nocte parati ad dimicationem ab Chimerio solvunt: navigantesq; prima luce, Corcyræorum classem ex alto ad se tendentem vident. Igitur ut sese mutuò conspexerunt, aciem instruunt. Corcyræi Atticas naves in dextro collocârunt cornu: reliquũ ipsi obtinebant, triplici naviũ agmine facto; quorum singulis singuli præerant præfecti. Apud Corinthios, in dextero cornu Megarensium naves stabant & Ambraciotarum: medium cæteri socij promiscuè; lævum ipsi Corinthij cum delectis navibus, contra Athenienses & dextrum Corcyræorum cornu, tenebant. Hinc signo ex utraq; parte dato, prælij factum initium. magnam vim armatorum utriq; super navium tabulatis habebant, multos sagittarios jaculatoresque rudiùs adhuc prisco more instructi. Pugna atrox erat. nihil arte gerebatur sed pedestri magis similes pugnæ, cùm inter se concurrissent. ægrè dirimi. præ turba & multitudine navium, se patiebantur. Itaque commisso certamine & spe victoriæ armatis, qui super tabulatis stantes conserebant ex propinquo pugnã, cùm naves in arcto stipatæ quiescerent: animorum magis viriumq; robore, quàm scientia, res gerebatur. Postea quam magnus iam ubique tumultus erat, & passim permistis navibus pugnabatur: Atticæ naves Corcyræis, sicubi premerentur, succurrentes, terrebant ex adverso hostem; certamine, veritis præfectis Athenienſium mandata, abstinebant. Maximè dextrum Corinthiorum cornu premebatur. eos nanq; Corcyræi, viginti navibus in fugam versos, in terram palanteis persecuti, usque ad castra eorum profecti sunt: inque terram egressi, tabernaculis desertis igneis injecerunt, pecunias diripuerunt. Ex hac parte ita superata erat Corinthiorum classis. In sinistro verò cornu, ubi ipsi erant Corinthij, longè diversa fuit fortuna: cùm, præterquam quòd minor fuerat Corcyræorum classis, viginti quoque naves persequendi studio abessent. Igitur cùm premi suos Athenienses viderent: promptiùs iam suc-

Prælium navale inter Corinthios & Corcyræos.

currebant, priùs tamen sedulò caventes, ne cum ijs concurrerent. ut verò jam haud dubiam suorum fugam, & Corinthios instare, viderunt: tunc pro se quisque, nullo discrimine observato, rem aggredi, adeoq; res devenit, ut Athenienses & Corinthij manus conserere cogerētur. Versis in fugam hostibus, Corinthii non trahebant religatas navium submersarum scaphas, sed ad hominum potiùs conversi cædē, quàm ut vivos caperent, discurrerunt: ignariq; profligatum esse dextrū cornu, socios per imprudentiam cædebant. quippe cùm magnus utrinq; navium numerus esset, ingens maris obtinentiū spacium: postquam consertis manibus hærebant, haud facilè erat discernere, qui victores victive forent. nō enim ante eū diem maiore navium numero * Græci cōtra se mutuò pugnaverāt. Corinthij usq; ad terram persecuti Corcyræos: ad navium inde submersarum & fractarum reliquias, & cæsa suorum corpora versi sunt quibus maiore parte potiti, ea ad Subota, (portus est Thesprotidis desertus) qua ipsis terrestres barbarorum copię præstò erant, advexerunt. Eo facto, rursus cōgregati in Corcyræos redeunt. qui & ipsi, veriti ne in terram suam egredi conarentur hostes, cum reliquis navibus, quæq; * adhuc utiles navigationi erant, adjunctis etiam Atticis, ut in obvio essent, procedebant. Iam præceps ad vesperē dies erat. & ipsi * pæana, tanquam congressuri, canebant: cùm subitò Corinthij, cōspectis viginti navibus Atheniensium, * recedere sensim cominùs obversis navibus cœperunt. miserant eas Athenienses, post decem illas, subsidio: veriti, ne, non sufficientibus ad auxiliū decem navibus, Corcyræi, uti factum est vincerētur. Eas cùm prospexissent Corinthij; conjectantes, Athenis & plures, quàm quot viderant, esse, retrocesserunt Corcyræis (ab tergo enim accedentes, nondum sub conspectum eorum venerāt) principiò res mira videri, quòd cederent Corinthij: postquam verò quidam, qui cōspexerant, nunciarunt, naves illas adventare, ipsi quoq; abierunt. Corinthij iam se intendentib. tenebris conversis navibus, invicem discesserunt. ita hi dirempti à se mutuò, & pugna sub noctē finita est. Ad Corcyræos, castra in Leucimna habenteis; viginti illæ Atheniensiū naves, quib. præerant Glaucon Leagri & Andocides Leogori, per stragem hominum naviumq; vectæ, venerunt, haud multò pòst quàm conspectæ sunt. Corcyræi (& iam nox erat) primò ne hostium essent veriti; agnitas postea ad se receperunt. Insequente die egressę triginta naves Atheniēsiū, & Corcyræę quæ adhuc integræ aut navigationi erāt idoneę: portū Subotorū, ubi erāt Corinthiorū stationes, pugnæ copiam facturæ, petunt. Illi ab terra

Corinthij vincunt Corcyræos.

Corinthij cedere Corcyræis coguntur, ob nova Atheniensium auxilia.

edera violatis nobis quippe hostes nostros persequē "
titistis, & illos armis vestris texistis. Quare si ea sen- "
bis, nos sive Corcyram, sive aliò, quò libebit, navige- "
hibere, & sic fœdera violare: agitedum, nos primos "
& tanquam cum hostibus agite. Sub hæc dicta, quicū- "
orcyræo exercitu poterant exaudire cōtinuò vocife-
ut arrepti interficerentur. Ad ea Athenienses: Neq;
is, inquiunt, bellum; Peloponnesij, nec quidquam cō- "
agimus: sed Corcyræis socijs nostris opem laturi ve- "
uare si aliò navigare volueritis, nō prohibemus: sin "
ram accesseritis, aut aliquod eorum oppidum, pro "
os arcebimus. Hoc responso Atheniensium accepto, "
reditum paraverunt: cùm priùs trophæum ad Su- "
e sunt in continente, statuissent, Corcyræi collectis
ragmentis, cadaveribusque suorum, eiectis à flucti-
oq;, qui noctu exortus ea quoquoversus disjecerat:
n & ipsi, ceu victores, in Suboris insula posuerunt.
elli hæc præfertur opinio; ut se utriq; superiores dis-
istimarent. Corinthij quòd mari victores usque ad
navium fragmenta pleraque & cæsa suorum corpo-
ssent: hominumque non minùs mille cepissent; na-
er septuaginta depressissent. Corcyræi, quòd naves
ginta demersissent; quòd post adventum Athenien-
um suarum fragmenta & cæsos sustulissent, quòd
e Corinthij, Atticis navibus conspectis, cesserant i-

tos autem quinquaginta * in vinculis aſſervatos, benignè indulgenterq; habuerunt, ut ſi redirent (& erant plerique magnæ potentiæ & principes civitatis) Corcyram ſibi conciliarent. Ita Corcyra bello ſuperior Corinthijs facta: & naves Athenienſium inde diſceſſerunt. Hæc prima ſemina belli Corinthiorum cum Athenienſibus jacta ſunt: quòd tempore fœderis arma cum Corcyræis adverſus ipſos tulerunt.

Res ad Potidæam inter Athenienſes & Corinthios geſtæ.

Poſt hæc extemplò aliæ etiam cauſſæ irarum bellique inter Athenienſes & Peloponneſos motæ ſunt. Corinthijs enim ultionem parantibus; ſubolentes odium eorum Athenienſes, Potidæatas (in Pallenes peninſula oppidum eſt) Corinthiorũ colonos, ſuos verò ſocios & ſtipendiarios * murũ qua Pallenem ſpectat demoliri, & obſides dare juſſerunt. * Præterea præfectos ablegarent, quos quotannis Corinthij mittere ſolerent, nec ullum in reliquum reciperent. Id faciebant, ne ſolicitati ab Perdicca & Corinthijs, deſciſcentes, reliquos ſecum juxta Thraciam ſocios ad defectionem traherent. Hæc adverſus Potidæatas Athenienſes, mox poſt prælium ad Corcyram agebant: cùm iam haud diſſimularet in ipſos odium Corinthij, Perdiccasq; Alexandri filius, ſocius priùs & amicus, ab eis alienatus eſſet cauſſa erat, quòd cùm Philippo fratre ejus & Derdanis collatis viribus eũ oppugnãtibus, ſocietatem, fecerant Athenienſes. Huius metu perculſus ipſe, Lacedæmonẽ mittit: illud ſtruens, ut Peloponneſio * bello occuparentur Athenienſes. Corinthiorum animos Potidææ defectione ſibi conciliat. ad defectionem etiam Chalcidenſes, qui ſunt juxta Thraciam, & Bottiæos, ſolicitabat: ratus, ſi finitima hæc oppida ad ſocietatem pertrahere poſſet, haud exiguum ad bellũ commodiùs gerendum id ſibi adjumentum futurum. Nihil horum Athenienſes fallebat. itaq; ut præcaverent urbium defectiones, præfectis navium (ablegaverant fortè in regionem eius triginta naves & M. armatos, duce Archeſtrato Lycomedis cum decem collegis) imperant, ut ab Potidæatis obſides accipiant. & muros deijciant, reliquarumq; civitatum, ne deficere poſſint, curam agant. Potidæatæ legatos Athenas mittunt, ne quid novi in ſe ſtatuerent deprecantes. & Lacedæmonem cum Corinthijs profecti, de auxilio ſibi, ſi res poſceret, proſpiciunt. Ab Athenis cùm omnia experti, nihil pacati attuliſſent legati, & naves quæ in Macedoniam fuerant miſſæ, ſibi quoq; infeſtas ingruere viderent: * promiſſis magiſtratuum Lacedæmoniorum confiſi, qui polliciti fuerant, ſi Potidæam oppugnatum venirent Athenienſes, in Atticam ſe irruptionem facturos; tunc protinùs cum Chalcidenſibus & Bottiæis, publi-

Potidæatæ, Chalcidenſes, & Bottiæi, ab Athenienſibus deficiunt.

publicè jurejurando invicem obligati, deficiunt. Chalcidenſibus Perdiccas auctor erat, * ut relictis dirutisque maritimis oppidis, Olynthum univerſi commigrarent, & eam unam urbium munimento firmarent. Itaq; cum Perdiccas ijs qui res ſuas deſerebant, in Mygdonia ſuæ regionis partem, circa Bolben lacum, colendam daret, dum bellum cùm Athenienſibus maneret: ipſi dirutis ſuis urbibus, in mediterranea commigrârunt, ſeq; ad bellum comparârunt.

Athenienſes Perdicæ Macedoniæ regi bellum inferunt.

Interea triginta Athenienſium naves, cùm in Thraciam appulſæ Potidææ aliorumq; defectionem audiviſſent: haud quaquam pares ſeſe ratæ ad bellum cum Perdicca reliquisq;, quæ defecerant, oppidis gerẽdum: in Macedoniam, quò prius miſſę fuerant, curſum averterunt. Quò poſtquam venerunt, arma cum Philippo & Derda fratribus, è locis mediterraneis Macedoniam infeſtantibus, cõjungunt. Inter hæc Corinthij, audita defectione Potidææ, & navium Athenienſium in Macedoniam adventu; ſoliciti de oppido, propriumq; id periculũ ducentes: mittunt tum ex ſuis voluntarios, tum alios ex Peloponneſo mercede cõductos, mille in univerſum ac ſexcentos armatos, & levem armaturam quadringentorum hominum, duce Ariſteo Adimanti, cuius amore (& erat amiciſſimus Potidæatarum) plerique voluntate milites ab Corintho ſecuti ſunt. Pervenerunt iſti in Thraciam, quadrageſimo poſt Potidæę defectionem die. Et Athenas extemplò * rebellionis urbium nuncius perlatus eſt. itaq; cùm & Ariſteum illò militem duxiſſe audiſſent: duo millia armatorum & quadraginta naves, duce Callia Calliadis cum quatuor collegis, * illuc miſerunt. Hi cùm primùm in Macedoniam adpulerũt: * armatos priores mille, ab Therma recens capta, Pydnã iam oppugnanteis inveniunt. cum eis junctis, ipſi quoq; Pydnam circũſidentes; pacem poſtea ſocietatemq; cum Perdicca, neceſſitatib. coacti, fecerũt: quoniam Potidæa & adventus Ariſtei nullam dilationem patiebãtur. Relicta Macedonia, Berrhœam veniunt. & tentato nequicquam oppido, inde averſi Potidæam terreſti itinere profecti ſunt; tria millia armatorum, præter ſociorum magna auxilia & ſexcẽtos equites Macedonas Philippi & Pauſaniæ; (ſimul etiam naves eò ſeptuaginta navigârunt) modicisq; itineribus progreſſi, tertia die Gigonum veniunt: caſtra ibidem ponunt. Interim Potidæatæ, & quos Ariſteus adduxerat Pelopõneſij, caſtris ad Olynthũ in peninſula poſitis, * emporioq; ẽxtra urbem facto, operiebantur Athenienſes. præſectus præditatui Ariſteus erat: equitatũ ducebat Perdiccas, qui protinùs mutata iterum voluntate, Iolao adminiſtratione re-

Corinthij auxilium mittunt Potidæatis.

Athenienſes exercitum contra rebelles mittunt.

Athenienſes pacem cum Perdicca faciũt.

Prælium Athenienſium cum Corinthijs & Potidæatis.

gni permiſſa, ab Athenienſib. ad Potidæatarum tranſiera
cietatem. Subſtiterat ibi cum exercitu operiens aduentũ A
nienſiũ Ariſteus, eo conſilio: ut cùm in ſe verſi Athenien
ſent, Chalcidenſes reliquiq. extra Peloponneſum ſocij, &
diccas cum ducentis equitibus. Olynthi præſtolantes; poſ
gum coorti, in medio circumventos ca derent. Callias eo
Athenienſiu dux & collegę eius, * miſſis ad Olynthũ Ma
nicis equitibus & paucis ſociorũ, qui ab eruptione oppid
continerent: caſtra movent: & ad Potidæam copias duc
Appropinquantes iam peninſulæ, hoſtium ex adverſo in
ſtam ad pugnam aciem conſpiciunt. itaque & ipſi in a
procedunt: nec mora dimicandi facta eſt. Cornu, in que
Ariſteus cum Corinthiorum aliaq; delecta manu erat, p
lerunt ab ſua parte hoſtes, fuſosque per multum ſpacij p
benien- cuti ſunt. Reliquus Potidæatarum Pelopponeſiorumq
vincunt. ercitus, victus ab Athenienſibus, intra mœnia confugit
ſteus à perſequendis hoſtibus revertens, ubi cęteros ſupe
vidit: incertus animi erat, quam in partem periculum i
naret; Olynthum peteret, an Potidæam intenderet fu
Optimum videbatur, ut collectis ſuis Potidæam, quod pi
mum erat oppidum, curſu perrumperet. itaq; per mare *
tertrepidinem, multis miſſilibus petitus, paucis amiſſis.
reliqua manu incolumi quamvis ægrè erupit. At qui ab O
tho Potidæatis auxilio eſſe debuerant, (ſexaginta fere ſt
abeſt, edito in loco ſita) accepto ſub prælium initum ſu
paululum opis ferendæ cauſſa ab urbe progreſſi, poſtquã
hibendi cauſſa Macedonum equites obviam tendebant, i
confeſtim ad Athenienſes fortunam pugnæ inclinatam
* ſigna directa videbant, intra muros ſe receperant: & M
dones ad Athenienſes reverterunt. ita neutri ab equite ſuc
juti ſunt. Poſt pugnam hanc Athenienſes trophæum ſta
rũt, cæſorumq; corpora Potidæatis * per inducias reddid
Cæſi ſunt Potidæatarum ſociorumq; paulò minùs trecen
Athenienſibus centum quinquaginta, cum ipſo duce Ca
benien- occubuerunt. Inde confeſtim Athenienſes Potidæam pe
Potidæ- ſulam verſus cuſtodia vallo q; cinxerunt: qua verò Palle
obſidio- ſpectat, nullam munitionem objecerunt. non enim ſuffi
cingunt. copias ſuas putabãt, ut ſimul & peninſulam cuſtodijs obt
rent, & transgreſſi. Pallenen verſus etiam vallũ iacerent: q
periculum eſſet, ne ipſos diſtrictos Potidæatæ ſocijque ac
rentur. Quod ubi Athenas eſt nunciatum: non multò
mille ſexcentos armatos, duce Phormione Aſopij. mile
is Pallenen perveniens, ab Aphyti inde profectus, ad Pot

an

tercitum duxit. Tardiùs agmen incedebat; & simul agri
bantur, vt hostes in aciem extraherent. Posteaquā verò
exibat, partem quoque muri Pallenē versus vallo clau-
t, ita totis viribus Potidæa terrâ marique (nam & classis
ta erat) obsidebatur. Aristeus postquam septam muni-
ous vrbem, nec vllam spem salutis reliquam esse vidit,
x Peloponneso aut alicunde quid repente moveretur:
t, vti vento observato secundo, alij omnes, præter quin-
s, (quorum numero se quoque futurum profitebatur)
us abirent, * quo diutiùs alimenta obsessis suppeterēt.
ententiæ cùm nemo adsentiret; vt quæ his proxima erāt
nistraret, & quæ foris essent rectissimè constitueret: fru-
s custodias Atheniensium, clàm inde enavigat: & in
idensibus subsistens, tum alia quæ ad bellum pertine-
administravit, insidijsq; ad Sermyliorum vrbem loca-
agnam hominum multitudinē trucidavit: tum verò ex
ponneso quoq; auxilia flagitabat. Post cinctam munitio-
Potidæam, Phormio cum mille sexcentis, quos adduxe-
halcidicum Botticumq; agrum ferro igniq; depopula-
castella etiam quædam occupavit.

* causæ irarum inter Athenienses & Pelopōnesios ex-
nt Corinthij, quòd Potidæam suam coloniam, & in ea
nes Corinthios Peloponnesiosq; obsiderent, arguebāt.
à Athenienses Peloponnesijs infesti erant: quòd sociam
stipendiariam vrbem deficere coëgissent, & insuper ve-
es apertè cū Potidæatis in prælio contra se arma tulissēt.
lum tamen planè eruperat bellum: sed * induciarum
m genere dilatum hactenus erat. hæc enim omnia
o consilio gesserant Corinthij. Potidæa autem cir-
ssa, non vltra quietem pati poterant: quia & cives ibi
m obsidebantur, & ne id oppidum amitterent, angebā-
otinùs itaq; socijs Lacedæmonem cōvocatis: ipsi eò ve-
& in Athenienses graviter invehuntur, quòd & fœdus
ent, & iniuriam Pelopōnesis fecissent. Aeginetæ, quam-
ertè legatos, metu Atheniensium, non mittebant: clan-
tamen non minùs cum eis bellum concitabant; querē-
neutiquam, vt fœdere convenisset, immunes suis legib.
Lacedæmonij cùm in concilium solitum convenissent:
is socijs, expromere, si quid adversus Atheniēses habe-
usserunt. Itaque alij multi progressi, crimina singuli in
ienses iactabant: tum verò Megarenses, alijs non minùs
ibus factis expositis, illud inprimis querebātur; * quòd
b. Atheniensium ditionis & Attico foro, contra fœdus,
arcerentur.

Corinthij in Athen. exacerbati.

Conventus sociorum Lacedæmone.

arcerentur. Vltimo loco progressi Corinthij, cùm satis a
orationibus commotos exacerbatosq; crederēt Laceda
ratio Co- » nios, ita verba fecerunt: * Fides vestra, Lacedæmonij, c
rinth. o- » in Rep. privatisq; colitis negotijs, facit, vt minus fidei n
ratio, de » orationi habeatur: eoq; moderationis quidem laudē r
ratio Athe » mini: multò verò maiore ob id * imperitia rerum exter
nensibus » laboratis. Toties quippe prædicentibus nobis immine
conferendo. » ab Atheniensibus procellam: nō tamen vnquam admor
» nes nostras descēdere ad animos vestros permisistis; pr
» potiùs id simultatem proprijq; compendij studium esse
» cantes. Et ea de causa, non priusquam læderemur, sed po
» cum ipsa re cōflictamur, socios hosce cōvocastis: * apud
» nos tanto plura verba facere oportet, quāto plura, de q
» conqueramur, habemus; à vobis neglecti, ab Athenien
» iniuriam passi * Equidem si ex occulto Græciæ quiete
» cessivissent: exponenda docendaq; nobis, quæ vos fuge
» essent Nunc verò quid verbis opus est: cùm alios iam ser
» eorum subiectos, alios (in quibus non postremi sunt nost
» cij) insidijs eorum appeti, ipsosq; iampridem bellū mag
» apparare videatis? * Non Corcyram nobis vi extorse
» non Potideam obsidione cinxerunt? quorum hoc oppo
» nissimum est ad res in Thracia gerendas oppidum: illa
» sem maximam præbere Peloponneso potuit. * Horum
» omnium vos caussa estis: qui cùm primò post Persicum
» lum munire eos urbem, & postea longum etiam illum
» rum extruere, passi estis: ad præsens usque tempus neglex
» non modò quos ipsi libertate spoliárunt, sed vestros met
» ipsorum socios. * neque enim qui servitutem alijs in
» git, tam culpandus est, * quàm qui, cùm possit prohil
» negligit: præsertim si existimationem sibi titulumque
» randæ Græciæ vendicat. Itaque nunc etiam ægrè conv
» mus: nec tamen id ipsum quibus oportebat animis. nō
» an aliqua in nos orta sit iniuria, sed quemadmodum v
» nem ex istis repetamus, consultandum fuisset. Qui enim
» huc fecerunt, re probè deliberata, nec per dilationes cun
» bundi: in nos incertis etiamnum consilijs fluctuanteis
» oriuntur. * Nam quis vestrûm ignorat: qua via Athen
» ses, & quomodo sensim alios impetere soleant? cùm enim
» parùm animadvertere existimāt, quæ agantur, minùs auc
» vbi verò sentire, & sentientes negligere vident, totis vir
» incumbunt. * Soline Græcorum, Lacedæmonij, cess
» * & cunctando potiùs, quàm armis viribusq;, vlciscemin
» stes? * soli duplicatam potiùs, quàm orientem, hostium

ren

e cũctamini, oppreſſos videmus. * Nolite autem iudi-
odio magis iſthæc, quàm expoſtulandi cauſſa, dici. cum
s enim errore lapſis expoſtulamus: inimicos verò & in-
, accuſamus. Etſanè, ſi quiſquam alius, nos certè ij ſu-
quibus liceat ſocijs exprobrare peccata: præſertim cùm
ntæ in diſcrimine verſentur; quas non ſentire nobis vi-
ni, neque reputare vnquã * cum qualibus hominibus,
tumque ab omni parte præſtantioribus, vobis negociũ
urum. Illi enim novitatum ſtudioſi, celeres ſunt, & ad
gitãdum, & ad exequendum, quidquid decreverint: vos
veſtra tueri, ultra nihil deliberare, & reipſa neque neceſ-
perſequi, ſoletis. * Illi ſupra vires audaces, & vltra con-
emerarij, * & in adverſis cõfidẽti ereſtoq; animo ſunt.
erò minora virib. audentes. ne tutis quidẽ cõſilis fiditis:
tunquã ex negocijs & difficultatibus expediri poſſe pu-
Adde, quòd illi impigri, cõtra vos cũctatores, peregrina-
b' aſſueti cõtra *domi deſides, ſtabũt. Sperant. n. illi, ex-
ſe aliquid amplius adquiſituros. vos autem ſi pedem ef-
s, ne veſtra quoq; amittatis, veremini. Victores hoſtium,
iaciſſimè * ſequũtur: victi, quàm minimè animos demit-
* Corporibus præterea ſuis pro Reipub. ſalute, ceu alie-
ũs, minimè parcũt: cõſilio maximè proprio in ea gerẽda
ur. Si quid eorũ. quæ animo moliuntur, minùs ſuccedit,
ſticam eam iacturam cenſent: cõpotes verò facti, par-
d præ ijs, quæ animo conceperunt, ducunt. ſin etiam co-

» putant. Adeò ut ſi quis in univerſum ita ipſos natos eſſe dicat,
» ut neq; ipſi quieſcant, neque alios quieſcere ſinant: unus mi-
» hi verũ eorum ſpeciem cepiſſe videatur. * Quas ob res, Lace-
» dæmonij, cùm talem vos civitatem adverſariam habeatis, et-
» iam cunctamini? an ignoratis, * quiete eos ut plurimum ho-
» mines frui, qui ita quidem ſunt inſtructi, ut injuriam neminĩ
» faciant; ſed viciſſim ita comparati, ut laceſſiti, paſſuri id neut-
» quam videantur? An ſic potiùs jus æquum colitis, ne alios le-
» datis, neu ipſi ulciſcentes incommodum accipiatis? Vix ſi ſi-
» milis vobis urbs vicina eſſet, iſtud conſequi poſſetis nunc vos
» (quod & priùs monuimus) priſcis adverſus eos moribus con-
» ſilijsque agitis: cùm, ſicut in artibus, ſemper novis abolere
» priſca oporteat. Pacem quidem habenti Reipub. immotæ
» certæq; leges optimè conducunt: quibus verò hinc inde va-
» gandum eſt, novis etiam inventionibus opus habent. Vnde
» Athenienſium urbs, omnia audendo atq; agendo, plùs quàm
» noſtra eſt innovata. * Quare ſufficiat, hucusq; progreſſam
» tarditatem veſtram. * Nunc verò tum alijs, tum Potidæatis,
» ſicut vos facturos recepiſtis, opẽ ferte, quàm celerrimè exerci-
» tu in Atticam inducto: ne amicos veſtros & cõſanguineos ho-
» minib. inimiciſſimis prodatis, & nos * reliquos aliam ab de-
» ſperatione ſocietatẽ circũſpectare cogatis: qua in re nihil de-
» linqueremus, neq, in Deos fœdorum conſcios, neq; in homi-
» nes, qui iſta ſentiunt. Solvunt enim fœdera, nõ qui deſerti alios
» invocant: ſed qui auxilia negant ijs, quibus jurejurãdi religio-
» ne ſunt devincti. Sin autem impigrè res aggrediemini, mane-
» bimus in ſocietate. neq; enim piè ageremus * novantes cõſi-
» lia, neq; benevolẽtiores invenirem⁹. * Deliberate iſta probè
» cum animis veſtris: & date operam, ne minùs benè Peloponn-
» neſo præſideatis, quàm à maioribus veſtris accepiſtis. Secun-
dum hanc Corinthiorum orationem, Athenienſium legati, quitum fortè alijs de cauſis Lacedæmone erant, perceptis eorum verbis, decreverunt ipſi quoq; ad Lacedæmonios prodire: non ut criminibus delatis à civitatibus reſponderent; ſed ipſos de ſumma rei monerent, ne priùs, quàm rem probè cõſideraſſent, conſilia raptim præcipitarent. Simul etiam vires urbis ſuæ oſtendere volebant, & ſenioribus in memoriam revocãdo, quæ cognita haberent, & junioribus narrando quorũ ignari eſſent: tali oratione ad pacem illos magis quàm ad bellum inclinari poſſe, rati. Aditis itaq; Lacedæmonijs, ſibi quoq;, ſi nihil obſtet, poteſtatem fieri alloquendi populum petũt. quo impetrato, progreſſi, ita diſſeruerunt; * Etſi nõ ut accuſationi

Oratio Athenienſium legatorum,

* ſocio-

* sociorum vestrorum respōderemus, sed in alijs Reipúb. nostræ negocijs huc iumus ablegati: tamen posteaquam intelleximus, non levem contra nos institutam criminationem, huc prodijmus; non equidem responsuri criminibus civitatum (neque enim apud vos, tanquā iudices, aut nostra aut illorū oratio haberetur) * sed ne vos temerè sociorū impulsi sermonibus, de tātis rebus sequius quippiā cosulatis. Quin etiam illud de tota nostra caussa indicare voluimus: quòd neque iniuriâ hæc, quæ amplexi tenemus, possideamus, neque indigna sit nostra civitas, cuius paulò maior ratio habeatur. * Missis proinde antiquissimis illis, quorum aures potiùs nostræ, qui ea fando audivimus, quàm oculi testes sunt: Medica, & quæ de illis nostis, etsi ob crebram eorū commemorationem * molesta erunt, referemus. quæ quidem cùm nos gessimus, salutis caussa pericula suspiciebamus: facti verò licet & vos aliquantum participes fueritis, nihil tamen prohibet, quo minùs etiam de eo, si quid ad rem facit, mentionem inferamus, idq; non adeò purgandi nostri caussa, quàm signi & argumenti, vt intelligatis, quali cum civitate vobis, si minùs rectè statueritis, negocium sit futurum. Igitur * in Marathone nos solos cum barbaris congressos dicimus: eosdemq; cùm postremò venerunt, quia terrâ impares eramus, naves universos conscendisse, & prælio ad Salaminem commisso, illud consecutos esse, ne ad singulas vrbes (quarū nequaquā tantæ vires erāt, vt sibi invicem contra ingentem illam classem auxilio essent) barbarus circumferendo bellū, Peloponnesum populari atque evastare posset. Cui nostro facto ipse præcipuum testimonium prohibuit; cùm classe devictus, extēplò, quasi iam impar viribus cum maiore exercitus parte discessit. Ad hunc eventum, qui perspicuè declaravit, in navium præsidio Græcorū fortunam versatam, tres nos res contulimus vtilissimas: navium numerum maximum, ducem prudentissimum, & insignem animorum alacritatem. * Classis enim quæ quadringentarum fuit navium duas serè partes nostræ naves expleverunt. His imperatorem addidimus Themistoclem, * principē eius consilij quod haud dubiam rebus salutem attulit, ut in angustijs decerneretur. quam etiam ob caussam * vos ei præ alijs omnib. peregrinis honorē habuistis. Alacritatē verò ingentem eo declaravimus: quòd destituti omni terrestri auxilio, & cæteris vsque ad nos subactis, tamē relicta vrbe, & re familiari proiecta, non defuimus reliquorum sociorum incolumitati: & neq; vobis succensuimus, quòd nobis auxilio non fuissetis, neque

copias

" à bello Lacedæmonios dehortantiū.

„ copias diducendo inutiles nos reddidimus; ſed navibus con-
„ ſcenſis, periculum univerſi capeſſimus. Quas ob res haud mi-
„ nora profectò vobis cōmoda attuliſſe, quàm accepiſſe, præ-
„ dicamus. Vos quippe ſtantibus adhuc & ſalvis urbibus veſtris,
„ quas in poſterum quoque tempus habitaretis, veſtram potiùs
„ quàm noſtram vicem ſoliciti, ad opem ferendam cōcurriſtis,
„ integris verò noſtris rebus nullibi præſtò fuiſtis. Quid nos? ab
„ urbe iam ad nihilum redacta digreſsi: atque pro ea ab exigua
„ dependente ſpe, Martis aleā ſubeuntes, ſervavimus & vos ex
„ parte & nos ipſos. Quòd ſi nos, vt alij, de regione noſtra ſoli-
„ citi, aut initiò ad Medum deſciviſſemus, aut poſtea tanquam
„ perditis rebus non auſi fuiſſemus conſcendere naves: nihil
„ certè vos, * cùm non ſatis navium haberetis, pugnare opus
„ fuiſſet; ſed ſedenti ipſi & quieſcenti, omnia ex animi ſenten-
„ tia ſucceſſiſſent. * Digni autem vobis videmur, Lacedæmo-
„ nij, & promptitudinis huius cauſſa & conſilij prudentis; qui
„ ob hoc noſtrum imperium non tāta apud Græcos invidia la-
„ boremus? Quippe hoc ipſum, non per vim & iniuriam ad-
„ quiſivimus: ſed vobis recuſantibus perſequi reliquias barba-
„ rorum, ad nos convenerunt ſocij, & vti duces eorū fierimus,
„ precibus effl igitārunt. * Hoc modo ſuſceptum imperium
„ coacti initiò ſumus ad hoc faſtigium perducere, maximè pro-
„ pter metum, tum verò etiam dignitatis. & deniq; emolumen-
„ ti noſtri, gratia. Non enim tutum nobis amplius videbatur,
„ plerorumq; odijs invidiaq; circumſeſſis, * cùm iam rebelles
„ quoſdam coercuiſſemus, cùm vos nō amplius ſyncerè nobiſ-
„ cum amicitiam coleretis, cum ſimultatibus ſuſpicionibusque
„ operam daretis: vt remiſſo imperio periculis nos exponere-
„ mus. etenim omnes ad vos defectiones factæ fuiſſent. Quis
„ igitur nobis ſuccenſeat, ſi in maximis periculis rerū noſtrarū
„ aliquam rationem ducimus? Vos quoq;, Lacedæmonij ad uti-
„ litatem veſtram vrbibus Peloponeſi præeſtis. qui ſi tunc per-
„ ſequendo bellum imperium nacti, odio hominibus, vti nos,
„ cœpiſſetis eſſe: pro certo ſcimus, ita fuiſſe futurum, vt vos non
„ minùs graves ſocijs effecti, aut imperioſiùs dominari, aut ipſi
„ diſcrimen adire cogeremini. * Quare nihil nos, quod inſolēs
„ inhumanumve ſit, egimus: quòd imperium oblatum accepi-
„ mus, acceptū tueri ſtudemus, trib. maximis rebus, metu, ho-
„ nore & vtilitate, impulſi. huius inſtituti nos non primi auc-
„ tores fuimus: ſed ſemper ita moris fuit, * inferiorē à potentio-
„ re ſubiugari. Nos quoq; nō nobis ſolùm, ſed vobis etiam, do-
„ nec emolumenta ſpectabatis, digni ſumus vili: qui nūc æqui-
„ tatis ſpecie vtimini; quam nemo vnquam tanū fecit, vt obla-

ram

nobiſcũ vivere ſueti, ſi quid, quod ipſis fieri non de-
ratur, vel pro poteſtate, vel conſilio etiam, leviter à
enduntur: nõ quòd major rerum pars eis ſit relicta,
bent: ſed hunc paryũ defectũ ægriùs patiuntur, quã
io projectis legibus, propalàm noſtræ utilitati ſervi-
i enim ne ipſi quidem iniquum cenſuiſſent, inferiorẽ
parére: injuria verò homines ſi afficiãtur, magis ira-
quàm ſi vi aliqua lædantur. illud enim ab æquo ſibi
redunt: ad hoc verò à potentiore ſe cogi arbitrantur
à Medo longè hiſce graviora perpeſſi, tamen tolerâ-
rum imperiũ intolerandum videtur. neq; id injuria:
per præſens grave ſubditis exiſtat. Quas ob cauſſas,
lectis imperium vobis adrogaretis: confeſtim be-
tiam illam, quam meu noſtri contraxiſtis, amitte-
uidem ijſdem, quæ brevi illo, quò contra Medum
is, tempore oſtendiſtis, conſiliis utemini. * Veſtra
uruta nihil commune cum aliorum hominum mo-
ent: & unuſquiſque veſtrorum præfectorum quan-
itur, neque his utitur, nec quibus reliqua Græcia
Quocirca tanquam de re maximi momenti diligen-
liberate: ne alienis conſiliis criminibusque perſua-
ſtico vos periculo implicetis. * Incertos quin etiam
lorum inſtabilesque vices, quàm ijs illigemini, per-
lentiùs enim ſi trahantur, multis caſibus variari ſo-
ibus uti jam ſecuri ſumus, ita ad cujus tum parteis

„ randum rumpatis; sed jure potiùs secundum leges fo
„ controversias dirimitatis. Aliter nos Deos fœderum a
„ testesque invocantes, bello pacis turbatores, quà vos d
„ tis, persequemur. Hæc Athenienses. Lacedæmonii
„ & querelas sociorum de Atheniensibus, & verba ipsor
iam Atheniensium, audissent: summotis omnibus, se
de re præsenti consilia agitârunt. Vbi cùm plerique in i
sentirent, injurias Atheniēses intulisse, & ob id bellum
quoque tempore gerendum: surgens eorum rex Ar
mus, vir prudens habitus & moderatus, ita orsus est: *
„ & ipse multorum eruditus usu bellorum, Lacedæmon
„ strûm quoque ejusdem ætatis quosdam videam: non
„ timere, ne quis aut imperitia, præsentis negocii (uti
„ evenire potest) capiatur desiderio, aut pro bono illud
„ habeat. * Proinde si istud, de quo præsens consultatio
„ bellum incorrupto sanoque judicio intuebimini: non
„ parvum illud contemnendumve invenietis. * Equide
„ versus Peloponnesios & finitimos facilè robur nostru
„ resque sufficiunt, & brevi tempore singulos possumus
„ * hominibus verò qui * non in propinquo colunt, &
„ peritissimi, atq; ab omni parte optimè instructi sunt, pe
„ tam privatim quàm publicè, navibus, equis, armis, hom
„ copia, quantum nulla Græciæ civitas, socios præterea &
„ diarios plurimos habent: his, inquam, qua via facilè m
„ bellum, & cujus auctoritate moti, imparati eos adoriri
„ mus? An navibus aggrediemur? at impares sumus: & si
„ mè huic studio incumbere, & nos instruere contra vo
„ mus, tempore excludemur. An pecuniarum copiis eos
„ gnabimus? sed multò minùs ab his parati sumus, & *
„ in publico habemus, neq; ex privato facilè cōferimus.
„ dicat quis & hominum nos numero præstamus, quibus
„ eorū invadere & depopulari possumus. * aliæ sunt r
„ nes, quibus imperant, & ex mari res necessarias adv
„ possunt. Quòd si socios eorū solicitaverimus ad defect
„ cùm insulas pleriq; colant, classe navibusque tutandi
„ * Quod igitur nostrum erit bellum? nisi enim aut mari
„ riores simus, aut reditus intercipiamus; ex quibus ipsi cl
„ alunt: nos ut plurimum damna accipiemus. * Ac neq;
„ re deinceps bellum deorum fuerit: cùm maximè prior
„ arma videbimur movisse. * Sed nec illud speremus, si
„ eorū vastemus, protinus finituros bellum. * vereor
„ ne, liberis nostris id relinquamus. Hi enim sunt Atheni
„ animi, ut neque populationibus subigi, nec ut imperiti

pe

Lacedæmo- [illegible] in [illegible] liberant.

Oratio regis Archidami de bello Attico.

lli queant. * Verum enimvero non eò hæc dico, ut vos
ſtupidos ſociorum cladibus connivere, & inſidiantibus
viam ire, velim: ſed volo, ut arma nondum moveatis,
tis autem qui cum eis expoſtulent, neq; bellum * nimiũ
lentes, neq; quaſi id permiſſuri ſimus agentes. Interea
bis & noſmetipſos munire ſociorum acceſſione, tam
rum quàm barbarorum, poterimus: & aliquod vel na-
vel pecuniarum ſubſidium comparabimus. neque enim
lari poteſt, ſi quis hujuſmodi, uti nos Athenienſium, in-
ppetitus, non Græcorum ſolùm, ſed * barbarorum
, opibus ſe defendat. ſimul domeſtica quoq; præſidia
iemus. * Hinc jam ſi noſtra legatione movebuntur,
um id quidem fuerit: ſin minùs, duobus tribusve elapſis
, magis jam omni ex parte inſtructi, arma eis, ſi ita viſũ
, inferemus. Et forſan ſi videbunt apparatum ipſum eũ
s conſentire, minùs gravatè cedent: dum terram adhuc
tam habent, dum de præſentibus, nec dum afflictis, bo-
liberant non enim aliud terram eorum eſſe, quàm obſi-
putare: tantoq; magis quanto meliùs exculta & omni-
ebus exornata eſt. Huic nos parcere quàm diutiſſimè
et, ne ipſos, ad deſperationem rabiemq; adactos, diffi-
poſtea expugnemus. Nam ſi imparati, ſociorum mo-
rimoniis, invaſerimus agros: etiam atque etiam videte
gnominiam aliquam & diſcrimen Peloponneſum con-
ius. controverſiæ enim publicæ & privatæ finiri poſ-
bellum verò cujus exitum eventumque proſpicere non
ab univerſis * ob privatas ſuſceptum cauſſas, nulla
ioneſta ſpecie poni poteſt. * Cæterùm nemini timidi-
ud vel ignavia videri debet: ſi nos longè plures nume-
m urbe una congredi confeſtim non audemus. nam &
ui pecunias conferunt, ſocii ſunt non pauciores: bel-
on tam armis, quàm pecuniis, quæ ſint * nervus bel-
untur, maximè cùm nobis mediterraneis cum mariti-
egotium ſit futurum. Pecunia, inquam, priùs eſt com-
da nobis, quàm ſociorum impulſi verbis aliquid mo-
us: qui uti, in quamcunque partem ceciderit res, cauſ-
ræ alijs laturi ſumus, ita per otium proſpicere de illis ac
dere debemus. * Tarditatis verò & cunctationis, quã
ximè inceſſunt, ne vos pudeat. quo enim feſtinantiùs
s, hoc tardiùs imparati aggreſſi, rem finietis. Nam pro-
quòd ſemper liberam & glorioſiſſimam urbem habui-
id non aliunde eſt, quàm ex cunctatione prudenti.
s enim nos nec proſpera fortuna ſub flatu extollit, nec

„ adverſa quamvis nos infringit. Vnde fit etiam, quòd illo-
„ rum, qui laudibus nos ad pericula, præter animi noſtri ſen-
„ tentiam, incitant, delinimentis minimè movemur: ſicuti nec
„ eorum, qui nos dolore nos volunt & querimonijs inflammare,
„ orationibus deſerimur, ut aliquid ſecus nobis patiamur perſua-
„ deri. Deliberes autem juxta & prudentes eadem nos diſciplina
„ efficit, bellicoſi quidem, quòd verecundia moderationis plu-
„ rimum habet verecundiæ: rerum animi fortitudo: prudentes
„ verò reddit, quòd non * contemnere leges edocti, ſed lon-
„ gè aſperiore ac triſtiore diſciplina, quàm ut eas aſpernemur, in
„ ſtituimus. Nec circa res inutiles acuti exquiſitiq; ſumus, ut
„ hoſtilem apparatum oratione quidem eleganti elevemus,
„ facti verò dictis non æquemus: ſed aliorum æquè paratos a-
„ nimos judicamus: tantámque eſſe & tam multiplicem caſu-
„ um humanorum varietatem, nulla ut oratione cogitatione-
„ ve concipi & explicari poſſit, arbitramur. Quare nos ſemper
„ adverſus hoſtem nihil inconſideratè aut temerè facturos, re-
„ ipſa intentos geramus: nec ex eorum erratis ſpes noſtra, ſed
„ propria diligentia pendeat & providentia: omninoq; exiſti-
„ mandum eſt, non multùm alias hominibus hominem præſtare, eũ
„ verò optimum eſſe, qui circa res neceſſarias, & ad ſe pertinẽteis,
„ reſt iſſimè ſtatuit inſtituit. Ne igitur hæc inſtituta, quæ ab
„ majoribus tradita & à nobis hactenus obſervata, magno ſæpè
„ emolumento fuere, abjiciamus, neu brevi unius diei momen-
„ to præcipere de capite & fortunis de urbibus gloria-
„ mur omnium: ſed ſpacium ad id, quod vobis præ a-
„ liis videtur præſtare vires, ſumamus. * Nunc autem ita cen-
„ ſeo: legatos extemplò Athenas mittendos, qui & de Potidæa
„ & ſociorum querimonijs agant: * cùm inprimis ipſi ſe ſpon-
„ te offerant diſceptationi. quod qui faciunt, eos tanquam in-
„ juſtos aggredi iniquum eſt. Simul & vos bellum adornate.
„ Quod ſi feceritis, quæ & vobis optima, & hoſti quàm maxi-
„ mè formidoloſa erunt, decernetis. Poſt hæc dicta Archida-
„ mi, ſurgens noviſſimo loco Sthenelaidas, * qui tunc Ephoro
Oratio Sthenelaidæ Ephori ad bellum Lacedæmonios incitans. „ rus erat: * Quod ibi Athenienſes vociferati ſint, longa oratione
„ velim, haud ita concilio, non ſua quippe orationis parte
„ ſuis laudibus jactandis conſumpta, nihil respondere: quòd
„ non injuria ſocios noſtros & Peloponneſum aſſecerint.
„ Quod ſi contra Medos egregiè tunc viros præſtiterunt,
„ nunc verò in nos improbi exiſtunt: duplam commerebuntur
„ pœnam, quòd nunc ex bonis mali ſint facti. * Nos verò
„ ijdem & tunc & nunc ſumus. & ſociorum clades, ſi ſana
„ mens eſt, neutiquam negligemus: neque auxilium eis ferre

prola-

utem negligite; ſed, diis benè juvantibus, aggredia- "
s à quibus nefariè læſi violatique ſumus. Inde cùm in "
ium, quia Ephorus erat, concionem Lacedæmoniorũ
: (voce ſuffragium dant, non calculo) negabat ſe diſ-
: poſſe, utrius partis clamor præualeret. cæterùm quia "
m ſententiæ declarationem audire cupiebat, eamq; ad "
magis inclinare: Cui veſtrum, inquit, Lacedæmonii, "
iderur fœdus, & iniquè Athenienſes egiſſe, illuc (locũ "
ndit) tranſeat: cui ſecus in hanc partem ſecedat. Con- "
es igitur, cùm in parteis diſceſſiſſent, multò major eo- "
fœdus rupeum cenſerent inventus eſt numerus. Voca- *Lacedæmo-*
ſoçiis, ſe quidem decrêſſe, aiunt, injuriam ab Athe- *nii bellum*
ıs factam: velle autem omnes ſocios præſentes ſua *cõtra Athe-*
a dare, ut bellum communi conſiliõ decretoq; ſuſce- *nienſ. decer-*
ommunibus etiam viribus gerant. His peractis, do- *nunt.*
ſuas diſceſſerunt, reverſi ſunt etiam cõfectis, ob quæ
ıt, negotiis, Athenienſium legati. Factum eſt hoc, quo
ıptum cenſuêre, decretum, quartodecimo anno fœ-
od poſt bellum Euboicum in triginta annos percuſ-
tat. Cæterùm hoc ipſum totumq; bellum decreverũt
nonii, non tam ſociorum verbis impulſi, quàm metu
nſium, ne nimio plus eorum opes convaleſcerent, *Digreſſio,*
im magnam Græciæ partem ſubditam eſſe videbant. *qua Thucyd.*
uidem Athenienſes ad hunc ferè modum pervene- *Atticæ impe-*
es, ex quibus crevêre, gerendas. Poſteaquam Medi ab *rii incremẽ-*

Athenienſes urbem mœnia inſtaurant.

urbem occupárunt. Quibus peractis, domum ab Helleſponto ſinguli navigárunt. Athenienſes verò poſt barbarorum ex ſua regione diſceſſum, receptis protinùs, * ubi depoſuerant, uxoribus liberisque & reliqua ſupellectile, urbem mœniaque inſtaurare parant. muri enim exigua pars reſtabat; domus pleræque ruinis erant collapſæ; paucis, in quibus primores Perſarum tetenderant, integris. Lacedæmonij, ubi eorum cõſilium reſciverunt, legatos mittunt: partim quòd neque ipſos nec alium quẽvis habere mœnia mallent; partim verò, & quidem inprimis inſtigantibus ſocijs, qui & claſſis eorum magnitudinem, qualis antea non fuiſſet, & audaciam quam contra Medum oſtenderant, reformidabant. Poſtulatio erat: ne muro urbem ſuam circumdarent; ſed potiùs ſecum omnium extra Peloponneſum, quibus eſſent, mœnia deijcerent. Cæterum quod petebant, & ſuſpicionem, quæ ſuberat, animorum, non ſignificabant Athenienſibus: * in ſpeciem autem ferebant, ne cùm barbarus rediſſet, munitum aliquem locum & receptaculum, ſicut nuper Thebas, haberet ipſis Peloponneſum omnibus ſemper * tutum receptum perfugiumque præbituram. His auditis, cùm Athenienſes, conſilio Themiſtoclis, Lacedæmonios extemplò cũ eo reſpõſo dimiſiſſent, ut ſe legatos de ijs rebus miſſuros dicerent: ipſe ſe Themiſtocles actutùm ablegari Lacedæmonem juſſit; ſimulque alios ſibi adjungi ſocios, quos non ſtatim mitterent, ſed retinerent, donec idoneum murum ad tantam altitudinem excitaſſent, ex qua, ſi res cogeret, propugnare poſſent. verùm univerſis, qui in urbe eſſent, omniũ uxoribus & liberis, operi incumbẽdum, neq; ulli ſive privato ſeu publico ædificio parcendum, quod alicui ad id opus uſui eſſet. His præceptis, cùm adieciſſet, ſe quæ illic opus eſſent curaturum, profectus eſt. Lacedæmonem veniens, non ſtatim adivit ad magiſtratus, ſed aliud atq; aliud cauſſando trahebat ipſos. ſi quis ex magiſtratibus quærebat, ecquid ita nõ ad populum prodiret: ſocios ſe expectare dicebat, qui occupatione quadam diſtinerentur: veruntamen credere mox adfuturos: mirari nondum adeſſe. Quibus illi auditis, Themiſtocli amore ipſius adquieverunt. Cæterùm cùm alij quidam advenientes, propalàm ædificari muros, & iam ad altitudinem perveniſſe increparent: non potuerunt fidem eis abrogare. Quod ubi vidit ille, hortatur, ne temerè rumoribus fidem habeant. quin potiùs ex ſuis homines bonos mitterent, qui rem oculis cõpertam exploratamque perferrent. Mittentibus illis, ſimul Themiſtocles, clàm ſuorum quibuſdam Athenas miſſis, jubet, ut alias ex alijs fingendo

moras

moras diſſimulanter eos detineant, neque priùs, quàm ipſi rediſſent, dimittant. (veritus ne ab Lacedæmonijs, ſi rem penitùs cognoviſſent, retinerentur) iam enim venerant eius ſocij Abronychus Lyſiclis & Ariſtides Lyſimachi: qui ſatis validum eſſe murum nunciabant. Vti juſſerat, Athenienſes legatos retinent: & ipſe Themiſtocles ad Lacedæmonios progreſſus, ſine ambagibus denunciat, urbem ſuam iam muro, ſic ut ſatis valida ſit ad cives tutandos, cinctam eſſe. quòd ſi Lacedæmonij aut eorum ſocij legationem ad ipſos mittere vellent, meminiſſent, ſibi poſthac eundem ad tales fore homines, qui, quid ſibi reique publicæ conducat, probè noſſent. Etenim cùm urbem relinquendam, naves conſcendendas, cenſuiſſent; ſe ſuo conſilio abſq; illis id auſos fuiſſe, adeoque quæcunque cum illis deliberaverint, nunquam ſuam ſententiam poſtremam fuiſſe. Quare nunc etiam melius, ſibi videri, urbem ſuam muros habere. id enim cùm ſuis civibus tum in univerſum omnibus ſocijs utilius futurum. fieri nanq; non poſſe, ut idem & æquale in medium conſulant, qui inæqualibus copijs ſint inſtructi. Itaq;, aiebat, oportere aut omneis ſocias urbes mœnibus carere, aut hoc quoque ut rectè factum approbari. His auditis, Lacedæmonij non quidem apertas cum Athenienſibus inimicitias ſuſceperunt (non enim prohibendi, ſed tantùm in commune conſulendi cauſſa, legationem miſiſſe videri volebant: ſimul etiam benevolentiam erga Athenienſes, propter egregiè adverſus Medum navatam operam, retinebant) veruntamen ſua ſpe depulſi, clandeſtinam iram in animo volvebant. Legati utrinque, nihil accuſati, domum redierunt. Hac via Athenienſes, breviſſimi temporis ſpacio muro urbem cinxerunt. hodie quin etiam ſtructura cum feſtinatione ipſum factum oſtendit. Etenim fundamenta ex omnis generis lapidibus ſubjecta ſunt, quibuſdam etiam, ut cuilibet in manus venerant, non coagmentatis. multæ item columnæ ex monumentis, multi lapides arte laborati eò congeſti ſunt. patentior enim quoquoverſus muri ambitus, quàm priùs fuerat, urbi circumductus eſt. ideoque ſimul omnia pariter moventes properabant. Perſuaſit item eis Themiſtocles, ut in Piræeo abſolverent, quæ cœpta fuerant * priùs in eius magiſtratu, quem annuum geſſerat Athenis. Eum enim locum, * tres portus nativos habentem, percommodum fore putabat: ac ipſis præſertim, cùm ad rem nauticam animum adpuliſſent, * multum ad potentiam profuturum. Primus enim ille ſuadere auſus eſt, mari reique navali ſtudendum: ac protinùs

ipſe aditum ad eius imperium munivit. Huius igitur conſilio craſſum illum, qui etiamnum apparet, circa Piræeum murum extruxerunt: * in quo duo currus, lapides vehentes, & occurrentes, commeare potuerunt. Intrinſecus neq; cæmentum erat neque lutum, ſed conſtructi ingentes lapides, quadrati, ferroque extrinſecus & plumbo revincti. Cæterùm ad dimidium tantùm eius quam decreverat altitudinis hic murus perductus eſt. voluerat enim ipſa mole & craſſitudine avertere hoſtiles impetus. ratus quin etiam paucorum & inutilis turbæ præſidio eum defendi, alios naves conſcendere, poſſe. Rei ſiquidem navali ipſe maximè adiecerat animum: cernens, uti mea fert opinio, liberiorem regijs copijs mari eſſe acceſſum quam terra. Et quia * Piræeum vtiliorem urbe ſuperiore putabat; frequenter Athenienſes admonere ſolebat, ſi quando terrà premerentur, ut navibus conſcenſis inde ſe opponerent hoſti. Ita Athenienſes & muro urbem cinxerunt & reliqua perfecerunt. mox à diſceſſu Perſarum. Pauſanias ea tempeſtate Cleombroti dux Græcis ab Lacedæmone mittebatur, cum viginti navibus Peloponneſiorum: cui ſeſe Athenienſium etiam naves triginta & alij ſocij adjunxerunt. * Hi in Cyprum expeditione facta, plurimisque eius oppidis occupatis: Byzantium inde ſub eodem imperatore, tenentibus Medis, expugnant. * Cæterùm cum is iam imperioſiùs ſe impotentiusque gereret; ægrè id ſocij, maximè Iones & quicunq; regia nuper ſervitute liberati erant, paſſi, ad Athenienſes congregantur, & pro jure ſanguinis petunt, ut ſui ſuſcepta cura, Pauſaniæ, ſi cubi vim faceret, obviam irent vellent. His additis, Athenienſes recipiunt eos, animumq;, uti non neglecturi ſocios, advertunt. ſimul alia, prout ipſis rectiſſimè videbatur, conſtituunt. Quæ dum aguntur, Lacedæmonij Pauſaniam ad cauſſam, de ijs, quæ de ipſo delata erant, dicendam acciverunt. multa enim crimina de ipſo ſpargebant, quicunque Græcorum adventabant: domini potiùs eum, quàm ducis legitimi, munere fungi. Forte evenit, ut ſub id ipſum, quo is citabatur, tempus, ſocij ad Athenienſes, præter milites ex Peloponneſo, tranſirent. At is ubi Lacedæmonem venit, privatis quibuſdam criminibus condemnatus, maximis abſolvitur. Caput ferè accuſationis erat, quòd Medorum partib. ſtuderet: * idque omnibus palàm eſſe videbatur. Eo igitur ad exercitũ non ampliùs miſſo: Dorcin & alios unà cum parva manu ablegant qui poſtquam viderunt, nõ ampliùs imperium ſibi ſocios permiſſuros, reverſi ſunt. Poſt eos nullos præterea Lacedæmonij miſerunt, veriti ne, quod Pauſaniæ accidiſſe videbant, egreſſi illi,

Res contra Perſas. duce Pauſania, geſta.

Græci Athenienſium ductum, ob Pauſaniæ iniurias, ſequi cœperunt.

illi, * vitijs corrumperentur. ſimul Perſico bello liberari volebant: quòd Athenienſes, qui ſibi tunc temporis amici eſſent, * ſatis idoneos validosq; duces credebant.

Tributum ſociorum in Perſicum bellum, ab Athenienſ. inſtitutum.

Translato hoc modo, ob odium Pauſaniæ, ad Athenienſes voluntate ſociorum imperio: ſub titulo ulciſcendarum regionum agrorum devaſtatione cladium, ſtatuerunt, quas civitates pecunias cõferre adverſus barbarum, quas naves, oporteret. Tum primùm ab Athenienſib. Græciæ inſtitui * Quæſtores cœperunt, qui tributum (ſic appellabatur pecuniarum cõtributio) exigebant. * primum fuit conſtitutum, talenta ſexaginta & quadraginta. ærarium Delus erat: conventusq; in eo templo agebant. Quæ verò in hoc ſuo imperio Athenienſes, cùm initio ſuis legibus ſocij vixiſſent, ſuos conventus & cõciliabula habuiſſent; à Medico usq; ad hoc preſens bellum, tum adverſus barbaros, tum adverſus ſocios rebelles, Peloponneſios q; qui in omnia negocia ſe perpetuò ingerebant, armis rerumq; adminiſtratione geſſerunt: ea nunc percenſere libet. Nam quia ab omnibus ante me, qui aut ante bellum Perſarum res geſtas, aut ipſum hoc bellum, tradiderũt, hic locus prætermiſſus eſt: operæprecium judicavi, perſcribere ea, paululumq; excedere ad enarrandum Et quamvis attingat hæc ipſa in hiſtoria Attica * Hellanicus: paucis tamẽ & minùs accuratè diſtinctis temporibus commemorat. noſtra verò hæc non mediocriter Athenienſis imperij ſtatum declarare poſſunt. Primùm illi Cimmone Miltiadis duce, * Eionem ad Strymonẽ, tenentibus Medis, obſidione expugnatam diripuerunt. Inde Scyrum Ægæi maris inſulam, quam Dolopes tenebant, ſubegerunt: & colonos in eam miſerunt. Cum Caryſtijs etiam ſolis ex Euboenſibus bellum geſſerunt: victosq; tandem ad dedition ẽ compulerunt. Poſt hæc Naxijs rebellantibus arma intulerunt: expugnata mq; urbem primam ſociarum civitatum, præter conventa, jugũ accipere coëgerũt quod poſtea in alios quoq; manavit inſtitutum. Rebellionis ſociorũ, cùm aliæ erãt cauſſæ tum maximè, quòd tributum & naves prębere recuſabant, & militiã, ſi cui obtigiſſet, detrectabant. Aheniẽſes verò graves ſeverìq; exactores, ipſis, neq; aſſuetis, neq; volentibus capeſſere labores, neceſſitatem ſubeundi imponebãt. ſed nec aliàs ſolita ampliùs comitate imperabant, nec ex quo cõmilitium obibant: quia iam facilè rebellesc oercere poterãt. Cuius rei ipſimet ſocij in cauſſa fuerunt: cùm pigritia militandi pars maior eorum, ne ab domo extraherentur, pecunias loco navium, pro rata parte, dediſſent. vnde Athenienſibus crevi res navalis, ab ſumptibus quos ipſi contulerant: ijdemque ſi

Res ab Athenienſibus in imperio geſta.

Eion expugnata.

Scyrus ſubacta.

Caryſtij devicti.

Naxij primi ſociorum ab Athenienſibus ſubiugati.

quando rebellassent, imparati bellum & inopes capess

Athen. Persis ad Eurymedontem superârunt.

* Secuta postea est pugna * ad Eurymedontem amnē in
philia: ubi Athenienses socijq;, Cimmone Miltiadis duce
die terra mariq; cum Persis prospero utrinq; eventu con
runt, totamq; Phœnicum classem, quæ ducentarū pro
vium fuerat, ceperunt atque demerserunt Interjecto
tempore, Thasij defecerunt: abalienati ob emporia *

Athen. Thasijs bellum faciunt.

talla, quæ ipsi in adversa Thracia possidebant. Thasum
profecti Athenienses, victores navali pugna in terram
sunt: inde ad Strymonem amnem ex suis & sociorum c
decem millia colonorum sub idem tempus miserunt, qu
bitarent oppidum, quod Novem vias (Amphipolis hod
appellabant Hi ejectis ex eo oppido Edonis, & in medi
nea Thraciæ progressi: ab Thracibus, quos indignitas r
vem vijs occupatis conciverat, ad Drabescum Edonic
sunt. Thasij prælio victi, cùm insuper obsidione premer
Lacedæmoniorum implorârunt opem, utiq; excursior
Atticam facerēt orârunt. Lacedæmonij cùm se facturos

Terræmotus Spartæ, & Helotum defectio.

pissent, neciam dilaturi essent. avertit consilia eorum *
motus coortus, in quo * & Helotes (servitiorum id gen
plerique à priscis Messenijs, tum subactis, oriundi: und
senij universi vocabantur) & ex finitimis Thuriatæ & A
enses, Ithomen congregati defecerunt. Eo bello occu
Lacedæmonijs, Thasij post triennalem obsidionem in f

Thasij ab Athen. subacti.

Atheniensium his conditionibus venerunt; ut mœnibus
ctis & navibus traditis, pecuniæ certam summā protinù
liquum præfinito tempore, penderent, continentis in
& metallis decederent. Lacedęmonij, cū duceretur Ithō
se bellum, ad auxilium inter alios socios accersierunt

Athenienses ab Lacedæmonijs alienantur.

Athenienses: qui non condemnendis copijs, * duce Cim
ne, advenerunt. Vocaverant eos maximè, quòd urbiu
pugnandarum peritos credebant: cuius imperitiâ trahi
ùs obsidio videbatur. alioquin vi oppidū expugnassent
terùm illo primùm bello simultas inter Athenienses &
dæmonios erupit. Lacedęmonij postquam nulla vi exp
ri oppidum poterat; veriti Atheniensium audaciam & i
rum rerū studium, * alienigenas præterea rati, ne si ultr
nerent, ab Ithomensibus persuasi nova cōsilia caperent
sociorum dimiserunt, nihil de sua suspicione indicantes
tum, quòd nihil indigerent eorum opera, prætendentes
grè id Athenienses passi sunt, haud optima de caussa se c
ti, & suspicionem aliquam conceptam, arbitrantes, neq
gnos se, quibus id ab Lacedæmonijs fieret, judicantes.

ıbitandam dederunt. Megarenſes quoque id tẽporis,
ıiorũ ob agri fineis bello vexati, deſerta Lacedæmo- *Athen. Megaram Pagas, tenent.*
ı ſocietate in Atheniẽſium fidem conceſſerunt. Itaque
enſes cùm Megaram Pagasque tenerent: Megarenſi-
ıgum illum ab vrbe ad Niſæã murũ extruxerunt, ſuoq;
ó tenuerunt. Quæ res prima non minima ex parte, in-
le Corinthiorum * in Athenienſes odium accendit. *Athen. in Ægypto bellum gerens.*
pore Inaros Pſammetichi Afer, rex Afrorum iuxta Æ-
ı, ab Matea vrbe ſuper Pharum ſita egreſſus, maiorẽ Æ-
rtẽ ab rege Artaxerxe abalienavit: præfectusque ab
ıus, Athenienſes, qui tum fortè in Cypro ducẽtis, par-
, partim ſociorum, navibus bellum gerebãt, accerſit,
ùm relicta Cypro adveniſſẽt: è mari adverſo Nilo ſub-
ſo flumine & duabus Memphidis partibus potiti ſunt.
(* Leucõ tichos vocãt) oppugnabant. tenebatur ab
ı Medis, quĩ cò profugerant, Ægyptijsque qui ab novis
ı abhorrebant. Athenienſes ex enſione ad Halias facta *Athenienſium cum Peloponneſijs prælia.*
hthijs & Epidaurijs * ácie fuſi ſunt. iterum cum Pelo-
ıorum navibus ad Cecryphaleã congreſſi, ſuperiores
Poſthæc cùm Athenienſibus Æginetæ bellum movi- *Bellum cum Æginetis.*
bilis illa apud Æginam pugna, præſẽtibus vtrorumq;
ácta eſt, ibi victores Athenienſes, navibus ſeptuaginta
ı terram egreſſi, vrbem, duce Leocrate Stroebi, oppu-
xerunt. Peloponneſij auxilium laturi Æginetis, tre-
ımmatos, quos antea Corinthijs & Epidaurijs auxilio

to ab Ægina exercitu, quicunque reliqui in vrbe erāt ſenes iuvenesque, Megaram duce Myronide exierunt: prælio quecōmiſſo, cùm æquo Marte pro victoribus vtrique diſceſſiſſent; Athenienſes, qui parvo momento ſuperiores fuerant, abeūtibus Corinthijs, trophæum ſtatuerunt. Corinthij increpiti ab ſenioribus, XII. ferè dierum ſpacio refectis viribus, reverſi: tanquam ipſi nō minùs viciſſent, trophæum erigunt. in quos Athenienſes ab Megaris clamore ſublato erūpunt, cæſisque qui trophæum erigebant, reliquos etiam adorti profligāt. Victi cùm ſe reciperent, pars eorum non exigua, inſtante Athenienſe, inter fugiendum via aberrantes, in privati villam inciderūt, quæ foſsâ cincta perāplâ, exitu prohibebat ingreſſos. id vbi ſenſere Athenienſes, armatis à fronte oppoſitis, & levi armatura corona circūdata, omnes qui intus erant lapidibus obruerunt. ea clades non mediocriter Corinthios afflixit: reliqua militum turba domum reverſa. Cœperunt eo tempore Athenienſes, longos illos muros ad mare verſus ducere, alterū ad Phalerum, alterum ad Piræum. Phocenſes bellū Dorienſibus, Lacedæmoniorū metropoli, & Bœo & Cytinio & Erineo, faciebant: vnumque iam ex his oppidum ceperāt. itaque Lacedæmonij, duce Nicomede Cleōbroti, ſatisfecto in locum regis Pleiſtoanactis Pauſaniæ, nondū maturi regno, auxilium Doriēſibus tulerunt, mille quingentis armatis ſuorum, & ſociorum decem millibus. qui, Phocēſibus coactis expacto reddere oppidum, rurſus diſceſſerunt. Cæterùm videbant, ſi mari per * Criſſæum ſinum traijcere vellent, Athenienſium naves prohibituras. per Geraneam minùs tutum credebāt iter, quoniam & via erat difficilis, & Athenienſium, qui Megaram Pagasque tenebant, præſidijs obſepta erat. quos illic etiā obſtituros apparebat Optimum videbatur, vt in Bœotia expectarent, intenti, donec per occaſionem ſine periculo trāſmittere poſſent. Clàm etiam Athenienſes quidam, ſpe popularis ſtatus diſſolvendi, & longorum murorum operis impediēdi, eos retinebant. Adverſus hos Athenienſium populus omnis, cum mille Argivis cæteriſque ſocijs, millia quatuordecim vniverſi, procedunt. & quia ambigere ipſos, quà trāſirent, putabant, obviam maturā runt. ſimul everſionis populi urgebat ſuſpicio. Ab Theſſalis quin etiam auxilia, mille equites, Athenienſibus * ex fœdere miſſi erant; qui in ipſo diſcrimine belli ad Lacedæmonios tranſierunt. Collatis ſignis ad Tanagrā Bœotiæ, cùm * magna vtrinque cæde pugnatū eſſet: victores Lacedæmonij Megarenſe ingreſſi agrum, nulla incolumi relicta re, cui ferro ignive noceri poſſet, per Geraneam & iſthmū domum

Lacedæmonij ſuppetias Dirienſibus ferunt.

Lacedæmonij vincunt Athenienſeis ad Tanagram.

ur, Athenienſes ſociosque qui in Ægypto permanſerat, variumque circumſteterat bellum. Cùm initio fermè otirentur Ægypto: Megabazum rex hominem Perſam cunijs Lacedæmonem miſit, qui Peloponneſios ſolici- rtincurſione in Atticā facta, reſpectu rerum ſuarum re- ent ab Ægypto Athenienſes. Cæterùm vt nihil ſucceſſit, ijs etiam fruſtra effuſis, Megabazum cum reliqua pecu- ocat: Megabazumque Zopyri, hominem Perſam, cum exercitu mittit. Is terra profectus, Ægyptios eorumq; acie devincit: Græcos ex Memphide eijcit, & tandem in itidem inſulam compulſos annum & ſex menſes obſi- nec exiccato alveo, & aqua averſa aliò & naves in ari- uit, & inſulæ maiorem partem continentem reddidit. anſgreſſus, inſulam * terreſtri prælio cepit. Hoc modo ęcorum in Ægypto, cùm in ſextum annum extraxiſſēt ı, everſæ ſunt. pauci ex magno numero per Africā Cyre- ofugiētes, incolumes, maiore parte amiſſa, evaſerunt. oteſtatē Regis omnis Ægyptus redijt, præter Amyrtæ- ē eorum qui in paludibus degunt. Hunc & propter ma- inem paludis, & quia gens illa bellicoſiſſima eſt Ægy- m, expugnare non potuerunt. Inaros rex Afrorum, qui onis Ægyptiorum fuerat auctor, proditione captus, & em ſubſtatus eſt. Sub idem tempus Atheniēſium ſocio- e quinquaginta triremes, cùm in Ægyptum, in prio- tem ſucceſſuræ, navigaſſent: ignaræ omnium, quæ acta

Athen. Ægypto pulſi.

profecti in Theſſaliam, ad Pharſalum copias adduxe
que agro quidem, quantum poterant qui non longè
ne ſuo, metu Theſſalorũ equitum, evagabantur, potit
quam nec urbem capere poterant, ne quidquam ſat
Pericles Sicyonios acie vincit. ſuccedebat cum Oreſte re infecta reverſi ſunt. Nõ m
quàm hæc geſta ſunt, mille Athenienſes, conſcenſis
quæ ad Pagas erãt (Pagas tunc Athenienſes tenebai
nem, duce Pericle Xanthippi, trajecerunt: egreſſiq;, S
occurrentes acie fuderunt. inde protinùs adjunctis
in adverſam continentẽ traijcientes, Acarnaniam b
ſtârunt. Oeniadisque nequicquam oppugnatis, dor
Fœdus inter Athen. & Peloponneſios 5 annorum. reverſi. Inde tribus annis intermiſſis, fœdus inter Atl
& Peloponneſios quinq; annorum factum. Itaq; Gr
dem bellis abſtinuêre Athenienſes: Cimmonem ve
ratorem cum ducentis ſuis ſociorumque navibus in
Athenienſium in Cyprum expeditio. miſerunt. ex his ſexaginta naves in Ægyptum, acceri
myrtæo rege in paludib. degentium, navigârunt: re
tium oppugnârunt. Mortuo autẽ Cimmone, cùm in
mes premeret, Citio abſcedunt. Ibi dum præter Sal
Cypriam velis feruntur, Phœnicibus Cyprijsque &
terra & mari congreſſi ſunt: victoresq; utrobiq; don
nientibus ſimul quę in Ægyptum ierant navibus, ſer
Bellum ſacrum ab Lacedæm. geſtum. Poſt hęc Lacedęmonij ſacrũ, quod vocant, bellum g
potitique Delphico fano, Delphis id tradiderunt. ite
horum diſceſſum, Athenienſes id armis captum Pho
dederunt. Interjecto poſt hæc tempore, cùm exules
Athen. ad Coroneam victi Bœotiã amittunt. Orchomenum aliaque Bœotiæ tenerent oppida, T
Tolmæi ducem cum mille ſuorũ militib. & ſocioru
lorum copijs, adverſus oppida iſta ab hoſtib. occupa
runt. hi Chæronea expugnata direptaq;, præſidio
ſceſſerunt. Abeunteis ex Coronea, qui Bœotorum al
meno profugerant, & cum eis Locri Euboënſiumq;
quicunq; eius conſilij participes erant, adorti ſunt: fu
Athenienſeis; * alios occiderunt, alios vivos ceperu
deinceps Athenienſes, ut captivi redderẽtur pacti, or
tia deceſſerunt. ita Bœotorum exules reverſi, cæteri
Eubœa & Megarenſes ab Athen. deſciſcunt. liberi & ſuis legib. vivere cœperunt. Haud longis ter
inde Eubœa ab Athenienſib. defecit. quò cùm traje
ercitum Pericles, nunciũ accipit, Megarenſes interfe
ſidio, exceptis qui in Niſæam profugerint, deſciviſſe
ponneſios incurſionem in Atticam facturos. Rebel
Megarenſes Corinthiorum & Sicyoniorum Epidau
que, quos ſibi conjunxerant, fiducia. Ac Periclesquid

nter ex Eubœa copias reduxit. poſtquam verò Pelo- *Peloponne-*
ſij in Attica Eleuſinem & Thriaſium, duce Pliſtoana- *ſiorum in*
ſſaniæ rege Lacedæmoniorum, depopulati, nec ultrà *Atticam in-*
ſſi, domos receſſerũt: Athenienſes duce Pericle in Eu- *curſio.*
reverſi, eam univerſam ſubegerũt. ac cæteros quidem *Eubœa à*
ionibus in fidem acceperunt: Heſtiæis verò * ſede ſua *Pericle ſub-*
ipſi eorum agrum poſſederunt. Compoſita Eubœa, nõ *acta.*
pòſt fœdus cum Lacedæmonijs eorumq; ſocijs, reddi-
Peloponneſijs ademerant, Niſæa, Achaia, Pagis, & *Fœdus A-*
ene, in annos triginta percuſſerunt. Sexto anno bellum *then. & Pe-*
enen inter Samios & Mileſios eſt ortũ. in quo cùm Mi- *lop. 30. an-*
feriores eſſent, aſſumptis ex ipſis Samijs priuatis quibuſ- *norum.*
qui novari ſtatum Reipublicę cupiebant, Athenas profe- *Bellum con-*
Samiorum injuriis queruntur. Quapropter Athenien- *tra Samios*
Samum quadraginta miſſis navibus, popularem ibi ſta- *ab Athen.*
onſtituerunt: obſidibusq; acceptis quinquaginta pueris *geſtum.*
idem virilis ætatis, in Lemno eos depoſuerunt, relicto-
præſidio diſceſſerunt. Samiorum verò quidam, qui quòd
ſideis placebat in continentem profugerant: facta cum
ribus civitatis & Piſſuthne Hiſtaſpis, qui Sardibus tum
itabat, ſocietate, contractaq; manu circiter ſeptingen-
hominum, noctu in Samum traijciunt. inde primò ad-
lebem, cùm pleroſq; ſubegiſſent: mox obſidib. ex Lem-
tim ſublatis, rebellârunt, præſidiumque Athenienſium
fectos Piſſuthni donaverunt. Quibus peractis, extem-
lverſus Miletum, Byzantijs quoq; ad defectionem per-
, expeditionem adornârunt. Id ubi acceperunt Atheni-
naves in Samum ſexaginta traijciunt. quarum ſexdecim
n in Cariam Phœnicum navibus obviã ſunt miſſæ par-
Chio & Lesbo auxilia evocabant. Reliquæ quatuor &
aginta naves, duce Pericle cum novem collegis, cũ Sa-
um navibus ſeptuaginta, quarum viginti erant militem
ntes, (navigabant omnes ab Mileto) ad Tragiam inſu-
ngreſſæ, vicerunt. Indecùm ab Athenis quadraginta
& Chiorum Lesbiorumq; viginti quinque auxilio ve-
egreſſi in terram, & ibi quoque ſuperiores facti, tripli-
em muro cingunt; à mari navibus claudunt. Cæterum
es acceptis ab Cauno Cariaq; nuncijs, quòd Phœnicum
ſe naves venirent: ſexaginta ex ſtatione naves aſſumit,
fatoque illuc itinere contendit. Steſagoras quoque ex
cum quinq; navibus, & alij in Phœnicum occurſum tẽ-
t. Inter hæc Samij * eruptione ſubitò facta, caſtra A-
nſium intuta neglectaq; invadunt, præſidiarijsque na-

vibus

vibus demersis, cum reliquis acie congressæ, vicerunt. hinc mari vicino quatuor & decem dies potiti, exportabant & importabant quæcunque volebant. Cæterùm postquam rediit Pericles, & ab Athenis Thucydides Agnonque & Phormio quadraginta naves, viginti Tlepolemus & Anticles adduxerunt; ex Chio item Lesboque triginta advenêre: Samij levi certamine inito, iam invalidi ad resistendum, expugnati sunt * nono mense, deditique; ut dirutis muris. obsidibus navibusq; traditis, impensas belli præfinito temporis spacio præstarent. Byzantini quoque in pristinum imperij formulam concesserunt.

Samij ab Pericle domiti.

Reditus ad historiam præsentem.

* Hinc iam non multis pòst annis, sequuntur quę priùs memoravimus de Corcyra & Potidæa negotia, quæq; alia semina hujus belli anteceſserunt. Cæterùm hæc omnia, quæ Græci tum inter se tum adversus barbaros gesserunt; quinquaginta fermè annorum spacio sunt facta, ut à Xerxis incipiès discessu, ad principium usq; numerem hujus belli: in quibus Athenienses & imperium suum egregiè munitum firmârunt, & ipsi ad maximum robur potentiamque sunt evecti. Quod quamvis sentiebant Lacedæmonij nunquam tamen eis, nisi parvo quodam conatu, obviam ierunt. itaque maximam temporis partem quieti nihil moverunt. Solebant enim ante hæc tardè nec nisi coacti, capessere bella: & tum domesticis quoq; armis impliciti tenebantur. donec Atheniensium vires se manifestè exerere ceperunt, & socios eorum attentârunt. Tunc verò nõ amplius potentiam tolerandam judicabant, sed vindicandam omni studio viribusque, & qua armis qua opibus extinguendam. Postquam & fœdus ruptum, & ab Athenienſibus injuriam sibi factam, censuerant: mittunt sciscitatum oratores ad Delphicum oraculum, suscipiérntne bellum. redditũ, ut fertur, responsum: si pro viribus gessissent bellum, victores futuros: seque ipsum, deus aiebat, opitulaturum, & vocatum * & non vocatum. Rursus igitur cõvocatis socijs, suffragia, de bello suscipiendo, ferri volebant. Cum advenissent eorum legati, conciliumque coactum esset: plurima ab singulis, prout cuiusque libido & voluntas ferebat, jactata sunt. pleriq; in Athenienses invecti, bellum maturari volebant. Corinthij, quamvis & priùs circa singulas urbes seorsim missitaverant legatos, orantes, ut bellum juberent: (de Potidæa, ne antè deleretur, solicitudo inerat) tamen quia tum quoque aderant, ultimo loco surgentes, in hunc modum verba fecerunt: * Lacedæmonijs equidem socij, causſam nullam, qua succenseamus, habemus ipsi enim & bellum jusserunt, & eo nomine nos iam convocârunt.

Lacedæm. Delphicum oraculum de bello consulunt.

Conventus sociorum Peloponnesiorum de bello gerendo.

Oratio Corinthiorum.

rint, ad ipſos quoque continens incendium pervaſu "
Igitur cùm non minoriami, ſorum res agatur: non "
: debent, quin potiꝰ habeant pace bellum. * mode- "
n animi eſt,* ſi non lædaris, quieſcere: fortis autem, "
:ris, bellum quidem quàm pacem malle; ſavente ve- "
ina, bellum rurſus omittere; & neq; ſecunda belli for- "
ſcivire, neq; dulcedine pacis captum iniuriæ locum a- "
* Nam qui voluptati deditus ſegniter agit: celerrimè, "
ebit, dulcedine otij, ex quo ignavus eſt, ſpoliabitur. "
ſucceſſu in bellis abundat, dubia ſe ferocia efferri nõ "
Multa enim prava conſilia; adverſariorum impru- "
orrexit: plura, quæ optimè deliberata videbantur, "
contrarium mutata ſunt. Nullus quippe eadem ſibi "
ur & re ipſa conficit: ſed in tuto quidem locati, ſen- "
erimus; metu autem in ipſo opere dẽficimus. Igitur "
i tot injuriis affecti, tot ſceleribus laceſſiti, ad arma "
concitamus: * ijdem, poſtquam pœnas dederint A- "
ſes, ſuo tempore ea deponemus. * De victoria autem "
ıſtabit? cùm nos & hominum numero & rei bellicæ "
ntecellere, & imperata ex æquo facere paratos, cer "
laſſem, quo genere belli ipſi valent, tum ſingulorum "
ibus, tum pecuniis Delphicis Olympicisque, parabi "
de enim ſi mutuo aliquid ſumpſerimus, * ſpe maioris "
s ad nos abducere navales eorum ſocios, qui pere- "
it omnes, poterimus. mercenariæ quippe magis, quã "

„ num, id illi nunquam addiſcere valebunt: cuius verò ſci
„ ipſi præcellunt, id nos ſtudio capere poſſumus. Pecunias
„ certè ad bellum cõferemus. aut profectò turpe fuerit, cù
„ cij illorum pro ſervitute ſua conferre non abnuant: nos
„ hoſtes reprimamus, & nos ſimul conſervemus, ſumptus
„ dere recuſare: cùm etiam periculum ſit, ne nobis erepta i
„ ſtram perniciem convertantur. Multæ aliæ belli commc
„ tes ſuperſunt: defectio ſociorum: (qua via maximè r
„ eis, quibus ſolis valent, averti poſſunt) * & caſtelli in e
„ regione communitio; & alia quæ iam exinterv allo * nc
„ parent * Nulla quippe minùs, quàm qua prædicitur, vi
„ cedit bellum. ipſum verò in fortunis caſibus pleraq; ad
„ mire docet. in quo ut quiſque magis impetus animi mo
„ poteſt. hoc tutiùs degit: qui verò præcipiti irâ fertur, n
„ pò offendit. * Proinde ſic habeatis velim, ſi ſingulis no
„ de finibus agri cum eis controverſiæ forent, tolerari id
„ tan poſſe. nunc verò quando adverſus nos omneis pare
„ viribus Athenienſes, ſingulis longè validiores: profect
„ collatis viribus omnes populi urbesq; uno eis animo re
„ mus, abſque labore nos ſeparatos in poteſtatem rediget
„ quod, etſi abhorret ab auribus veſtris, nihil aliud affert
„ præſentiſſimam ſervitutem: * quod vel in dubium diſc
„ tionemq; veniſſe, turpe eſt Peloponneſo, turpe tot tan
„ urbes ab una tot cladespati. Verùm id vel iure ſuſtinere
„ mur, vel extimiditate tolerare, & degenerare à maio
„ noſtris Græciæ libertatoribus. quem titulum vt tueamur
„ tum abeſt, ut dominatum obtinere civitatem patiamu
„ ſingulos in civitate dominos tolerare recuſamus. Nin
„ non reputamus, nos non devitare poſſe vitia iſta tria
„ prudentiam, mollitiem, negligentiam. quæ ſi declina
„ nunquam ad hanc, quæ multis perniciosa fuit, * contem
„ nem delapſi eſſetis: quæ quia multos decepit, contrari
„ mine ſtultitia eſt appellata. * Sed quid iuvat præterita
„ bus, quàm eſt opus, obtundere? præſentibus iam obſ
„ manus admovere moleſtiasq; perferre decet. Ita enim
„ tribus traditum accepimus, utex laboribus virtutem qu
„ mus. quem nos morem conſervare oportet: etiamſi o
„ & potentia paululùm præcellatis. non enim decet, qua
„ geſtate paravimus, in copia profligare. Multis itaq; de c
„ magno nos animo bellum capeſſere oportet. * hoc & I
„ ca vox, auxilium ſuum opemq; pollicita, iuſſit; & arm
„ biſcum univerſa Græcia, alios metu, alios emolumen
„ mulante; conſociabit. * Illud nemo veſtrum metuat, ne

Ite igitur socij in suffragium & decernite bellum pro cer-
bentes, id & necessitatem efflagitare, & hanc optimam
onsilij viam. Nec tam abterreat vos asperior primo eius
tus, quam pacis longioris cupiditas alliciat. * bello enim
magis habilitur: in pace autem non perinde à bello rutus
hanc itaq; urbem, castra potitam in media Græcia ad soli-
idam omnium libertatem, ut alijs iam imperet, alijs idem
etur, toris viribus coërceamus: ut & nos in reliquum tuti
mus, & in libertatem servientem Græciam vindicemus.

Bellum adversus Athenienses ab Peloponesijs decretum.

Corinthij peroraſſent, Lacedæmonij, auditis omnium
ntijs, in ſuffragium deinceps ſocios omnes qui aderant,
nos in ſimosq;, miſerunt. & bellum frequentes iuſſerũt.
etum igitur; quãdo imparati bellum extemplò capeſſere
iquam poſſent: ſinguli ſine mora expedirent, quæ utilia
bellum cenſerent. Horum apparatu abſumptus eſt an-
ion totus: donec propalàm ſumptis armis, exercitum in
ram induxerunt. Interea temporis legatos Athenas cum
elis miſerunt, ut quàm maximã belli cauſſam, ſi quid illi
ſaſſent, haberẽt. *Prima legatione Lacedæmonij in *De-
ommiſſum ſcelus Athenienſeis expiare iuſſerunt. id tale
Cylon erat Athenienſis * Olympionices, nobilis, ut illo
ore, & potens. uxorẽ habebat filiam Theagenis Mega-
s, qui tum Megaris imperitabat. Huic Cyloni Delphicum
ulenti oraculũ, data dictio erat; ut in feſto Iovis Maximo
n meminiſſet occupare Athenarũ. Comparata itaq; ma-

Legationes invicem inter Laced & Athenienſes bellũ miſſæ.

De Cylonio ſcelere narratio.

Maximum appellitant) extra vrbem: in quibus universa ciuitas victimas offert, non veras sed ad animalium formas effecta simulacra. Ipse verò nihil dubius, quin rectementem Apollinis teneret, negocium aggressus est. Quod postquam Athenienses acceperunt, universi ex agris concurrunt, & in arce homines circumsidunt. Inde cùm traheretur res, Athenienses assidendo fessi, dilapsi sunt maior pars: permissa custodia arcis novem praetoribus, qui res universas pro sua potestate, vt eis rectissime videretur, administrarent. ita tunc ij pleraque Reipublicae negotia obibant. Interim Cylonis socii fame sitique affecti, cùm ipse Cylon & frater eius profugissent, quidam fame etiam absumpti essent: tot malis conflictati, supplices ad aram, quae in arce est, consederunt. quos excitatos, quibus erat demandata custodia arcis, cùm viderent in templo morituros, ne quid piaculi admitteretur, abductos interficiunt, quosdam in transitu, sedenteis ad aram, quas * Severas vocāt dearum, obtruncārunt. Quo facto homines illi detestabiles sacriq; deę cum posteris suis iuni habiti. Eiectos ab Atheniensibus illis seditionib occupatis, Cleomenes quoq; Lacedæmonius expulit. nec satis fuit vivos fugatos, mortuorum etiam ossa sublata abiecerunt. rediit tamen postea eorum familia in vrbem. Tale sacrilegium fuit, quod expiare Lacedæmonii iusserunt: specie quidem religionis, revera autem quia sciebant, id propter matrem Periclem etiam Xantippi attingere. quo eiecto, haud paulò minore negotio se expugnaturos Athenienses fidebant. Nec tantum sperabant, quidquam in eo facturos Athenienses; quantum id invidiae ei apud populum futurum, quòd etiam ipsius calamitas belli ex parte caussa esset, putabant. longè enim potentissimus suae ætatis civium, princeps idem in Republica, in omnibus adversabatur Lacedæmoniis, & vt nulla ex parte cedere Athenienses sinebat, ita ad bellum eos assiduè inflammabat. Lacedæmonios vicissim Athenienses ad Tænarum commissum piaculū tollere iusserunt: quòd aliquando Helotas supplices ex æde Neptuni, quae ad Tænarum est, abstractos interfecerant vnde etiam magnum illum terræmotum Spartae consecutum credunt. Chalcioeci quoq; scelus expiare iusserunt. id hoc modo contigit. Pausanias Lacedæmonius, posteaquam primò revocatus à suis ab imperio in Hellesponto, caussaq; dicta fuit absolutus: quandoquidem nō amplius publicè mittebatur, ipse privatim accepta trireme Hermionica, sine Lacedæmoniis, in Hellespontum pervenit; vt sub specie Græci belli, sua cum rege consilia agitaret. id namq; negotium iam antea, cupidus impe-

Tænarium scelus.

Chalcioeci scelus.

De Pausaniæ consilijs & inte itu narratio.

oi videbitur, filiam tuam ducere. Imperio tuo Spar- " *ad Xerxē.*
iquamq, Græciam subijcere quo mihi efficere posse "
, si tecum consilia communicavero. Id si tibi probatur, "
a maritimam regionem hominem fidum, cum quo de "
s agere coràm possim. Hæc sententia epistolę erat. Lætè "
ras Xerxes accepit itaq; protinus in maritima Artaba "
harnacis ablegat, qui Dascylitin provinciam haberet;
, qui priùs præfuerat, Megabate. Huic Byzantium lite-
Pausaniam tradit, quas primo quoq; tempore mitteret.
i * sigillum ostenderet: & si quid Pausanias super ea re
ret, id quàm rectissimè & fidelissimè exequeretur. Is
m advenit, tum alia, quæ in mandatis habuerat, per-
m epistolam Pausaniæ transmisit, his verbis conscri-
Sic ait rex Xerxes Pausaniæ. Quòd homines mihi ab " *Epistola*
io trans mare incolumes misisti, reposuisti beneficij in " *Xerxis ad*
lomo memoriam sempiternam. & verba tua non me- " *Pausaniā.*
er me affecerunt. Tu verò nec nocte nec die quiescas "
riusquam præstiteris, quæ mihi es pollicitus. non auri "
rgenti copia, nec exercitus ingens, si opus habueris, "
Cum Artabazo viro bono, quem ad te misi, tutò meas "
es agere poteris, quidquid ex utriusq; dignitate fuerit "
ite. Hac epistola accepta Pausanias, * cùm iampridem, "
præclarè ad Platæam gestam, in magna apud Græcos
ctoritate: tunc verò multò magis animo efferri cœ-
iam vltrà præsentibus adquiescere poterat. ornatu

Themistocles exilium ob tyrannidem patitur.

Cæterùm Lacedæmonij nunc hunc co[illegible]ſionis, cum M[illegible] Perſarum factæ, * Themiſtoclem quo[illegible]ie m ſibi egre[illegible] i[illegible] n[illegible]ſtimarint; quiſnam exquæſitionibus Pauſania co riſſent, æquum proinde eſſe iſdem eum condemnari p Moti his Athenienſes eratipſe iam ante in exilio per * ceſſum damnatus, viventq; Argis, in reliquam etiam po ineſum ſolitus vagari mittunt cum Lacedæmonijs, qui ad perſequendum, homines: quibus mandant, ut u que offendant, eum adducant. Quod ubi ſenſit Themiſt Corcyram, quòd eius quædam * merita in eam inſulam, bant, ab Peloponneſo profugit. Cæterum illi veriti ſe tantes, ne ſi eum tutari eſſent, Lacedæmoniorum Athen umq; ſuſciperent inimicitiam, in proximam eum cortu tranſportarunt. Poſteaquam autem, qui ad perſequendi miſſi fuerant, quacunq; ipſe intendebat iter, famam & gia ſequerentur: incertus animi quæ ſe verteret, ad Adm regem Molooſſorum, licet ipſi parum amicum, conſedit. I is aberat. Itaque coniugi illius ſupplex factus, * edoctus eſt, vt aſſumpto filio, o in ſacrario conſideret, ne multò cùm veniſſet Admetus, aperit, quis eſſet: ait, haud quaq æquum facturum; ſi, cùm ipſe aliquando Athenienſium e ope ſeſe adverſarium habuiſſet, iam ab exule pœnas rep velit. ſe enim nunc etiam ab illo invalidiore, quam re ſet, lædi poſſe. Generoſi autem animi eſſe, pares a paribus petere pœnas. Præterea, ſe in commodo tantum eius, n capitis periculo, adverſarium eſſe: ſibi verò, ſi tradatur (q quare ſe perſequantur, oſtendit) vitam ereptum ir. His illo ditis, ipſum cum filio ſuo, quem aſſumens conſederat, tavit. erat enim hoc maximum ſupplicandi genus. Ne multò poſt venientibus Lacedæmonijs & Athenienſibus multis agentibus verbis: * non tradidit eum. ad Regem volentem, pedeſtri itinere Pydnam, Alexandr oppidum alterum mare dimiſit. Ibi navem onerariam in Ioniam facientem nactus, cùm conſcendiſſet: tempeſtate in Ath enſium exercitum Naxum obſidentem, defertur. Metu ic (& erat ignotus ijs qui in nave erant) gubernatorem, qui ſet & quare fugeret, docet oſtendit, ſi ab eo prodatur, ſe que dicturum, quod pecunijs cultus ipſum veheret: ſin ſe diat, (tutiſſimam autem eſſe rationem, ſi navi nemo ant nitam navigationem egrederetur) in tempore ſe ipſi & b cumulatam gratiam relaturum. Gubernator cùm ſe fa rum recepiſſet, noctem ac diem ſupra exercitum in ſalo ad chorasſteterunt. inde Epheſum delati. ibi Themiſtocles

cui

t, vt priusquã pontes, quod iuxta tum eius causa in-
interscinderentur, discederet) ego etiam tibi plurimum "
se possim: en adsum, ab Græcis amore tui electus. Cæ- "
annum mihi hoc loco subsistere in animo est, vt ipse ti- "
caussa huc venerim, iudicare possim. Rex, ut accipio, "
is hominis ingenium, ita eum facere iussit. Inde cũ per
pus linguã Persicam, quantũ fieri poterat, perdidicisset,
tuta moresq; regionis percepisset: anni spacio circũa-
ipsum venit: breviq; in tantam apud Regem dignatio-
uantam * non alius vnquã Græcorum, venit; tu pro-
te conceptam de ipso opinionẽ; tum ob Græciæ spem,
e illi subiecturũ fuerat pollicitus. inprimis posteaquã
entum solertiæ suæ prudentiæq; dedit. Fuit enim The- *Themistoclis encomium.*
les talis, qui vires ingenij sui multò maximè exereret:
so eo lõgè maiore, quã alij, dignus admiratione * Suo-
nq; ingenio, neq; præcedente neq; accedente vlla do-
consilij erat in reb. subitis præsentissimi maximeq; ex-
* de futuris plerunq;, ut eventura erant, optimè conij-
quæ in manib. habebat, præclarè exequi poterat: quo-
rò rudis erat, non priùs quàm sat commodè iudicaret,
at. in re dubia, quid melius, quid peius esset, egregiè
iebat. Atq; vt paucis omnia complectar, qua naturæ vi,
silij celeritate, ad docendum ex tempore quid opus
sset, longè primus fuit. * Extinctus est morbo: aut, vt
ant, ipse sibi mortem veneno intulit, cùm desperasset,
issa Regi præstare posse. Extat monumentum eius in

exitum habuerũt Pauſanias Lacedæmonius & Themiſtocles Athenienſis, clariſſimi ſui temporis Græcorum. Lacedæmonij itaq; cùm prima legatione hæc juſſiſſent iuſſiq; eſſent, de piaculorum ſubiatione: poſtremùm aditis Athenienſibus, iuſſerunt ipſos abſtinere Potidæa, & Æginæ leges ac libertatem relinquere. Illud verò inprimis planiſſimeq; declinàrunt, ſi * decretum de Megarenſibus, quo illi prohibebantur portubus Athenienſium ditionis & foro Attico, abrogetur, nullum ipſis bellum futurum. Cæterùm Athenienſes neq; in aliis obſequebantur, neq; decretum abolebant. ultrò incuſabant Megarenſeis, quod * colerent ſacrum ſolum & interminatũ, ſervosq; fugitivos receptarent. Poſtremò cùm ultimi veniſſent legati Lacedæmoniorum, Ramphius, Meleſippus & Ageſander, nihil eorum, quæ antea ſolebant, dicentes, niſi quod pacem Lacedæmonij mallent: (fore aũt ſi Græci libertatem reſtituant) concione advocata, ſententiam dicendi poteſtatẽ omnibus fecerunt. viſum eſt aũt ſemel in univerſum de re tota conſultare, ac reſponſum dare. Itaq; poſtea quã multi progreſſi plurima in utranq; partem dixiſſent, quod bellum gerere oporteat, & quod non debeat decretũ illud officere pacei: aſſurgens Pericles Xantippi, vir ea tempeſtate princeps Athenienſiũ * verbis factisq; magnificus, in hunc modum Athenienſes exhortatus eſt: * Quanquã me non fugit, Athenienſes, haudquaquam eodem homines ardere impetu, animorũ, quib. in arma aguntur, in bellis ijſdem contrarijs perſeverare; & ex fortunæ potius momẽtis animos ſuſpenſos mutabilesq; gerere: nihil tamen de mea ſententia mutare ſoleo, ſed idem ſemper cenſere, ab nulla parte Peloponneſijs cedẽdum. Quare cũ nunc æqualem mihi conſimilẽq; cõſultationẽ propoſitam cernã: illi id me à vobis impetrare æquũ cenſeo; ut quibus mea ſententia placuerit, ſi ſecundum eam decretũ publice fiat, etiam ſi quid adverſi cadat, operam ſuam nihilo minus auxilium q; præſtent; aut neq; ſi cœptis faverit fortuna, prudentiæ ſibi opinionẽ ſumant. Quippe tam fallaces inconſtantesq; ſolent eſſe rerum caſus, quàm hominum cõſilia atq; cogitationes. qua de cauſſa * fortunã etiam, ſi quid præter opinionem evenit, increpare ſolemus. * Quantopere itaq; nobis inſidias Lacedæmonij tendant, cùm prioribus temporib. haudquaquam obſcurum fuit, tum nunc verò multò maximè patet. * Nam cũ ita pax convenerit, ut & controverſias dato acceptoq; iudicio finiamus, & utriq; quæ habemus reticeamus: neq; ipſi nos in iudicium vocárunt, nec nobis provocantib. reſponderunt. quippe qui armis, quàm iudicio, crimina

Athenienſiũ deliberatio, de bello conſtra Peloponneſios.

Oratio Periclis, de bello cum Peloponenſibus gerendo.

uos metus ad parendum adegerit. Quod ſi obſtinate "
averitis; eos vos ipſis declarabitis, cum quibus magis "
o ſit agendum. Hinc ergò nunc cum animis veſtris de- "
e: utrùm cladis vitandæ cauſſa iſtis parere velitis; an "
uod ego optimũ cenſeo) quò minùs arma capiatis, ne- "
rva neq; magna cauſſa deterreriut ſine timore metuq; "
poſſideatis. * Tam enim ſervitutem parit minima juris "
, quàm maxima, ab paribus ante judicium aliis inten- "
Quàm verò, quod ad bellum & ſubſidia utriuſq; partis "
non inferiores ſimus, attendite ſingula. * Peloponne- "
eſtes ſunt homines; & manuum laboribus aſſueti; & "
n privato neq; in publico pecunias habent: deinde ad "
a & maritima bella rudes ſunt; cùm levibus tantùm ſe "
n bellis ob inopiam laceſſant. Quare ipſi neq; naves "
:, neq; pedeſtres copias frequentiùs emittere poſſunt: "
ab domo abeſſe, & ex ſuo ſumptus facere, coguntur; "
ıſuper arcentur. Bella verò copia magis & abundantia "
ſuſtinentur, quàm invitis collationibus: & homines a- "
corporibus promptiores ſunt, quàm pecunijs, quorũ "
dem, ſe ex periculis erepturos credunt, has verò incer- "
on defecturas; maximè ſi præter ſpem, quod futurum "
le eſt, bellum trahatur. Vna quidẽ pugna, omnes Græ- "
oponneſij ſocijq; ſuſtinere poſſunt: ſed bellum gerere "
is non æqualem apparatum nequeunt. Non enimu- "
iquod habent publicum conſilium, ex quo aliquid ce- "

» ſperet, ſua unius negligentia Rempub. damno affici; ſ
» quoque aliquid pro ſe curæ fore arbitratur. ita ſub hui
» ſingulorum opinione, non animadvertunt, ſummat
» perire. Ante omnia pecuniarum inopia, conſilia ipſor
» narumque tardabit. belli autem occaſiones nihil minu
» moras dilatione que, exſpectant. * Cæterùm neque
» alicuius communitio, aut navales eorum copiæ, metu
» quam facere debent. * Illam enim difficile etiam in p
» ri viribus urbi extruere; nedum in hoſtico: ubi Præſi
» mabunt? partem agri excurſionibus & ſervitiorum ti
» gijs infeſtam reddent? at non ſufficiet illa munitio
» prohibendum, quò minùs in eorum regionem navi
» &, quo genere in primis valemus, maritimam navibu
» ramus. Plus enim nobis rei nauticæ peritia ad ter
» militiam, quàm ipſis pedeſtris ad maritima bella, c
» * Nec facilè vſu ſibi maris peritiam comparabunt.
» enim vos ſtatim poſt Medica bella adiecto animo, * ne
» penitùs perdidiceritis: quomodo homines agreſtes
» imperiti, & inſuper à nobis ei prohibiti ſtuere, plurim
» per incumbentibus navibus, operæ pretium fecerint?
» nim cum paucis navibus congreſſi, imperitiam multi
» penſantes, aliquid audeant: pluribus tamen occurren
» quieſcent interim, dum illud negligent, imprudentic
» ent; & ob id ſegniores. At res navalis, ſi quisquam ali
» tem poſtulat: neque repentè per ocium & ex ſupervac
» diſcitur; ſed potiùs omne tempus ſibi ſoli tribui vult. *
» ſi manus admoverint Olympicis & Delphicis theſauris
» cede maiore avertere conentur peregrinos nautas:
» quidem foret, ſi nos, cum inquilinis conſcendentes i
» impares eſſemus. Nunc verò, & pares ipſis ſumus, & qu
» primum, gubernatores habemus cives, & reliquos ac
» ſtros, & plures, & meliores, quàm cætera univerſa G
» neq; etiam peregrinorum quiſquam, tanto cum periclu
» triam ſuam deſerere voluerit: * ut cum exigua paucorum
» rum ſpe, licet maioris mercedis gratia, eos iuvare velit.
» ferè ſimilesq; res Peloponneſiorum eſſe iudico. * No
» ego & ab ijs, quæ in illis deſideravi, liberos eſſe, & alia
» parùm meliores commoditates habere, cenſeo. Si ipſ
» invadent, nos mari ipſos urgebimus. neq; tantum eſt ui
» ſam perpopulari Atticam, quantum partem unam Pel
» neſi. illis enim nihil parcatum erit: nobis verò agri plur
» & in inſulis relinquitur, & cætera continente. maxima

tes eſt maris imperium. * Expendite agitedum, ſi inſulam " "
teneremus, utris minùs noceri poſſet? huic ergò quàm pro- " "
ximè nos accommodare debemus, agrique & villarum facta " "
iactura, urbis & maris agere cuſtodiam: neq; tanta ob illa ira " "
commoveri, vt cum Peloponeſijs, numero multùm ſuperan- " "
tibus, in aciem rem committamus. Etenim ſi maximè vinca- " "
mus, nihil tamen reliquas hoſtium copias minuemus: ſin ad- " "
verſo Marte præliemur, ſociorum, quibus noſtræ vires con- " "
ſtant, defectio conſequetur, quiſanè nunquam, ſi nos im- " "
pares bello videbunt, quieti manere volent. Nolite agrorum " "
ædificiorumve iacturam, ſed corporum, deplorare: non enim " "
illa viros, ſed ipſa viri, adquirunt. Atq; adeò, ſi me vobis per- " "
ſuaſurum crederem, juberem ipſos vos exeuntes ea deva- " "
ſtare: vt viderent Peloponneſij, hiſce vos nunquam ad paren- " "
dum adigi poſſe. Plura alia habeo, quæ mihi victoriæ ſpem " "
haud dubiam ſubijciunt. * Vnicum ſolùm hoc vt caveatis " "
etiam atque etiam moneo: nec, quoad bellū illud manebit, de " "
imperio amplificando cogitetis; neu ſponte veſtra nō neceſ- " "
ſaria pericula accerſatis: magis enim noſtra ipſorum peccata, " "
quàm hoſtium conſilia, horreo. Verū hæc alia oratione, cùm " "
reſpoſtulaverint, explicabimus. * Nunc autē iſtos cum hoc " "
reſponſo dimittamus: nos & portuum & fori noſtri uſum cō- " "
ceſſuros Megarenſibus, ſi neque * Lacedæmonij advenas, " "
vel noſtros vel ſociorum, arceant. quippe nec illud prohi- " "
bemur fœdere. Præterea vrbeis nos liberas dimiſſuros, quas " "
liberas, quādo inita ſunt fœdera, habuimus: ſi & illi liberū re- " "
linquant ſuis urbibus, vt non Laconica inſtituta ſectari cogā- " "
tur, ſed ſuis, quibus velint, liceat vti. Iudicium item ex fœdere " "
nos ſubituros: bellum nec incepturos, nec moventibus impu- " "
nè futurum. Hoc & æquum eſt, & ex dignitate noſtræ civitatis, " "
reſponſum. * Vos autem iam memētote, quòd neceſſitas no- " "
bis ſit impoſita bellandi; quòd ſi ultrò bellum inferamus, mi " "
nùs graves ſimus habituri hoſtes; quòd maxima pericula pub " "
licè privatimq; maximi conſequantur honores. Maiores no- " "
ſtri, non tam florentes opulentique, Medis obviam iére; reli- " "
ctisque etiā exiguis ſuis fortunis, ratione magis quàm forte, & " "
audacia maiore quàm viribus, barbarum propulsārunt, & " "
ad hanc potentiam urbem noſtram gloriamque evexerunt. " "
A quibus degenerare cùm turpe ſit, & hoſtibus omni conatu " "
obviam contendere, & poſteris illam non minorem nec in- " "
firmiorē tradere, oportet. Poſtquam dicendi finem fecit Pe- " "
ricles: Athenienſes optimè eum conſuluiſſe rati, vti ſuaſerat; *Athenienſes*
decreverunt: & ex ſententia eius ſingula, quæ dixerat ipſe, La- *bellum omne*
cedæmonijs

Lacedæmonijs decernunt.

cedæmonijs respõderunt. Vniversè se nihil pro imperio ipsorum facturos denunciarunt, cæterùm in iudicio respondere criminibus, * iure communi & æquo ex fœdere, paratos esse. Ita legati domum profecti, postea non amplius redierunt. Hæc causſæ & semina belli ex utraque parte antecesserunt, facto initio statim ab ijs quæ Epidamni Corcyræque gesta sunt. Commercia tamen inter se & congressus, nihilominùs retinebant: * absque caduceo quidem, sed non sine suspicione. fœderũ enim turbatio hæc belliq; materia fuerũt.

LIBER SECVNDVS THVCYDIDIS.

Epitome.

Thebani, qui noctu per proditionem occupaverant Plataeam, ab oppidanis partim occisi, partim capti sunt. quo facto, ruptis apertè fœderibus: utring, ab Athenienſibus & Peloponneſijs ſumma vi belli parari cœptum eſt. Cùm priores Peloponneſij, duce Archidamo rege Lacedæmoniorum, Atticam invaſiſſent: Pericles Athenienſes ad bellum ſuſtinendum exhortatus, inter cætera Reip. agros ſuos donavit, rogavitq; Athenienſes, ſi forte eos non læderet hoſtis, ut ob eam rem nullam de ipſo conciperent ſuſpicionem. Peloponneſij Acharnas uſq; populabundi pervenerunt, magna cum indignatione plebis in Periclem, exire cõtra hoſtes prohibentem. Athenienſium equites in Phrygijs fugati ſunt: ipſi cùm in aciem non prodirent, Peloponneſij domum reverterunt. Aeginetis, ab Athenienſibus pulſis, Lacedæmonij agros dederunt. Sol defecit. Athenienſes ſocietatem cum Sitalce Thraciæ rege iunxerunt. Ea hyeme exequias bello cæſis fecerunt: quos Pericles princeps civitatis laudavit. Sequente anno Peloponneſij iterum Atticam ingreſſi, poſtea quam ſaviſſima Athenas peſtis invaſit: ipſi per populato omni agro domum ſe receperunt. Legatos Peloponneſiorum ad Perſarum eum eis regem, Athenienſes in Thracia interceptos necarunt. Potidææ ad hæc deditionem & Plataeæ oppugnationem obſidionemq; continet.

Belli initiũ.

INC IAM DEINCEPS BELlum inter Athenienſes Pelopõneſiosque & utrorumque ſocios, cepit initium: in quo nõ amplius ſine caduceo ſunt congreſſi, cœptumque uno tenore geſſerunt. quod nunc ordine, ut quælibet

Thebani Plataã nocte occupare nituntur.

geſta ſunt, * ſecundum ætates hyemesque memorabo. Cùm quatuordecim annos fœdus, in triginta annos poſt devictam Eubœam factum immotum manſiſſet; quintodecimo anno,

duodequinquageſimum ſacerdotij Chryſide Argis
Aeneſio apud Spartanos Ephoro, menſe decimo Py-
* Prætoris Athenienſium, ſexto quam ad Potidæam
im eſt: primo vere trecenti paulò amplius Thebani,
Pythagelo Phylidis & Diemporo Onetoridæ * Bœo-
Platæam urbem Bœotiæ, ſociam Athenienſium, cum
primo ſilentio noctis, ſunt ingreſſi. Acceſſerant illos
; aperuerant, Nauclides quidam Platæenſis, cum alijs
iſilij ſocijs: qui maiorem potentiam ſibi maioresque
ublatis adverſæ factionis civibus, & urbe Thebanis
, pollicebantur: eaq; de re egerant * cum Euryma-
ntia dæ, longè tum potentiſſimo Thebanorum. Nam
hebani, imminens bellum ex propinquo cernentes,
n urbem ſibi ſemper inimicam, quoniam * pax ad-
dum aperte bellum commiſſum eſſet, occupare cu-
. qua de cauſa, cùm nullæ ſtationes pro portis excu-
facilè, ita ut ſentiret, intraverunt. In forum ubi ven-
, * arma que ibidem poſita: extemplò proditores, ut
erentur negotium, & invaderent domos adverſæ par-
ati. ſed illis id minimè placebat: potiusque conſilium
amicè ad pactionem eos ſocietatemq; vocarent, di-
er urbem præcone, pronunciant; ut qui velint patrijs
is univerſorum Bœotorum ſocietatem colere, arma
coniungant. hac via faciliùs ſe potituros urbe ſpera-
atæenſes, ut Thebanos in urbe, & urbem repente oc-
n, ſenſere: territi, quoniam & longè plures eſſe puta-
: nox conſpectum adimebat, ad compoſitionem deſcē-
, acceptisque conditionibus, quieti manſerunt, inpri-
a nihil novi in quenquam ſtatuebant. Quæ dum agun-
ulus Platæenſis, qui invitus Athenienſium ſocietatem
at, Thebanorum animadverſa paucitate, haud ægrè
s, ſi impetum faceret, poſſe iudicabant. Nec iam dubij,
enda res eſſet, transfoſſis communibus parietibus, ne
i concurſitantes cernerentur, coeunt. vehicula etiā in
: iumentis, quibus prō munimento uterentur, ſtatuunt
:, ut quodque ad præſens negotium aptum videbatur,
nt. Paratis, quantum fieri poterat, omnibus, captato q;
tliquum noctis erat, nōdum certa luce, ex domibus ſu-
rſus ipſos ire pergunt: veriti, ne ſi luce impetum darent,
ollectis animis æquarent certamē; quibus tunc tene-
tum incuterent, & urbis regionum q; imperitia invali-
edderet. Protinùs itaq; ſine mora facto impetu, manus
int. Illi ut ſe deceptos vidēſunt, conglobare ſe, atq; in

Platæenſis populus Thebanos invadit cædq.

unum

uum coire. & in petum eorum quacunq; inclinabat repellere. ad. oq, ſ ervi os repreſſerant: donec & truci clamore fugi n.m, ociſeratione atq ie ſtiatu fœminarũ ſeruitio r mq laudes tegi asq ; ex tectis ingerẽtium, & pluvia per multa noct ſcad. e perc lli,pa antes per urbem fugiunt Ibi p tumultumpedit tenebris.utroq;,ignari regionũ urbis, qua iro,q ae adere poſſ n. (facta ſunt enim iſta * exeũte mẽſe) cùm hoſtes locorum periti ſequerentur, fugâ interclusâ obtruncati ſint Portam qua intraverant,quæq. ſola patebat.vir orti iam Platæenſis,iacuit cuſpide inſerta pro obice,occluſe rat ita nec ria parte patebat fuga. Itaque cùm per totam urbem a erentur,alij conſcenſis muris inde ſe deijcientes, pleriq perierunt: alij pauci porta quadam cuſtodibus carent poſtquam accepta ab fœmina ſecuri ſeram revulſiſſent, fere eiecerunt. ſed mox animadverſa res eſt. alij alibi per urbem paſſim varijs caſibus interierunt. Maior pars & quos fortè confertos tumultus occupaverat, in ædificium quoddam muri ſe coniecerunt, quod id patentibus foribus portam quandam eſſe,existumque in agros patere putabãt. Quos ubi captos ſenſerunt Platæenſes, conſilio agitabant; utrũ eos intus incenſo ædificio cõcremarent.an alia via cum ipſis agerent. tandem & illi, & alij Thebani qui adhuc per urbem palati erant, ſe cum armis Platæenſium arbitrio permiſerunt. Hoc modo in urbe geſta, interea reliqui Thebani, quos cum exercitu noctu adeſſe oportebat, ſi fortèminùs cœptis illorum ſuccederet, certiores in via de periculo ſuorum facti, ad auxilium ferendum maturârunt Cæterùm & viæ longinquitate,quòd ſeptuaginta ferme ſtadijs diſtãt ab Platæa Thebæ, & pluvia nocturna, præpediti, tardiùs progreſſi ſunt: Aſopus etiam amnis inflatus aquis perdifficilis tranſitu erat: itaque pluvia impediti & flumine ægrè traiecto, ſerùs advenerunt,cùm iam ſuorum alij interempti, alij capti eſſent. Quod factũ ubi intellexere Thebani, quia & homines & alia ſuppellex in agris erant (improviſus enim in pace tumultus cõtigerat) inſidias illis tendebant; ea ſpe, vt ſi quos exciperent; permutationem captivorum, ſi modo aliqui ſuorum adhuc ſupereſſent,inſtituerent. Hæc illis agitantibus,Platæenſes, dũ adhuc deliberant,id quod res erat futurum rati,ſuorumq;qui foris erant periculum veriti:caduceatorem mittũt ad Thebanos, qui cum eis expoſtularet, quòd minùs pietẽpore fœderis urbem ſuam occupare niſi eſſent:& peteret,ne quid damni ſuis extra urbẽ inferrẽt; ſin minùs,ſeq;toq;, aũt, interfecturos ipſorũ quos captos haberẽt homines. Sin decederẽt agro ſuo;

omprehendunt: caduceatorem Platæam mittunt, qui quidquã statuere, de ijs quos ex Thebanis in potestate nt, priusquam ipsi quoq; de eo consiliũ caperent. neq; um ipsis de nece eorum constabat. Quippe simul cum one Thebanorum primus nuntius ab Platæa exierat: peratis iam illis & captis: postremus cùm nondum ve- ignari eius rei Athenienses caduceatorem illum mise- ulut accessit, eos iam occisos invenit. Post hæc Athe- exercitu ad Platæam misso frumentum invexerunt; iamq; imposuerunt, fœminas puerosq; & cæteram in- bello turbam exportârunt.

quam hæc ad Platæam facta sunt;* haud obscurè iam edere, ad bellum sese Athenienses accingũt. idem La- onij cum socijs faciunt. Legationes etiam utriq; desti- : ad Regem & *alios barbaros, sicuti de spes aliqua sub- ostendebat. cum urbibus, quæ ipsorum ditionis non e- cietates iungebant. Lacedęmonij præter eas, quas ipsi nt, naves; ijs etiam qui in Italia Siciliaq; ipsorũ partes nt, pro viribus singulorum naves, *ut quingentarum ie explerent numerum pecuniæque certam summam runt: atq; ad cætera quietos, Athenienseis, donec hæc ntur, non nisi una navi recipere iusserunt. Athenien- ; tum suos, quos habebant, socios obierunt, tum in Pelopõneso vicinas legatos ampliùs miserũt; Cor- nthalleniamq;, Acarnanes, & Zacynthũ: rati si cum

Rolli ab utraque parte apparatus, signa, & animi.

ægrè alteram maior ciuitas. Reliqua Græcia omnis in ha
micationem diuersam principum urbium animos inte
Multa oracula ferebantur, multa vates canebant; & i
futurum erat bellum, & in alijs urbibus. Nam & Delu
ante motas fuerat: * quod antea nunquam, quoad Gra
mi. ere contigit itaq; haud dubiè aliquid ferebatur et
tarq. portè dicè. & si quæ præterea huiuscemodi contir
omnia conquirebantur. Cæterùm favor & benevolen
nium maiore ex parte ad Lacedæmonios inclinaba
mis, quoniam libertatis Græcorum causſa arma ſe ſum
profitebantur. Itaq; omnes privatim & publicè animi
verbis factisq; eis operam navabāt: & in quo quisq; ce
in eo rē ſegniùs procedere rebatur.* adeò plerisq; in A
ſes exacerbati erant, alijs exuere cupientibus, alijs me
bus, imperij jugu. Tali apparatu talibusq; animis belli
ſebant. Socios verò principio belli hos utriq; habuerū

Lacedæmoniorū principio belliſocij.

cedæmoniorū partib ſtabant, Peloponneſij intra iſt
mnes, præter Argivos & Achæos, qui utriq; parti fave
primò ſoli Achæorū Pellenenſes ipſis arma iuxerāt, pe
niverſi. Extrà verò Peloponneſum erant; Megarenſes
Bœoti, Phocenſes, Ambraciotæ, Leucadij, Anactorij.

Athenienſium ſocij.

naves præbebāt, Corinthij, Megarenſes, Sicyonij, Pelli
Elei, Ambraciotæ, Leucadij. Equitē Bœoti, Phocenſes,
reliqui peditē dabant. Hi Lacedæmoniorū ſocij. Athe
erant; Chij, Lesbij, Platæenſes, Meſſenij qui Naupact
bant, Acarnanū maior pars, Corcyræi, Zacynthij, & al
tates, quæ vectigales erant ex tot populis; Caria marit
his finitimi Dorienſes, Ionia, & qui ad Helleſpontum
ciamq; ſedes habent; inſulæ omnes quæ ſolis ortum
intra Peloponneſum Cretam q; interiacent, & aliæ omn
clades,* præter Melum ac Theram. Ex his naves præb
Chij, Lesbij, Corcyræi: reliqui militem & pecunias. Hi
que partis ſocij, & hic apparatus ad bellum fuit.

Lacedæmonij expeditionem in Atticam inſtruunt.

Lacedæmonij poſt hæc ad Platæam geſta, continu
tijs miſſis circa Pelopōneſum & reliquos ſocios: exer
aliaq; quæ ad longinquiorem expeditionem opus eſſe
rari iubent; uti in Atticam impreſſionem facturi. Hi pot
omnes ad dictam diem parati fuerunt, ex ſingulis civi
binæ partes in iſthmum convenerunt: iamque * omn
gregato exercitu, Archidamus rex Lacedæmoniorum
huius expeditionis, convocatis ſingularum urbium du
primisq; magiſtratuum, & * quos maximè conve

adesse; tali oratione est usus: * Cùm multas maiores nostri, Peloponnesij socijque, expeditiones in Peloponneso & extra eam fecerint, quique ex nobis maiores natu existunt, ipsi quoque multis interfuerint bellis: nunquam tamen maiore, quàm in præsentia, apparatu movimus. Quare cùm nos & multitudine & virtute præstantes, contra urbem validissimā contendamus: * nostrum est curare, ut neque maioribus deteriores, neque gloria nostra indigni esse videamur. Etenim omnis Græcia hoc nostro conatu erecta, animis studiisq; ad nos inclinat, & odio Atheniensium, ut cogitata nostra perficiamus, exoptat. * Cæterùm quamvis moveamus exercitum, cum quo se in pugnam hostem commissurum credibile non est: non tamen indiligentiùs ea caussa instructos paratosque incedere decet; sed cuiuslibet civitatis tam militem, * quàm ducem, ita paratum esse oportet, ut cui * in singulas horas aliquod impendeat discrimen. * Incertus enim belli * dubiusque Mars est: & ex parvis sæpè maximarum rerum momenta pendent: cumque ira & impetu in arma ruimus. * quin haud rarò * parva manus insuper formidine perculsa, magnam multitudinem hostium, qui contemptim & imparati certamen inierant, profligavit. Semper igitur in hostico, * animo quidem fidenter, rebus verò gerendis timidè cauteque; versari decet. sic ad invadendum hostem præsentissimi, & contra impetum eius munitissimi erimus. * Nec verò nos adversus urbem, quæ se nequeat defendere, movemus; sed quæ quàm optimè instructa, neutiquam certamen detrectura videatur. Nam si non iam, dum procul sumus, in armis est: utique tamen, cùm nos in suo agro, & ante oculos res suas agi ferrique viderint, haud quaquam quiescere sustinebunt. * Omnes enim profectò, qui sub oculis intolerandum quid sibi pati videntur, ipso eo momento ad iram concitantur; & qui quàm minimo consilio & ratione utuntur, maximo cum impetu res adoriuntur. quod Athenienseis maximè omnium facturus credibile est, qui & dominari in alios, & alienum agrum à se vastari, quàm suum populari, malunt. * Quapropter cùm adversus tantam urbem, unde ingentem gloriam nobis posterisque nostris relaturi simus, expeditionem hanc susceperimus: quodcunque fors feret, sequimini quà dux vester antecedit; ante omnia disciplinæ & assiduitatis memores, imperata sine cunctatione exequimini. Quod enim pulcerrimum idem tutissimum est, multos sub una disciplina contineri. Ab hac adhortatione dimissa concione, Archidamus priùs Melesippum Diacriti

"Oratio Archidami ad milites Peloponesios.

Archidamus legatum prius Athenas mittit.

hominem Spartanum, Athenas mittit: si quid etiamnum flecterentur Athenienſes, cum iam ingreſſos inter viderent. Illi verò non modò ad concionem populi, ſed ne in urbem quidem eum admiſerunt; quia iam antea vicerat ſententia Periclis, ne caduceatorem neu legatum Lacedæmoniorum reciperent, quandiu in armis eſſent. Dimittunt igitur illũ inauditum, & finibus eadem die excedere iubent. quod ſi quid illi vellent, domos regreſſi legationem mitterent. Dant etiam qui proſequantur Meſeſippum, ne colloquia cum aliquo ſerere poſſet. Is ubi ad fines perveniens, protinùs digreſſurus erat, id tantum fatus; * Quòd iſta dies exordium Græcis multarum eſſet calamitatum, in viam ſeſe dedit. Poſteaquam in caſtra venit, & Archidamus nihil de ſua pertinacia remiſſuros Athenienſeis vidit: tum demum convulſis ſignis, in regionem eorum movet. Bœoti rata peditum parte equitatuque Peloponneſijs tradito, cum cæteris Platæam digreſſi, agros perpopulârunt.

Archidam. legatum non admittunt.

Archidam. in Atticam exercitum movet.

Pericles Atheniensium facultates explicat.

Pericles ſibi privatim cavet.

Conſilium de ratione belli.

Pecuniarij copiæ.

Interea cùm adhuc in iſthmo Peloponneſij conveniebant, itineriſque ſeſe comparabant: Pericles Xanthippi, imperator Athenienſium cum nondum collegis lectus, poſteaquam irruptionem eos facturos comperit; * fore coniectans, ut Archidamus hoſpes ſuus, aut privatim gratificaturus, aut etiam iuſſu Lacedæmoniorum (ſicut etiam præcula illius gratia iuſſerant tolli) agros ſuos intactos ſervâret: pro concione dixit, quod Archidamus * hoſpes ſuus eſſet, non futurum id malo Reipub. agros ſortè tectaq; ſua, ſi non perinde ut aliorum urerent hoſtes: petere, ut ea publica eſſe vellent, nec ob id ſuſpicionem aliquam de ſe conciperent. Quod ad præſens negotium, eadem quæ priùs monebat, ut ad bellum ſeſe comparârent, resq; ſuas ex agris importarent. Acie verò abſtinentes intra muros ſe tenerent, urbemque defenderent. claſſem inprimis, quod robur eſſet, inſtruere, & utiſocij * in manu ſint curam agere, iuſſit: quandoquidem in pecunijs, ex reditibus illis, vires ſuas ſitas haberent. conſilium verò & pecuniarum copiam, maximum ad victoriam in bello momentum conferre. De cætero benè ſperarent, cùm præter alios proventus ſexcenta ferè quotannis talenta * tributo ab ſocijs acciperent: & in arce ſignati argenti ſex millia talentorum haberent. Namque cùm maxima ſumma extitit, novies mille fuerunt & ſeptingenta: de quibus & in * propylæa arcis aliaque ædificia, & Potidææ obſidionem, ſumptus facti erant. Præter hæc argentum aurumque non ſignatum, in donarijs publicis privatisque & alijs ſacris vaſis, ad ſo-

ad ſolennia certamina q́ue factis, & Medicis ſpolijs, & ſi quid huiuscerat; quingentorum talentorum ſummam æquabant. Addebat inſuper cùm aliorum templorum pecunias non contemnendas, quibus uti poſſent: tum, ſi his omnibus deſtituerentur, vel *ipſius Deæ aurum accipi poſſe: confirmans,* ſignum illud pondere ad quadraginta talenta auri puri habere, quod totum eximi poſſit. Verum ſicut eo pro ſalute Reipu. uti poſſent, ſic non minore copia reponendum fore. Ita cùm pecuniarum copia animos eorum erexiſſet; armatorum ad hæc tredecim millia enumerabat: exceptis quiin præſidijs & quibus murorum tuendorum cura mandata erat, ad ſedecim millia virorum. tot namq; initio excubabat, cum hoſtes impreſſionem fecerunt, quicunq; ex ſenioribus & iunioribus & inquilinis gravibus armis militabant. Phalericus nanq; murus quinq; & triginta ſtadia continebant, uſque ad ambitum urbis: & ipſius ambitus tria & quadraginta ſtadia cuſtodiebantur: reliqua quæ ſunt inter longum murum & Phalericũ, nullis cuſtodiis firmata erant. Longi verò muri, qui ad Piræeum tendentes quadraginta ſtadia occupabant, ab exteriore parte; & Pyræei Munychiæq; orbis (ſexaginta ſtadiorũ erat) dimidium; cuſtodiebatur. His equites mille ducentos, & ex eis quoſdam hippotoxotas, adijciebat: mille ad hæc ſexcentos ſagittarios, trecentasq; expeditas triremes. Hæc enim omnia, nec minora, Athenienſibus ſuppetebant, cùm bellum motũ, Peloponneſiorumq́; primùm impreſſio futura erat. Quib. aliiſq́; memoratis more ſolito Pericles, confirmatisq́; de eventu belli animis: perpulit Athenienſes, ut ex agris aſportarent libros, uxores, ſuppellectilem, aliaq́; neceſſaria uſibus; ipſorũq́ue ædificiorum ligna demolirentur; oves & iumenta in Eubœam traijcerent & inſulas circumiacentes. Cæterũ quia pleriq; longa conſuetudine vitæ ruſticæ aſſueverant, haud parũ difficulter movebantur. Is enim mos à priſcis inde temporib. magis apud Athenienſes, quàm alios, invaluerat. Sub Cecrope nanq; & primis regib. uſq; ad Theſeum *pagatim Attica fuerat habitata, ſuum ſinguli conſiliũ ſuos magiſtratus habebãt: nec unq́, niſi metu aliquo cogente, ad regem conſultãdi cauſ conveniebant. cætero tempore ſuam ſinguli Remp. adminiſtrabant, ſibiq́ue conſilia capiebant etiã bellum quidam eorũ geſſerunt, *veluti Eleuſinij cũ Eumolpo adverſus Erechtheũ. *Theſeus verò ut regnare occepit, potentia cũ prudentia iũcta, cũ alijs partib. regionem exornavit, tam privatis conciliabulis diſcuſſis, aboliti ſq; magiſtratibus, in hanc eos urbem, uno conſilio conſtituto curiaq;, contribuit: coëgitq́; ut, quã-

Athenien. in urbem ex agris commigrans.

Priſcos Athenienſ pagatim habitanteis, in unam urbem ab Theſeo primo coactos, narrat.

vis * ſingulis ſuas res ſicut ante colere eliceret, una tamen hac urbe uterentur. Sicq; Theſeus, cùm in una mœnia convenissent, satis auctum posteris pollentemq; tradidit urbem. Monumentum huius commigrationis feriæ ſunt, quæ hodieque ab Athenienſibus in Deæ honorem publicè celebrantur. Quæ nunc arx eſt, reliquaque quæ ſub ea vergunt ad auſtrum, urbs tum fuerunt. * argumento eſt, quòd templa aliorum quoq; numinum in arce, & quæ extra eam, omnia in ea parte viſuntur; veluti Iovis Olympij & Apollinis Pythij, Telluris item & Bacchi in Limnis cui antiquiora illa Bacchanalia duodecimo die menſis * Antheſterionis celebrantur (quod Iones quoque, velut ab Athenienſibus oriundi, ſervant) aliaque ibi templa antiquiora cernuntur. * Fonte etiam, quem olim cùm adhuc in publico extaret Callirhoen, nunc poſtquam eum tyranni muniverunt, Enneacrunon appellant, quia propè arcem erat, in maximi momenti rebus uſi ſunt. ac etiamnum à priſcis inde temporis aqua illa ante nuptialia, & aliis in ſacris, aſſolet adhiberi. ab illo tempore arx uſque ad nos quoque urbis nomine appellatur. Igitur Athenienſes, cùm ita ſparſim tunc legibus liberi atque ſoluti quiſque domicilium haberent: poſtquam in unam urbem contributi ſunt, ob aſſuetudinem in agris cum omni familia habitandi, tam poſteriores hi, * quàm illi antiqui, gravare migrabant: inprimis quòd ſupellectilem iam omnem inſtrumentumq; poſt Medicum bellum reportaverant. Graviter igitur admodum ægreque patiebantur, cùm larem ac penates, delubraque quæ more antiquo à maioribus ſacrata acceperant, relinquere, victusque conſuetudinem mutare cogebantur. nec aliter. quàm ſi ſuam quiſque patriam deſereret, accipiebant. Poſtquam verò in urbem convenerunt, paucis domus erant; quidam ad amicos propinquosque migrabant. alij magnus numerus deſerta urbis, templaq;, & monumenta heroum, præter arcem & Eleuſinium, & ſi quid aliud probè munitum erat, occupabant. Pelaſgicum etiam, uti vocant, quod ſub arce ſacrum * habitari fas non erat, Pythicoque etiam oraculo vetabatur, in cuius extremo melius eſſe dicitur, Pelaſgicum otioſum vacare: tamen neceſſitate ſubita cogente habitârunt. * Cæterùm mihi contrarius oraculi eventus fuiſſe videtur, ac putabant. non enim propter poſſuta habitando templa calamitates urbi acciderunt: ſed bellum eis hanc neceſſitatem impoſuit. quod quia non nominavit oraculum, prævidiſſe credo non bona de cauſſa futurum, ut is locus habitaretur In turribus quoque murorum, & ubi quiſq; poterat, ſibi domicilia

adversus incursiones hostium erat. Huius oppugna-
: dum occupantur, ac tempus nequicquam terunt: ma-
ea res Archidamo invidiæ ad exercitum fuit; * cum et-
aliàs in apparatu armorum segnior, & Atheniensibus
ior bellum parùm studiosè maturare, visus esset. Ita-
e iam congregato iam exercitu, mora circa isthmum,
reliquo itinere cunctatio, non parùm ipsi crimini da-
r: inprimis, cùm circa Oenoen hærentibus ipsis, o-
Athenienses interim importassent: qui si acceleras-
ter, neque eius socordia præpediti fuissent, omnia se in
deprehensuros fuisse putabant. Ita graviter exerci-
ore succensebat Archidami: qui tamen, ut aiunt, A-
enseis, dum intacti essent agri, aliquid sperans remissu-
e pertinacia, ne sub oculis res suas agi ferrique sinerent,
m trahebat. Verùm posteaquam Oenoen nequic-
ı vi adorti, & omni ope connixi, expugnare non pote-
nec quidquam movebantur Athenienses: tum demum,
gesima post ingressum Thebanorum in Platæam die,
i castris, multa iam æstate maturaque messe, duce Ar-
mo Zeuxidami rege Lacedæmoniorum, in agrum At-
ı impetum fecére: castrisque positis, Eleusinem primò
riasium campum populati sunt, & circa Rhitos (id loco
n est) Athenienſium equites fugârunt. Inde progres-
licto ad dexteram Ægaleo monte, per Cecropiam A-
as usque pervenerunt, oppidum maximum pagorum

ſinen & Thriaſium campum ipſi non occurrerunt: tentavit, ſi quo modo ad Acharnas motis caſtris, ipſos excire poſſet. ſimul ſtativis is locus opportunus videbatur: & Acharnenſes, qui magna pars civitatis erant, (tria millia armatorum fuerunt) non paſſuros vaſtationem rerum ſuarum credebat. Itaque aut univerſos in aciem prodituros, aut ſi ea incurſione non excirentur Athenienſes, iam ſe ſine metu in loca planiora populando deſcendere, & ad ipſam urbem pervenire poſſe. Acharnenſes quippe, ſuis rebus amiſſis, minùs promptos futuros, ad periculum pro alienis ſubeundum. Inde diſſidia inter ipſos, alijs aliò tendentibus, oritura. Hoc conſilio Archidamus ad Acharnas ſedebat.

Athen. in aciem exire cupiunt.

Athenienſeis, donec circa Eleuſinem & Thriaſium campū manebat exercitus, ſpes ceperat non longiùs progreſſuros: quòd memoria tenebant, Pliſtoanactem etiam Pauſaniæ filium, regem Lacedæmoniorū, quando cum exercitu Peloponneſiorum quatuordecim ante hoc bellum annis in Atticā irruperat: non ultra Eleuſinem Thriaſiumq; progreſſum, domum revertiſſe. ubi idcircò ab Spartanis in exilium eſt actus, quod pecunia accepta id feciſſe videbatur. Vt autem iam circa Acharnas hoſtem, ſexageſimo ab urbe ſtadio, viderunt: enimverò non amplius pati cōtumeliam multitudo. *indignū* nanq; ut credibile eſt, videbatur, agros penè in conſpectu ſuo populari: quod neq; antea iuniores neq; etiam ſeniores, præterbella Medica, viderant. Itaq; pleriq; & maximè iuniores, ut exirent in aciem, poſtulare: inq; circulis fremētes magna contentione agebant; cùm alij exire vellent, alij inhiberent. Ad hæc vates oracula iactare varia: quæ * quiſq; pro ſua cupiditate interpretabatur. * Acharnenſes præcipuè, rati apud ſe non minimam portionem Athenienſium eſſe, cùm ipſorum terra ureretur, pugnā poſcere. Hoc modo confuſa & in Periclem incitata civitas, oblita omnium monitorum eius; * increpabant, quod ipſe imperator compreſſis manib ſederet, & omnium quæ patiebantur culpam in eum conferebant.

Pericles Athenienſeis domi continet.

* Quod ubi eos adeò ægrè ferre, & minùs rectè ſentire, animadvertit Pericles, in ſententia, quam optimam ſciebat eſſe, perſtitit: & nec in concionem populum vocavit, neq; concilium habuit, necubi ira potiùs quàm ratione in medium conſulentes, peccarent, interim cuſtodijs civitatē munit, * & quātum poteſt quietam ac ſine tumultu retinet. Equites tamen emittebat, qui hoſtium antecurſores à populationib. agrorū urbi vicinorum continerent. Ibi Theſſali equites & ala una Athenienſium, cum Bœotorum equitibus levi certamine ad

Phry-

Phrygia congressi, primò non inferiores erant; * superventu verò legionum, paucis amissis, reliqui in fugam versi sunt. cæsi ab Atheniensibus eadem die * sine inducijs sublati. Lacedæmonij postero die * trophæum statuerunt. * Auxilia hæc Thessalorum Atheniensibus * ex antiquo fœdere missa venerunt erant autem, Larissæi, Pharsalij, Parasij, Cranonij, Pirasij, Gyrtonij, Pheræi. duces habebant, Larissæi Polymedem & Aristonum, utrunq; ex sua factione. Pharsalijs Menon præerat: & reliquorum singulis sui duces erant. Peloponnesij, postquam non commissuros se in pugnam Athenienses apparebat, relictis Acharnis, ex cæteris pagis quosdam, inter Parnethem & Brilessum montes, depopulati sunt. Interea Athenienses centum illas, quas paraverant, naves, cum mille armatis & quadringentis sagittarijs, mittunt ad depopulandã Peloponnesi oram, ducibus Corcino Xenotimi, Protea Epiclis, & Socrate Antigenis. qui ita parati instructiq; solventes, Peloponnesum circũvecti sunt. Peloponnesij aliquandiu in Attica morati, postquam commeatus deficiebat: alia via, quã qua ingressi fuerant, per Bœotiam recesserunt; & prætergressi Oropum, regionem quam Oropij Atheniensium subditi colunt (* Piraicam vocant) populârunt. Vnde in Poloponnesum reversi, suas quisq; abierunt domos.

Athen. cl[illegible] sem in Pe[illegible] ponnesum mittunt.

Pelopon[illegible] dimum [illegible] vertuntu[illegible]

Post discessum eorum, Athenienses præsidia * terra mariq; disposuerunt; quo modo per totum bellum observaturi erãt. Mille etiam talenta, ex ijs quæ in arce erant pecunijs segregata, * seorsim ponenda decreverunt: de quibus nihil in bellum impenderetur. in id verò de alijs erogandum quod si quis aut sua deret, aut decerneret, ut in alios usus pecuniæ istæ converterentur; nisi hostes classe urbem aggrederentur, adeoq; necessitas id ultima flagitaret: ei capitis pœnam indixerunt. Ad eas centum delectas, cum suis præfectis, triremes adiecerũt, præstantissimas quotannis sumentes: quarum usus idem, qui pecuniarum, in extremo periculo esset.

Athen. p[illegible] sidia disp[illegible] nunt.

Interea qui cum centum navibus missi erant Athenienses, adiunctis Corcyræorum quinquaginta navibus in auxilium missis, & alijs eius regionis socijs, Peloponnesi oram populati sunt: & ad Methonen Laconicam urbem excensione facta, urbem nec muris nec hominibus validam oppugnare adorti sunt. Forte quadam in ea regione cum præsidio Brasidas erat Tellidis, homo Spartanus. is, re cognita, cum centum armatis oppidanis subsidio veniens, citato cursu per Atheniensiũ exercitum dissipatum & in muros intentum, paucis ipso impetu amissis in urbem penetravit, eamque suo adventu servavit.

Atticæ c[illegible] sis res in [illegible] loponnes[illegible] gestæ.

quo tã audaci facinore, primus in hoc bello apud Spartanos laudem obtinuit. Inde provecti Athenienſes ad Phiam Eliidis appelſi, duos continuos dies ex agris prædis egerunt. ibidem trecentos delectos ex campeſtribus Elidis, alioſq; ex finitimis Eleorum occurrentes acie vicerunt. Cæterùm vento coorto vehementi, tempeſtate in importuoſis vexati locis, maior pars prætervecti promontorium, quod Ichthyn vocant, in Phienſem portum delati ſunt. Interea Meſſenij alijq; qui ſimul conſcendere nequiverant, terrâ profecti, Phiam capiunt. inde in naves, quæ circumierant, recepti diſceſſerunt, relicta Phia: quia iam magnum Eleorum exercitum adventare fama erat. Itaq; profecti, alia circa loca deprædati ſunt.

In Locride res geſtæ.

Sub idem ætatis tempus, Athenienſes triginta naves Locridem, quæ ſimul etiã Euboeæ præſidio eſſent, miſerunt, duce Cleopompo Cliniæ. is expoſitis in terram militibus, prædas ex maritimis locis egit; Throniumq; expugnavit; & obſides ibi accepit; atq; in Alope Locrorum auxilia vicit.

Æginetæ ab Athenienſ. inſula pulſi.

Æginetas quoq; Athenienſes id ætatis ex Ægina, cum uxoribus & liberis eiecerunt crimini dabant, quòd non minima ipſi huius belli cauſſa eſſent. Et quia tutiorem ſibi Æginæ, Peloponneſo imminentis inſulæ, poſſeſſionem fore ſperabãt, ſi ex ſuis eò coloniam ſcriberent: colonos illuc non multò poſt miſerunt. Exulibus verò Æginetis Lacedæmonij Thyream habitandam, & agrum colendum, dederunt: odio partim Athenienſium, partim quòd de ipſis * tempore terræmotus & Helotum bello egregiè meriti erant. Thyreaticus ager in Argivæ Laconicæq; regionis confinio ſitus, ad mare pertinet. cum alij habitárunt, alij per reliquam Græciam diſſipati ſunt.

Solis defectus.

* Eadem ætate, in novilunio (quo ſolo tempore fieri poſſe * cenſetur) poſt meridiem ſolis lumen, ut etiam ſtellæ quædam apparent, obſcuratum eſt ipſeq; lunari cornu fulgens, poſtremò in lucem ſuam emerſit.

Athenienſes cum Sitalce Thraciæ rege ſocietatem faciunt.

Per eam ætatem, Athenienſes, ut Sitalcen Teris filium regem Thraciæ ſocium ſibi facerent, Nymphodorum Pythei Abderiten, virum magnæ apud eum auctoritatis, (& ſororẽ eius in matrimonio Sitalces habebat) cùm antè pro hoſte habuiſſent, acceperunt; hoſpitiumq; cum eo publicè fecerunt. Teres hic pater Sitalcis, primus Odryſarum imperium maius reliquis Thraciæ regnis effecit. magna enim pars Thracum liberi immunesq; ſuis legibus vivunt. Cæterum Tereo illi, qui Procnen Pandionis filiam ex Athenis uxorem duxit, Teres hic nulla cognatione iunctus fuit. quia nec ex eadem parte Thra-

Thraciæ oriundi fuerunt. Siquidem Tereus in Daulia, quam
unc Thraces incolebant (Phocidè hodie vocant) sedem ha-
uit: inq; ea regione * facinus illud circa Styn fœminæ patrā-
unt: quemadmodum etiam in Poëtarum monumentis lu-
cinia avis Daulia nominatur. Pronius etiam ad fidem est,
andionem nuptijs propinquis filiæ, auxilium sibi mutuum
diungere voluisse; quàm in tam longinquam regionem, ad
Odrysas usq;, filiam collocasse. Te res verò hic, qui nec nomē
lem cum illo habuit, primus regnum apud Odrysas potens
onstituit cuius cum filio Sitalce Athenienses societatē iun-
erunt, ut eius opera Perdiccam & vicinas Thraciæ suæ ditio-
i adiungerent regiones. Nymphodorus igitur cùm Athenas
enisset, ac ibi nomine Sitalcis societate facta, filium quoque
ius Sadocū civem Atheniensem fecisset: bellum se eis, quod
uxta Thraciam gerebant, compositurum pollicitus est, per-
uasurumq; Sitalci, ut Atheniensibus copias ex Thracia equi-
tum & * cetratorum mittat. Cumq; ab Atheniensibus obti-
nuisset, ut Thermam redderent Perdiccæ: eum quoq; ipsis a-
micum reddidit. isq; confestim cum Atheniensibus & Phor-
mione arma Chalcidensibus intulit.

Hoc modo cùm socij Atheniensiū essent facti, Sitalces Te-
ris & Perdiccas Alexandri, Macedonum hic, ille Thracū rex:
Interim Atheniensium naves centum, quæ adhuc circa Pelo-
ponnesum morabantur, Solium Corinthium oppidum captū
olis Acarnanum Palirensibus cum agro colendum dederūt.
Astacum vi captam, Evarcho tyranno eiecto, sociam fecerūt.
Hinc Cephalleniam insulam venientes, eam sine certamine
occupârunt. sita est Caphallenia in conspectu Acarnaniæ &
Leucadis, quatuor urbibus habitata, Palensibus, Cranijs, Sa-
mæis & Pronæis His reb. gestis, paulò pòst Athenas redierunt.

Atticæ cl[illegible] sis res ges[illegible]

Autumni verò tempore Atheniensium populus omnis, tā
ives quàm inquilini, in Megarensem agrum impetum, duce
Pericle Xanthippi, fecerunt. & qui in centum navibus erant
Athenienses, domum repetentes, cùm iam Æginā venissent,
id famam huius expeditionis Megaram cursum averterunt.
bi posteaquam cæteris se coniunxerunt, longè maximus fu-
» tione elatos, aliter veſtræ plebi,quàm animo ſentitis, ſuade-
» re. * Equidem de mea ſententia nihil mutavi: * miror poriùs
» eos, * qui rurſus de Mitylenæis referendo,tempus extrahunt,
» quod ex eorum magis qui deliquerunt eſt utilitate. nam qui
» læſus eſt, * ſpatio interpoſito, longè remiſſiore ira vindictam
» capeſſit:quæ tũ maximè par facinori ſupplicium limit, quan-
» do recentiſſimus eſt offenſionis dolor. * Nequeo proinde
» ſatis mirari, eſſe aliquos, qui refragari audeant, corãq; adeo
» perſonare Mitylenæorum injurias vobis utiles, noſtras verò
» calamitates ſocijs * noxias eſſe. * certum eſt,eum aut dicen-
» di facultate confiſum, id quod inter omnes conſtat tanquam
» ignotũ defendere conari; aut ſpe aliqua commodi inſecatũ,
» ſpecioſa oratione compoſita,verba vobis dare velle. * Enim-
» verò talia certamina Reſpub. inſuper præmiis parus alterius
» alit: ipſa interim clades periculaq; ſuſtinens.Quorum omniũ
» * vos ipſi auctores eſtis, qui prava huiuſmodi certamina in-
» ſtituitis,& verborũ ſpectatores,factorum auditores eſſe ſole-
» tis: ac quæ futura ſunt,ex oratione probabili fieri poſſe con-
» jectatis; ubi verò jam facta ſunt, verborum infecti delinimẽ-
» tis.non oculis magis veſtris quam auribus creditis. Itaq; ma-
» ximè opportuni eſtis,ut decipiamini novitate ſermonis; tar-
» di ad exequendũ quæ decreta ſunt; rerum novarum cupidi;
» quotidiana faſtidientes. * Vnuſquiſq; autem veſtrum, ipſe

magis

magis aliquid in medium afferre ſtudet: ſin id cõſequi nequit, “
ijs qui huiuſmodi dicũt repugnat. ſi quid ab aliquo acutè dici- “
tur, omnes certatim laudare, & priores id intelligere videri “
vultis: ad providendum verò, quæ ex his evenire poſſunt, tar- “
di eſtis. Vnum enim ut ſic dicam, ſtatum rerum, quàm quo nũc “
utimur, quæritis: qui tamen ne præſentibus quidem intelligen “
diſtinctis. Deniq; aurium voluptati capti, tanquã Sophiſta “
rum ſpectatores, ſedentib. potiùs quàm de Rep. conſultantib. “
vos ſimiles præbetis. Harum rerũ ut vos tædium tandẽ cape- “
re poſſit, * unam Mitylenæorum civitatem graviſſimè in vos “
peccaſſe, oſtendam. * Equidẽ ſi qui à vobis deſciſcunt, quòd “
aut imperium veſtrum tolerare, aut vim hoſtium ſuſtinere, “
nequeant: iis ego veniam habeo. Hi verò cùm inſulam colãt; “
eam q; munitã; cùm mari ſolùm ab hoſtibus noſtris periculũ “
ea faerit, ubi ſemetipſos triremiũ apparatu facilè tutos præ- “
ſtare poſſent; cùm liberi ſuis legibus, & à nobis imprimis culti “
fuerint; nihilo tamen minus iſta patrãrint: quid aliud iſti niſi “
inſidias nobis tetẽderunt, * potiusq; inſurrexerunt adver- “
ſum nos, quàm deſciverunt, (eorum enim propriè defectio “
eſt, qui vim aliquã patiuntur) & in capita noſtra cum infenſiſ- “
ſimis hoſtibus noſtris conſpirãrunt? quod longè gravius eſt, “
quàm ſi per ſe ſoli propriis virib. nos oppugnatum veniſſent. “
Quid? ſi non * vicinorum cladibus & infelici defectione edo- “
cti, quieſcere voluerunt: ne præſens quidem felicitas à tanto “
diſcrimine ſubeundo eos deterrere debuit? Sed futuri confi- “
dentia ſpem, & viribus majorem, & voluntate minorẽ, con- “
ceperunt potioremq; vim æquitate rati, bellum moverunt: nec “
ulla injuria noſtra laceſſiti, ſola ſpe victoriæ in nos coorti ſunt “
Nam omnis inſperata & repentina felicitas civitatum, plerũ- “
que in inſolentiam vertit: * & ut plurimùm res ſecundæ ab “
ratione provenientes, tutiores ſunt, quàm ſi nec opinatò cõ- “
tingant: faciliusq;, propè eſſe dixerim, * propulſare adverſa “
quàm tutari ſecunda. Oportebat nimirum Mitylenæos, jam “
antea non in majore cæteris honore à nobis habitos eſſe. “
* neq; enim eò inſolentiæ deveniſſent. nam aliâs quoq; ea “
eſt natura mortalium, ut à quibus coluntur eos deſpiciant, qui “
verò minimè cedit, admirentur. Proinde jam tandem meri- “
tas pœnas luant: nec, in paucos collata culpa, multitudo ab- “
ſolvatur. * omnium enim eadem cauſſa eſt: qui ſi, quod eis “
proclive erat facere, ad nos ſeſe contuliſſent, nunc iterum “
ſuam habitarent urbem: ſed quia tutius rebantur, cum paucis “
diſcrimen ſubire, defectionis ſocios ſeſe præbuerunt. * Quod “
ſi * eodẽ habueritis loco, & qui ab hoſtibus coacti, & qui ſua “

ſponte

» ſponte deſciſcunt: quem futurum putatis, qui non quan
» levi cauſſa arrepta * ſit rebellaturus? ſiquidem ſi ſucceſſ
» libertatem ablaturus; ſin minùs, nihil graviùs paſſurus ſit?
» terim non adverſus ſingulas civitates pecunias noſtras
» poraq; diſcrimini committemus: ac ſi quidem ſuccedat
» urbem recipiemus perditam profligatamq;, & reditibus,
» bus valemus, in poſterum deſtituemur; ſin ſecus novos
» ſtes veteribus adjunctos habebimus; ac quo tempore
» verſus præſentes hoſtes bellum gerere debebamus, eo
» propriis ſociis decertabimus. Non igitur ullam eis ſpem re
» quere convenit, quaſi vel oratione deliniti, vel pecuniis
» ſuaſi, veniã ceu hominum more lapſis daturi ſimus. nõ e
» inviti leſerũt, neq; inſcij nobis inſidias machinati ſunt. * q
» verò invitum, id veniã promeretur. * Itaq; ego & priùs re
» navi, & nunc idẽ facio: ne decretum veſtrum reſcindẽdò,
» bus rebus pernicioſiſſimis imperio delinquatis, * miſeri
» dia, verborum delinimentis, & lenitate. Clementiam e
» * in æquales exercere æquum eſt: non erga eos qui nõ m
» nulla viciſſim miſericordia tangentur, ſed * neceſſitate q
» dam ſempiternos ſeſe hoſtes præbent. Oratores verò, qui
» verborum blandimẽtis oblectant, alia ſanè minora de q
» contendant habebunt: ut nõ ea neceſſe ſit ipſis agere, qui
» civitas exiguo tempore exultãs, acerbè poſtmodum mul
» tur, ipſi ob orationis excellentiam privatam poſtea * retri
» tionem capiant. Lenitas autem ijs potiùs adhibetur, qui i
» liquum officium ſunt facturi: non ijs qui ſui ſimiles nihilo
» nùs hoſtes, ſi relinquantur, ſunt faturi. * Enimverò ut c
» muniter omnia complectar, ſi me audieritis, facietis & ex
» rito Mitylenæorum & veſtra utilitate. * ſin minùs, apud i
» nullam gratiam inibitis, vos aũt ipſos crimini obnoxios
» detis. ſi enim iſti jure defecerunt, vos herclè injuſtè imp
» tenetis. Quod ſi vel contra quàm æquum eſt vobis facie
» judicatis, etiã præter fas, dummodò vobis ſit utile, iſtos
» nire decet: ſi id non vultis, imperio depoſito, bonorũ vi
» extra periculum officium præſtate. * Eadẽ igitur pœna,
» vos afficere cupiebant, in eos animadvertite: oſtendite,
» minùs vos qui effugiſtis, quàm iſtos inſidiatores, indig
» Veniat in mentẽ quæ ipſi, ſi data fortuna eſſet, facturi fue
» cùm præſertim ab iis quoq; ſit injuria orta. Maximè qu
» infeſti ſunt, qui ſine ullius cauſſæ prætextu injuriam infer
» deleriq; & excindi cupiunt hoſtem, à quo, ſi incolumis re
» quatur, periculùm ſibi verentur. nam qui ab eo unde nõ o
» cuit læſus eſt, longè graviùs id cùm evadit accipit, quàm

ui de his rebus iæpius consultare vetant sententia
. * Existimo autem bonæ consultationi nihil esse tam
um, quàm iram * & celeritatem: * quorum alterum
iã junctam habere solet, alterum imperitiam & consi-
'itatem. * Orationibus verò si quis de maximis nos re-
ceri pernegare audet: eum aut dementem esse opor-
t privatim ejus aliquid interesse. nam si alia ratione res
s, nec dum ob oculos positas, explicari posse credit, a-
hercle est: privatim verò inseruit ipsi, si turpe quiddam
as, benè quidẽ de re mala se dicere non posse arbitratur
è verò calumniando, auditores & qui cõtrà dicunt at-
os se redditurũ sperat. * Omniũ verò molestissimi sunt,
entem, quasi pecuniis corruptus specimẽ aliquod edas,
ilant. si enim imperitiam potiùs incusarent, is qui non
deret, imprudẽtiæ magis quàm improbitatis relicta opi-
cederet: in justitiæ verò crimen si cui intentatur: is si-
n caussam obtinet, suspectus evadit; sin vincitur, non
:ritiæ solùm, sed injustitiæ quoq; infamiã subit. Interim
õmoda quiescunt, dum qui consilium dare possint me-
errẽtur. Equidẽ meliores res ejus essent, si tales cives
i dicendi forent. sic enim minimè in errorem aliquem
ipossent. * Decet autem bonum civem, non terrere
ersarios, sed ex æquo sententiam suã, quanto sit me-
lonstrare. Moderatam verò prudentemq; civitatem,
ijcere honorum illi cujus præ aliis bonum consiliũ

dens cæ-
dem Mi-
tylenæo-
rum.

„ * Nos autem hæc omnia prævertimus: ac inſuper ſi quis licèt
„ optima dicens, lucri cupiditatis ſuſpicione inſimulari cœpit,
„ odio incertæ adhuc de avaritia opinionis, manifeſtam Reip.
„ utilitatem impedimus. Bona igitur conſilia, ſi palàm citra ani-
„ bages proponantur, non minùs quàm mala. ſuſpecta haben-
„ tur: utneceſſe ſit, non eum tantùm, qui peſſima & iniquiſſi-
„ ma ſuaſurus eſt, fraude circumvenire plebem; ſed etiam qui
„ optima ſentit, mentiendo fidelitatis ſibi opinionē comparare.
„ Itaq; ſola hæc eſt & unica civitas, de qua propter inutiles illas
„ & ſupervacuas ſuſpiciones, nemo apertè, niſi fraude decipiat,
„ benè mereri queat. quippe qui apertè benè fecerit, in eam ſta-
„ tim ſuſpicionem devenit, tanquam clandeſtinum aliquod lu-
„ crum captet. * Nos igitur in tantis rebus tantaq; opinionum
„ & ſuſpicionum veſtrarum varietate, paulò longiùs cùm ve-
„ ba facimus proſpicere decet, quàm vos, qui utcunq; illa &
„ rùm ſtudiosè conſideratis: inprimis cùm nos conſilij rationem
„ reddere debeamus. vos nequaquam veſtræ auſcultationis fi-
„ quidem ſi quàm ſuaſor, tam is qui credit, damnum ſubiret, pru-
„ dentiùs judicaretis. nunc verò, ſi quando irâ ad irritum cade-
„ tis ſpei commovemini, * ſuaſorem ſolùm mulctatis, nō ve-
„ metipſos, qui vos frequētes erroris comites præbuiſtis. * Pe-
„ inde ego ſurrexi, neque contradicturus cuipiam de Mityle-
„ is, neque accuſaturus. non enim, ſi ſana mens eſt, quid &qua
„ modo peccaverint illi, ſed quæ nobis * conſilia expediant, c
„ gitabimus. Itaq; nec ſi eos peſſimè egiſſe declaraverò, idc
„ eò capitis, nili è re noſtra ſit, condemnari jubebo: nec ſi m
„ ximè veniam merentur, eam, niſi ex uſu Reipub. fuerit, ip
„ largiendam putabo. Ego autem ita ſentio, de futuris ma
„ hanc deliberationem, quàm præſenti negotio, inſtituta m
„ que cùm quid in futurum nobis ſit commodaturum, conſid
„ ro: à Cleone, qui ad continendos in fide officioq; ſocios m
„ ximum momentum habere contendit, ſi capitis ſupplici
„ proponatur, plurimùm diſſentio. Ne autem obſecro pot
„ rem apud vos iſtius facundia, quàm mei utilitas conſilii, lo
„ habeat. oratio enim ejus magis apta conveniensque veſti
„ adverſus Mitylenæos iræ, perſuadere vobis forſan potue
„ nos verò nunc non quid in ipſos jure fieri poſſit, conſulta
„ ſed quomodo de illis ex utilitate ſtatuamus noſtra, deliber
„ mus. * Conſtitutum eſt in rebuſpub. capitis ſupplicium m
„ tis, non tantis modò, verùm etiam minoribus, delictis: ta
„ homines ſpe incitati pericula capeſſunt, nec quiſquam deſp
„ rans inſidias ſucceſſuras, in ancipitem ſe caſum dare ſole
„ Quæ verò unquam civitas defectionem molita eſt, quę ſe mi-

jore

apparatum, vel domeſticum vel ſocialem, habere non "
nata? ſolentque omnes & privatim & publicè peccare, "
lis legum vinculis arceri ſe patiuntur. Itaque omnibus "
tatis ſuppliciorum pœnarumque generibus, leges ſunt "
quæ aliqua tamen via homines ab maleficijs abſterre- "
Simile etiam veri eſt, maximis olim ſceleribus mitiora "
cia conſtituta fuiſſe, progreſſu verò temporis, cùm illa "
ſpernerentur, ad mortem pleraq; proceſſerunt, neq; dũ "
ium improbitas ceſſat. Quare aut gravius iſto ſupplici- "
cogitandum, aut hoc certè minimè continebuntur. "
paupertas neceſſariò audaciam injungit: opes verò ab "
ntia ſuperbiaq; alieni ingignunt cupiditatẽ. cæteræ quæ "
rrunt cauſſa, pro impetu hominum vario. cùm ab imi "
o aliquo affectu opprimuntur, in pericula inferre ſolent "
nia verò ſpes & amor compellunt: quæ * dum hic præ- "
lla ſequitur, hi excogitat aggreſſionem, illa fortunæ cõ- "
ãtem ſubminiſtrat; plurima damna inferunt: adeò ut "
obſcura ſint, plus tamen valeant manifeſtis periculis. "
it his fortuna, quæ non minorem ad animos movẽdos "
tinet. improviſò enim incidens, etiam ab exiguis viti- "
mines ad pericula impellit, tum ſingulos, tum non mi- "
ivitates; quanto de maioribus rebus, libertate aut im- "
negotium eſt. ac quilibet cum reliquis inconſideratè ſi- "
quiddam ſpei fingit. Deniq; ſummæ dementiæ eſt imò "
i quidẽ poteſt, ſi quis humanum ingenium, cùm impetu "
fertur, aut legũ vi aut alia ſeveritate inhibere velit. Pro- "
ie adeò ſiniſtrè rebus conſulite, ut capitis ſupplicium pro "
remedio habeatis: * neq; * ſpẽ reditus præcidite defi- "
bus, ut nõ breviſſimo tẽpore ſpacio delictũ ſuum eluere "
t. Cogitate nimirũ, quòd facilius ſic quævis civitas, non "
erata veniã, in deditionem veniet, poſſitq; & * ſumptus "
ire, & in poſterũ tributum pendere. altera verò via, quẽ "
utatis, qui nõ intentiùs ſe ſit præparaturus, & obſidionẽ "
tremũ etiam toleraturus: ſiquidem nihil interſit, ſerò an "
plò deditionem faciat? Quàm verò id utile vobis futurũ "
aſſidendo ob pertinaciam civitatis ſumptus facere; inde "
n occupare profligatam, reditibusq; ipſius in reliquũ ca- "
ogemini; quib. nos cõtra hoſtes validi ſumus? * Itaq; nõ "
os judices in delinquentes nos debemus prẽbere: ſed cir- "
icere, quemadmodũ eos poſthac moderatè caſtigantes "
imus ex urbibus pecuniarũ reditus; neq; eos retinere le- "
ſeveritate, ſed noſtri officij aſſiduitate. Nos verò cõtrà; ſi "
animo liber & invit⁹ aliis ſerviens * meritò repetit li- "

„ bertatem, gravissimè in eum animadvertendum censemus.
„ Cæterùm non oportet liberos homines, servitutem excutien-
„ teis, nimium punire: sed priusquam deficiant diligenter præca-
„ vere atque providere, ut ne in cogitationem quidem ejus rei
„ veniant, victisq; quàm minimum crimini dare. * Quid, dein-
„ de illud non succurrit, quàm graviter sitis peccaturi, si Cleoni
„ obedieritis: quòd cùm plebs in omnibus civitatib. vestris par-
„ tibus faveat; & aut non consentiat principum defectioni, aut
„ si cogatur, defectionis auctoribus semper infesta sit: civitati
„ adversariæ, cuius vobis plebes amica est, arma inferetis? Po-
„ pulus Mitylenæus defectionis particeps nō est: * cùm quam-
„ primùm arma accepit, sua voluntate lubens tradiderit urbem.
„ Hanc si vos excindatis, primùm quidem graviter peccabitis
„ benè meritos necando: * deinde principibus civitatum rem
„ gratissimam facietis. Ad defectionem nanq; tracta civitate,
„ statim plebem sociam consiliorum armorumq; habebunt: si
„ docuerint, pari vos pœna affecturos, tum eos qui injuria læsa-
„ runt, tum qui nihil admiserunt. at verò sicubi omninò delin-
„ quāt, * dissimulandū est; ne, qui adhuc super sunt vobis amici,
„ hostes evadant. Hæc ego longè aptiora ad imperij securitatem
„ censeo, ut vos injurias eorū dissimuletis potiùs, quàm summo
„ jure quos nō convenit interimatis. * Quocirca cùm pœna ista
„ non possit simul & justa esse; ut Cleon arbitratur, & utilis; cūq;
„ intelligatis hanc meliorē esse cōsilii viam, qua * neq, miseri-
„ cordiæ neq; lenitati (quib. neq; ego vos patiar seduci) nimium
„ tribuetis: ex his quæ dixi, si me audiatis, censeo; ut de ijs Mity-
„ lenæis, quos Paches tanquam noxios misit, per otium judice-
„ tis, reliquos agros suos colere permittatis. Hæc & in futurum
„ utilia, & præsentibus hostibus formidanda sunt. nam quicun-
„ que firmo nititur cōsilio, longè valentior adversus hostes ex-
„ istit, quàm qui stolida eos virium ferocia invadit. Hæc Diodo-
tus Secundum adeò discordes hasce orationes, incerti utram
sententiam sequerentur Athenienses; posteaquam suffragium
injerunt, par ferè utrinq; numerus fuit. vicit tamen Diodoti
sententia. Alia itaq; protinùs triremis mittitur, magna cū ce-
leritate; ne fortè non assecuta priorem, quæ jam una die ferè &
nocte antegressa erat, inveniret jam deletam civitatem. Vino
igitur farinisq; ab legatis Mitylenæis in navem acceptis, pro-
missisq; ingentibus onerati: tanto studio vela fecerunt, ut si-
mul remigarent, & panes vino oleoq; subactos comederent,
& invicem alii remis incumberent, alii somnum caperent.
Forte quadam nullo adverso vento, & priore nave velut ad
funestum negotium segniùs procedente; omnibus viribus ad
nisi

Athenienses de supplicio Mitylenæorum decretum.

ervenirunt, cùm jam Paches accepto decreto executu-
erara eſſet. hujus itaque poſterior adventus ipſos oc-
rohibuit. Adeò propè perniciem res Mitylenæa fu-
Cæteros quos tanquam capita defectionis Paches mi-
e ſententia Cleonis (paulò plus mille fuerunt) Athe-
necârunt; muros Mitylenæorum dejecerunt, & na-
uxerunt. Stipendium in poſterum non impoſuerunt
, ſed agrum omnem, præter Methymnæum, diviſerunt
s ter mille. ex quibus trecentas diis ſacras fecerunt; in
ſuos ipſi colonos ſortitione facta miſerunt; quibus
uotannis ex ſingulis partibus binas argenti minas, a-
ſi colentes, penderent. oppida item continentis, quæ-
uerant Mitylenæorum, occupârunt. Ita deinceps in of-
inferunt. Hæc in Lesbo geſta.

m æſtate, poſt captam Lesbum, Athenienſes copias *Nicias Mi-*
cia Nicerati duce, in Minoam, inſulam contra Mega- *noam inſu-*
im, miſerunt. ibi enim tuſtrim Megarenſes extruxe- *lam capit.*
æſidioq; obtinebant. Nicias ergò propiorem ibi ſta-
præſidiarias Athenienſium naves; quàm ad Budo-
laminemque, habituras credens; ſimul etiam prohi-
tivas inde excurſiones Peloponneſiorum, triremium-
ò d priùs factum erat) & prædonũ emiſſiones, & Me-
s commeatu intercludi poſſe, ratus: duas primò tur-
Niſæa prominentes, ex mari operibus expugnat, li-
; ibi inter inſulam continentemq; navigationem red-
ea verò eam inſulæ partem, quæ ob exiguam diſtanti-
te per loca paluſtria ducto continenti adnexa auxilia
ittebat, munimento interſepſit: eoq; paucorum ſpatio
confecto opere, & caſtello in ipſa inſula ædificato
oq; impoſito, copias reduxit.

idem tempus æſtatis, Platæenſes, cùm deficiente cibo *Platæenſes*
s tolerare obſidionem nequirent, in deditionem hoc *ad Lacedæ-*
venerunt. Murum adortis Peloponneſiis, cùm jam *monios de-*
im ipſi ſuſtinere non poſſent: quamvis perſpecta eorum *ditionem fa-*
tate, præfectus tamen Lacedæmonius vi caperè ur- *ciunt.*
ebat. id enim præceptum ab Lacedæmoniis habebat;
ortè pax fieret cum Athenienſibus, ea conditione, ut
entur utrinque oppida bello adempta, Platæam, ut
luntaria deditione ſeſe tradidiſſet, reſtituere non cõ-
tur. Miſſo itaque caduceatore, pronunciavit; ſi ſua vo-
tradita Lacedæmoniis urbe, ipſorum judicio ſe per-
t. fore; ut ſontes quidem puniantur, innoxius verò
lædatur. Quibus illi auditis, quia jam ad extremum

inopiæ venerant, urbem tradiderunt: alueruntque eos Peloponeſij per dies aliquot, donec judices ab Lacedæmone qui iſtic venerunt. Qui poſteaquam nihil eos incuſantes, unum tantùm illud percunctarentur accerſitos, utrùm de Lacedæmoniis ſociisque eo bello benè in quopiam meriti eſſent: ipſi ut pluribus dicendi ſibi copia fieret orarunt; præfeceruntque ſibi Aſtymachum Aſopolai & Laconem Aemneſti, hoſpitem Lacedæmoniorum, qui progreſſi, huiuſcemodi orationem

Plataenſi mvro ſe ad Lacedæmonios oratio.

„ habuerunt: * Poſteaquam, Lacedæmonii, non gravius ali-
„ quod, nec apud alios judices, ſed & æquius paulò, & apud vos
„ metipſos (quod & factum eſt) judicium nos ſubituros ſperā-
„ vimus: urbem noſtram veſtræ fidei commiſimus, ſpe apud vos
„ maximè conſequendi juris. Nunc verò ne utraq; nos ſpes de-
„ ceperit veremur. nam & de re ſumma ultimoq; ſupplicio cer-
„ tamen propoſitum, metum nobis haud immeritò præbet: ac
„ vos ne minus faventes habeamus, id verò non mediocriter
„ perimeſcimus. Argumento eſt, quòd ab nemine, cui reſpon-
„ deamus, accuſati, ipſi dicendi poteſtatem petere coacti ſumus:
„ & illa percunctatio brevis, ejuſmodi eſt, ut vera fatendo no-
„ bis incommodemus, & falſa dicendo redargui poſſimus. Ita-
„ que tot tantisque incommodis circumventi, neceſſarium in-
„ tiusq; judicavimus, ut priùs, quàm periculum ſubeamus, ali-
„ quid dicamus. etenim ſi quod dici potuiſſet reticetur, eos qui-
„ bus id ſuppetebat in crimen vocat, tanquam prolatum ad ſa-
„ lutem aliquid contuliſſet. Super cætera autem ipſa perſua-
„ dendi ratio in difficili nobis eſt. * nam ſi ignotii invicem eſſe-
„ mus, teſtimoniis prolatis argumentisque quæ vobis cogni-
„ ta non eſſent, ſaluti noſtræ conſuluiſſemus: nunc verò a-
„ pud conſcios omnia dicentur. * Enimverò non metuimus
„ ne id vobis crimini detis, quòd noſtras virtutes veſtris long
„ inferiores cognoviſtis: ſed id veremur, ne nos in aliorum
„ gratiam jamdudum conſtituto judicio condemnetis. * Nihil
„ tamen minùs, quid juris habeamus, & adverſus Thebanos
„ poſtulata, & adverſum vos cæterosque Græcos, exponemus
„ & merita noſtra memorantes, tentabimus, ſi quo modo fle-
„ ctere mentes veſtras ac promovere poſſimus. * Proinde ad
„ brevem iſtam percunctationem, utrùm de Lacedæmonijs ſo-
„ ciisque in hoc bello benè meriti aliquo modo ſimus reſpon-
„ demus: * Si ex nobis tanquam hoſtibus id quæratis, nullam
„ vobis, quòd nullo à nobis beneficio ſitis affecti, injuriam ob-
„ latam: ſin amicorum nos numero habeatis, eos potiùs cul-
„ pandos, qui primi nobis arma intulerunt. * Equidem tam pa-
„ cis quàm Medici tempore belli, rectè nos & laudabiliter geſ-
ſimus.

llam quippe primi non turbavimus: in hoc verò nos "
Hœotis pro libertate Græciæ arma tulimus; cumq; in "
rraneis habitaremus, navali prælio ad Artemiſium in "
ius; & cùm in agro noſtro pugnatum eſt cum Pauſania "
s in acie ſtetimus, ac ſi quæ Græcis ea tempeſtate peri- "
ubuerunt, omnia ſupra vires noſtras ſubijcimus. Vo- "
que, Lacedæmonij, ſeorſim (quod vos probè conve- "
niſſe) cùm poſt terræmotum defectione in Ithome "
mingens Spartam circumvaſerat terror, tertiam ci- "
rrtem auxilio miſimus. At enim priſcis quidem & gra- "
temporibus iſthæc egimus; poſtea verò hoſtes evaſi- "
Cuius ſanè facti vos ipſi auctores fuiſtis, * qui nos à "
is læſos ſocietatemq; veſtram expetentes, velut lon- "
ſiti, repuliſtis, & Athenienſes viciniores adire juſſiſtis. "
uod ad præſens bellum, nihil indigni à nobis paſſi e- "
paſſuri fuiſtis. Quòd autem deſciſcere ab Athenien- "
ſu veſtro noluimus, nihil in eo iniqui fecimus. ipſi e- "
bis abnuentibus, adverſus Thebanos tutati ſunt. Ita- "
citra turpitudinis notam prodere ac deſerere non po- "
præſertim qui beneficiis nos ſibi obligaſſent; quo- "
ietatem imploraſſemus; * à quibus in civitatem ad- "
us. unde mandata etiam eorum impigrè paratisque "
xequi oportuit. Dum verò utriq; ſocijs veſtris præ- "
* non qui ſequuntur in noxa ſunt, ſi quid vos minùs "
iris; ſed ij potiùs, qui ad res parvas injuſtasque duces "
Thebanorum autem complures aliæ inſignes in nos "
njuriæ, tum hoc poſtremum ipſi, quale ſit, noſtis: quod "
ntem etiam nos conjecit calamitatem. Vrbem quip- "
am tempore fœderis & ipſis * feriis menſtruis occu- "
iatos, juſto jure concidimus: cùm hoſtem invadentem "
ire, * communibus omnium inſtitutis & legibus ſit "
im. * Quare neutiquam convenit, ipſos nobis eſſe "
nto. Etenim ſi * præſente utilitate veſtra, & ipſorum "
ſocietate æquitatem metiamini: videbimini tum ve- "
rum ſynceri judices eſſe, tum veſtri emolumenti & "
diſtudioſiores. Enimverò ſi ipſi nunc utiles vobis eſ- "
tur: nos hercule aliiq; Græci, majore vobis diſcrimi- "
mventis multò plus commodi attulimus. Nunc alijs, "
ii, vim perniciemque feroces intentatis: at quo tem- "
nibus ſervitutem & vincula barbari minabantur, cum "
ſociaſtis arma. Vos verò æquum eſt præſens noſtrum "
eſt) peccatum conferre cum illius temporis alacri- "
dioque noſtro: majus id profectò longè reperietis. "

„ hil à vobis impetramus, æquum est, ut in pristinum statum re-
„ stitutos, periculũ, quod fors tulerit, nos ipsos deligere permit-
„ tatis. Illud simul etiam atq; etiam rogamus, ne nos Platæen-
„ ses, Græcorum aliquando studiosissimos, infensissimis nobis
„ Thebanis, è vestris manibus, Lacedæmonij, & vestra fide,
„ supplices tradatis; sed potiùs servatores nobis & liberatores
„ vos prębeatis: ne, qui alios Græcorum in libertatẽ asseritis, no-
„ bis exitium inferatis. Postquam hi dicendi finem fecerunt, ve-
riti Thebani ne Lacedæmonii eorum moti oratione remissius
in ipsos animadverterent: prodierunt, sibi quoq; dicendi co-
piam fieri petentes; quando & illis præter spem suam longior
oratio permissa esset, quàm pro responsione ad interrogatũ.

Thebanorum contra Platæenses oratio.

„ Iussi dicere, ita locuti sunt: * Non equidẽ dicendi potestatem
„ petissemus, si etiã isti paucis ad interrogata respondissent; nec
„ in nostram accusationẽ versi. de seipsis longam eorum, quę il-
„ lis nemo objecit defensionẽ, extra præsens institutum, orsi es-
„ sent; & eorum, quos nemo unquã vituperavit, laudes decãtas-
„ sent. * Hæc igitur partim neganda nobis sunt, partim argumẽ-
„ tis confutanda: ne vel * nostra improbitas, vel istorum gloria
„ aliquid eis prosit; sed ut veritate de utrisq; audita, sic demum
„ disceptare possitis. * Controversia cum istis inde primò nobis
„ extitit: quòd cùm nos post reliquam Bœotiam condidissemus
„ Platæam aliaq; simul oppida; quæ convenis ejectis occupavi-
„ mus; isti non, uti constitutũ fuerat initiò, nobis parere in ani-
„ mum inducentes, soli Bœotorum patria instituta deserebãt.
„ Posteaquam verò vi adigi sunt cœpti, ad Athenienses sese cõ-
„ tulerunt: eorumq; ope plurima nobis damna intulerunt, & vi-
„ cissim acceperunt. * At postquã barbari Græciam invaserũt,
„ solos se ex Bœotis cum Medis nõ stetisse ajunt; & in eo se ma-
„ ximè jactant, in eo se efferunt, & nos quoq; criminantur. * E-
„ nimverò neq; nos negamus, eos cum Medis non fuisse; nimi-
„ rum, quia nec Athenienses fuerunt. Itaq; simili modo cùm A-
„ thenienses Gręcis arma inferrent, hice soli ex Bœotis cũ Athe-
„ niensib. steterunt. Et videte quo rerum statu utriq; ista feceri-
„ mus. * Civitatẽ tum nostram nec optimates legitimo impe-
„ rio, nec populus tenebat; sed quod & legibus & optimo cuiq;
„ maximè repugnat, proximeq; accedit ad tyrannidẽ, paucorũ
„ quorundam potentatus civitatem oppresserat: qui cùm pri-
„ vatas suas opes magis se stabilire, Medis victorib. posse spera-
„ rent; * vi coercita plebe, barbarũ accersierunt. sicq; universa
„ quidem civitas, cùm sui potens non esset, ista fecit: non tamẽ
„ æquum est ei exprobrare, quæ legibus eversis peccavit. Quare
„ posteaquam Medus abijt & leges suas civitas recepit: ex in spe-

ctare

[illegible] ipsis alios impugnare. Nam si inviti sequebamini,
læmoniorum societatem contra Medum olim factam, "
vos ipsi plurimùm jactatis, repetere licitum fuit. ea sanè "
nos coërcendos suffecisset, &, quod maximū est, securi- "
ræstitisset. Verùm spontè vos, & haudquaquam inviti, "
niensium societatem potiorē habuistis. * At turpe erat "
meritos deserere. * Longè turpi⁹ est & iniquius, ab Græ- "
iversis, * quib. jurejurando jūcti estis, desciscere, quàm "
Atheniensibus, & Græciam liberantibus, quàm servitu- "
i intentantibus Itaq. non parem, nec expertem turpitu- "
gratiam iis retulistis. Dicitis enim injuria vos lacessitos "
accivisse, at ijsdem, cùm alios injurios peterēt, socios vos "
uistis. Enimverò minùs turpe est, gratiam nō referre pa- "
quàm quæ ex re justa debetur, in re injusta rependere. ita- "
pertè declarastis, vos non Græcorum caussa cum Medis "
ex nobis non sensisse, sed quia nec Athenienses senserint "
ne, cùm ex illorū volūtate adversus Græcos studia ve- "
ōparaveritis, quæ pro alienis studiosè fecistis vobis pro- "
vultis. id quia iniquum est, agitedum cum Atheniensi- "
uos vobis delegistis, in certamine perseverare. * Non jā "
lam societatis tum factæ mentionem facite, tāquam ea "
ris vobis debeat esse. deseruistis eam & violastis; servitu- "
eiùs, quàm libertatis, Æginetarum aliorumq; fœdera- "
n, * vos adjutores præbuistis. Atq; ea non inviti, sed sal- "
gibus usq; ad præsens tempus, nemine cogente, uti no- "
[illegible] fecistis postremò, cùm antequam vallo cingere "

decem, quorum præcipua culpa eſſet, damnatis, (qui
* non expectârunt) reliqui incolerent urbem, fœderei
& cum Athenienſibus facto, ut eoſdem hoſtes ducerer
amicos. His rebus actis, cùm diſceſſum pararet: petunt
principes plebis, uti ſibi quinq; naves de ſuis relinqua
minùs aliquid movere adverſarii poſſent: pro his accipi
tidè alias ab ſe completas. Impetrata ea re, adverſæ fa
homines in naves deligunt: qui veriti, ne Athenas mit
tur, in fanum Caſtoris & Pollucis confugerunt. Cæteri
Nicoſtrato bonum animum habere atque exire juſſi, p
quam parere recuſabant populus raptis eo nomine arm
quam nihil honi in animo haberent, qui unà navigared
rent, omnia ex domib. eorum arma ſummovent; inter
ri etiam quoſdam, quos fors abtulerat, niſi Nicoſtratus
buiſſet. quæ ubi fieri conſpexère cæteri, in Junonis tem
non minùs quadringenti viri confugiunt. Plebes timer
quid ab his novi periculi eſſet, ipſos ut exirent perſuaſos
ſulam, quæ eſt contra Junonis templum, deportavit. e
uſibus neceſſaria erant tranſmittebantur. Cùm in hoc
ſeditio eſſet; quarto quintóve poſt deportatos iſtos in
die: naves Peloponneſiorum, quæ ad Cyllenen poſt re
ex Ionia ſtationem habuerant, numero ad tres & qui
ginta advenerunt, cum duce priore Alcida & Braſida l
ejus. Adpulſi ad Subota portum continentis, inde pr:m
Corcyrā petunt. Corcyræi ingenti tumultu conſternati
& domi ſuos & foris hoſtem timerēt: ſexaginta naves i
unt, & ut quamq; compleverant in hoſtem emittunt; m
tibus nequicquam Athenienſibus, ut ſeſe præire ſineren
deinceps cum omni claſſe ſequerentur. Itaq; cùm ſine ul
to imperio diſperſæ incompoſitæq; in hoſtes excurrer
ves, duę extemplo ad hoſtes tranſierūt. in reliquis ipſi ir
dimicare, neq; quidquā ex diſciplina militari aut ordin
Animadverſa trepidatione ea Peloponneſij, viginti na
adverſus Corcyræos locatis, reliquas adverſus Atheni
duodecim naves, quarum duæ erant Salaminia & Pa
dirigunt Corcyrei inordinati rariq; in hoſtes illati, ſuom
tumultu turbabantur. Athenienſes autem veriti, ne ab n
tudine hoſtium includerentur neq in confertos ſe intu
neq; etiam in medios ordines adverſæ aciei incurrerunt.
extremum cornu incitata claſſe ſua. unaq; deprecſa nav
ſtes, qui in orbem diſpoſuerant naves, circumeuntes p
bare nitebantur. Quod poſtquam viderunt, qui adverſu
cyræos ſtabant, ne idem quod ad Naupactum accideret

Claſſis Pelo ponneſiorū Corcyram venit.

Corcyræi à claſſe Pelo ponneſiorū vincuntur.

auxilio properant, conferriq; in Athenienſeis cõtendunt. Sed hi jam recipiẽtes ſe, paulatim retrocedebant. ſimul illud quęrebant, ut dum ipſi ſenſim cederent, hoſtesq; in ſe averſi eſſent ſpatiũ Corcyræis elabendi daretur. Hoc modo commiſſa pugna, occidente jam ſole finita eſt. Corcyræi quia timebant, ne victor hoſtis adurbẽ accederet, aut homines ex inſula auferret, vel aliud quidpiam tentaret: illos ex inſula in templum Iunonis reportârũt, urbemq; cuſtodiis firmârũt. Hoſtes quãvis navali pugna ſuperiores, nõ tamen accedere ad urbẽ auſi; cũ tredecim Corcyræorum, quas ceperant, navibus, continẽtem, unde egreſſi erant, repetierunt. Nec etiam poſtero die ad urbem, quamvis magno pavore perculſam, acceſſerunt. Braſidas enim, qui id vehementer ſuadebat, ſuffragiis ab Aclida, ut fama eſt, vincebatur. Ad Leucimnam verò promõtoriũ execẽſione facta, cùm prædas ex agris agerent: perculſus Corcyræorum populus, ac metuens ne ſe quoq; invaderẽt naves cum ſupplicibus aliiſq; agit, ut Reipublicæ in diſcrimine adeſſe velint. ſic perſuaſis quibuſdam ut conſcenderent, impleverunt triginta naves: quibus adventum hoſtium expectabãt Peloponneſii agris ad meridianum uſq; tempus pervaſtatis, diſceſſerunt. Sub noctem inde, cùm ignibus eis ſignum datũ eſſet, ſexaginta Athenienſium naves ab Leucade adventare (miſerant eas Athenienſes duce Eurymedonte Thuclis, cùm & ſeditionem Corcyræorum, & claſſem cũ Alcida in Corcyram iturã audiviſſent) primis tenebris, feſtinabundi littoris oram legentes, domum navigârunt: deportatisq;, ne circumeuntes conſpicerentur, per Leucadias fauces navibus, abſceſſerunt Corcyræi, cognito Atticarum navium adventu & hoſtium diſceſſu, Meſſeniis in urbẽ receptis, qui priùs extrà fuerant, juſſisq; navibus quas compleverant in Hyllaicum portũ circumire: interim hoſtes, ſi quos ceperant, interimunt, expoſitisq; quos ad naves conſcendendas induxerant, diſcedunt. Inde digreſſi ad Iunonis fanum, quinquaginta viros, ut judicio ſe cõmitterent perſuaſos, capite omnes damnârunt. Major pars ſupplicum, cui perſuaderi non potuerat, poſtquam iſthæc fieri viderunt, mutuis cædibus in ipſo fano ſe confecerũt alii ex arboribus ſe ſuſpenderunt, alii, ut quiſq; poterat, ſibi necem conſciverunt. Ita ſeptem dies Corcyræi, quibus Eurimedon cum ſexaginta navibus ibi poſt adventum remanſit, interficiendo quos inimicos ſibi credebant, abſumpſerunt. * crimini quidem aperte dabant, quòd populare ſtatum diſſolvere vellent. * cæterùm alii privatarum inimicitiarũ cauſſa; aliũ ob pecunias creditas ab debitoribus tollebãtur; nec ulla via

Peloponneſis, motu Athenienſium ab Corcyra fugiunt.

Corcyræorũ plebis in optimates ſuperatos ſævitia.

...hi, nihil quod in ejusmodi malis fieri solet, & ...
...nibus atrocius esse potest, prætermissum fuit. A
...ctilitatis seditio processit, ut etiam pater filium ad r
...iaret, alii ab templis abstraherentur; alii in ipsis obtru
...tur. quidam liberi patris inclusi fano perierunt. Eaque
ideo multò atrocissima est visa, quòd prima apud istos e
Postea enim * universa propè Græcia mota est, ubiq; f
nibus exortis: cùm primores plebis Atheniensium essent
mates ad Lacedæmonios rē traherent. Hi enim omnes
in pace specie, quā prætexerent, suppetente; parùm ad e
cersendos parati inveniebantur. bello verò coorto, utr
& hostibus nocerent, & sibi auxilium adjungerēt, socio
rentibus: aptiores res novantibus occasiones præbeb
* unde in multa & graviora mala ex seditionib. civitat
lapsæ sunt: quæ & jam sunt, & semper erunt, dum hæc l
nū natura manebit; vehementiùs quidem aliās, aliās
diversisq; modis, prout mutationes rerum instabiles tu
In pace quidem rebusq; secundis, cùm nulla ad facinor
ter voluntatem necessitas impellit, rectiùs tam publicè
privatim mortales sentiunt. bellum verò, cùm ea eripiat
ad usus vitæ quotidianos pertinent, violentus magiste
præsentem plerunq; rerum statum impetus animorum
ctit. Sic agitatæ seditionibus Respublicæ, si quædam
seriùs iis occupatæ essent, cùm priora jam fama percepi
* mirum quantum supra ea consilia sua, * & facinorū
tia, & suppliciorum insolentia, innovabant. * Iam soli
rum vocabula, pro sua libidine, ad ea quę agebantur imm
verunt. Audacia quippe incōsiderata, fortitudo amicor
dioia cēsebatur; * cunctatio provida, speciosa timiditas
deratio, ignaviæ prætextus; prudentia in omnibus adhi
segnities perpetua; * properatio furibunda & præceps, c
viro animositas; tuta consilia sequi, honesta tergiversa
rat. ac qui difficilem se præbebat, is fidelis semper habeb
huic qui se opponebat, suspectus erat. cui insidiæ succede
sagax, ac longè cautior, qui eas prævidisset, cēsebatur. S
ita se cōparabat, ut * ne quid istorū agere cogeretur, soc
tē dissolvere & hostem reformidare videbatur. deniq
alterum in nocendo prævertisset, laudibus ferebatur; it
qui ad hoc non cogitantem stimulabat. Quin imò aliena
tiùs, quàm propinquas, societates quęrebant. quoniam id
gè * ad quodvis temerè & propalam audendum aptiu
videbatur. non enim utilitatis caussa secundum recept
ge... ...er eas, ab avaritia hujusmodi coitiones fie

F

:jucundiùs erat ipſi, per fas ac fidem deceptum, quàm
:rto, adoriri idq; & tutum judicabat: & malis artibus
or, induſtriæ famam cõſequebatur. facilius enim ple-
homines fraudulenti induſtrij; quàm imperitiores, bo-
tantur. itaq; hoc pudori, illud gloriæ, ſibi ducunt. Horũ
i omnium cauſſa fuit, potentatus ab avaritia & ambi-
emulatio. vnde & in certamina magna alacritate de-
:runt. Nam qui rerum in civitatibus potiebantur, ſpe-
n utriq; præ ſe titulum ferentes, libertatem hi multitu-
:xæquandam, illi optimatum moderatum ſobriumque
ium: Rempublicam, cuius ſe curam agere ſimulabant,
ij loco in medio poſuerunt; & cùm omni modo ac via
ores invicem evadere niterentur, extrema quæque & a-
ſima auſi ſint atq; patrârunt; ſupplicia & pœnas durio-
ıltò, quàm aut iuſtum aut è Republica erat, conſtitue-
atq; ſic utriq; ſuam voluptatem libidinemq; propoſi-
abentes, aut iniuſto iudicio & damnatione alios, aut vi
ıq; opprimendo, ſuæ cupiditati contentioniq; implen-
ıſecundabant. Vnde iam nihil ſancti ipſis, nihil religioſi,
s deũm metus erat: magis qui oratione verbisq; ſpecio-
ınum quid æmulatione effeciſſent, omnium ore prædi-
ıtur. * Qui civium medios ſe geſſerant, ij ab utriſq; pre-
ntur: aut quia participes ſeditionis eſſe recuſârunt, aut
ſoli ſupereſſent, odio habiti. Adeò omne genus ſcelerũ
iorumq; in Græciam per ſeditionis immigravit. Simpli-
:nim animiq; candor, quæ inprimis in generoſis excel
ngenijs cernuntur, deriſa penitùs & exploſa fuerunt at
tuò in acie quaſi diffidentia ſuſpicionibusq; mutuis ſta-
laudabile & egregium habebatur. neq; enim ulla aut o
adeò potens, aut jusjurandũ ita religioſum fuit, * quod
in gratiam reduceret. Nam quia omnes ei ſuſpicioni de-
rant, non * quidquam firmi ſe invẽturos, magis ne quid
aterentur providebant, quàm ad fidem habendam ani-
inclinabant. Vnde etiam qui hebetioris ingenij erant,

plerunq; ſuperiores extiterunt. quippe tum ſuam veriti ir
cilliratem, tum hoſtium induſtriam: ne orationibus vince
tur, aut multiplicibus ipſorum inſidijs caperentur, * m
cum audacia res aggredicbantur. Alteri verò licet præſ
rent, contempſerunt. itaque dum nihil in eo laborandu
tabant, quod conſilio efficere poſſent, imparati opprim
tur. In Corcyra igitur plurima iſtorum iam antè erant fa
ta: quæq; item alia ab iniuria potiùs & contumelijs, quàm
la moderatione, incœpta, * ij quibus vindictæ repetendæ
bat copia commiſerunt; quiq; * ab diuturnra inopia ſe v
care volebant; & ante omnia, qui cupidine nefaria ſoli
aliorum res expetebant; itemq; qui non avaritia ſtimul
ſed æquo magis jure aggreſſi indomitaq; ira elati, crud
implacabili ſævitia invadebant. Siquidem confuſa pe
bataq; diſciplina civitatis, cùm legibus imperare huma
ingenium cœpiſſet, quod etiam alioquin præter leges a
conſuevit; haud difficulter ſeſe & iræ impotens, & jure
tius, & omnis emirentiæ inimicum oſtendit. Non enim
omnia ſancta divinaq; ultioni, & inſtitiam lucro comm
que ſuis, poſthabuiſſent, ſi odium eorum tãtis viribus ac
cendum præditum non fuiſſet. Cæterùm conantur hom
aliorum vindictę imminentes, communes de rebus huiuſ
di leges, in quibus omnium ſpes nititur, ut ſi maximè ip
bent, eæ tamen incolumes maneant, priùs evertere, nec c
quam eorum relinquere, quæ in periculo aliquis deſid

editus ad
s Corcy-
eorum.

poſſet. Tanta ira & acerbitate, primi Græcorũ Corcyræi
mutuò per urbem ſæviebant. Poſt diſceſſum verò Eurym
tis & Athenienſium, exules Corcyræorum, quorum ad q
gentes effugerant, caſtellis in continente occupatis, reg
Corcyræorum adverſa paticbantur: atq; inde excurſic
factis, prædas ex inſula agebant, multaq; adverſæ parti
inferebant; ut ſuper cætera fames etiam ingens civitate
vaderet. Legatis verò Lacedæmonem Corinthumq; de
tu ſuo miſſis, cùm infecta re redijſſent: nàves auxiliaq; c
parant, & in inſulam ſexcenti ferè in univerſum tranſmitt
Inde * incenſis navigijs, ne quam aliam niſi in victoria
haberent, Iſtonen montem munitionibus occupârunt, t
que ſuperiores, varijs inde cladibus urbanos afficiebant

/
thenienſes
s Siciliam
aves miſsũ

Extrema æſtate Athenienſes viginti naves in Siciliam,
Lachete Melanopi & Charœada Euphyletæ, miſerunt. E
ibi Syracuſani cum Leontinis gerebãt. ab Syracuſanis D
generis urbes ſtabant, præter Camarinam, (hæc enim & C
cidicæ urbes Leontinis favebant) quæ & initio belli Lace

mor

moniorum partes amplexæ fuerant, nec tamen unà geſſerãt bellum. In Italia, Locri Syracuſanorũ partes fovebant, Rhegini conſanguineis ſuis Leontinis aderant. Leontini cùm ab Syracuſanis terra mariq; premerentur, Athenas mittunt eorum ſocij, naviumq; ſibi ſubſidium. tum ex antiquo fœdere, tum quia Iones eſſent, ab Athenienſibus mitti petunt. Igitur Athenienſes, *per ſpeciem cognationis; revera autem, ut & frumenti copiam indidem adimerent Peloponneſo, & experimentum caperent, poſſentne in ſuam Siciliam redigere poteſtatem: auxilia mittunt. hæc adpulſa ad Rhegium Italiæ, bellum inde cum ſocijs geſſerunt. Ita æſtas finita.

Ea quæ ſecuta eſt hyeme, iterum vis morbi invaſit Athenienſes: qui quamvis univerſus nunquam deſierat, aliquid tamen per id tempus laxamenti dederat. Tum itaq; non minùs integro anno duravit: priùs verò etiam biennium adeò ut nihil æquè graviter afflixerit Athenienſes, viresq; attenuaverit. Gravis enim armaturæ haud minùs quatuor millia & quadringentos ex ordinibus, equites trecentos morbus abſumpſit: & per ignota capita latè vagatus eſt. Crebri item terræ motus, & Athenis, & in Euboea, & cùm cætera Bœotia, tum verò maximè Orchomeno, fiebant. *Morbus iterum ingruit Athenis.* *Terræmotus*

Eadem hyeme, qui in Sicilia erant Athenienſes, Rheginis adiunctis, in inſulas, quas Æoli vocant, triginta navibus moverunt: quòd æſtate ob aquæ penuriam bellum cum ijs geri non poterat. Tenent eas inſulas Liparæi Cnidiorum coloni: ſed unam tantùm ita magnam (Liparam vocant) inhabitant: reliquas, Didymen, Strongylen, & Hieran, ex hac colunt. Ferunt homines illi,* Vulcani in Hiera fabricam eſſe: quoniam ibi ſub noctem magnus ignis, & interdiu fumus, conſpici ſolet. Sitæ ſunt inſulæ iſtæ è regione Siciliæ & Meſſanenſis agri. tunc Syracuſanorum partis erant. Athenienſes perpopulato agro, poſtquam nihil pacati oſtenderunt, Rhegium ſe receperunt. Sic hyems finita eſt, & quintus annus huius belli, quod Thucydides ſcripſit. *Athenienſium in Æoli inſulas expeditio.*

Inſequente æſtate Peloponneſij ſocijq;, duce Agide Archidami rege Lacedæmoniorum, uſq; ad iſthmum pervenerunt: iamq; in Atticam moturos, terræ motus eos frequentes ab ea irruptione averterunt. Nam ea tempeſtate & in Euboea terra apud Orobias magno concuſſa motu eſt: ita ut mare illatum per eam regionem, quà tum terra erat, fluctu hauſerit partem urbis; & alibi undis opperuerit, alibi deſtituerit (* & iam mare eſt, ubi tunc terra fuerat) regionem; cum omnium hominum interitu, qui nõ in loca altiora effugerant. Similis propè inun- *Peloponneſij Atticam invaſuri terræ motib. averruntur.*

datio circa Atalantam insulam apud Locros Opuntios contigit. ubi & castellum Atheniensis partem abrupit, & duarū navium, quæ subductæ erant, alteram perfregit. In Peparetho etiā maris exundatio est facta; quæ tamen nihil abiorpsit: motus autem terræ murī partem, cum pyraneo paucisque ædificijs, prostravit. Causa huius rei, meo iudicio, est: quòd terræ motus, qua parte vehementissimus evitit, mare avertit; quod inde subitò magna vi remeans, alluviem vehementiorē facit. itaq; si motu terræ tale haud fieri, esse opinor.

Res in Sicilia ab Athenienſibus geſtæ.

Multi ea æstate belli hinc inde in Sicilia, ut cuiusq; res tulere, gesserunt; cum ipsi inter se Siculienses, tum Athenienses cum socijs iuncti. Quæ autē præ cæteris maxime digna relatu, aut socij cum Athenienſibus, aut hostes adversus ipsos gesserunt, memorabo. Post cæsum ab Syracusanis in bello Chareadem Athenienſiū ducē: Laches, qui summam classis totius præfecturam tenebat, Mylis Messanensium oppido arma intulit. Erant forte Mylis in præsidio duæ tribus Messanenſiū, quæ cùm egressos navibus adortæ ex insidijs essent, Athenienses socijq; eos cum magna cæde retuderunt: & confestim admoto exercitu, arcem per pactionem tradere, & secum adversus Messanam militare, coegerunt. ipsiq; paulò pòst Messanenses, inferentibus arma Athenienſibus & socijs, obsidib. datis, & alijs fidei pignoribus præstitis, in deditionem venerunt.

Meſſana Athenienſib. cedit.

Athenienſium in Peloponneſum, Melum, Bœotiá, expeditiones.

Eadē æstate Athenienses triginta naves in Peloponnesum miserunt, Demosthene Alcisthenis & Procle Theodori ducibus. Et in Melum duo millia armatorum & sexaginta naves Nicias Nicerati dux. Melios enim, qui cùm insulam colerēt, dicto audientes esse, & societatis munia præstare nolebāt, ad officium perducere cupiebant. Cæterùm postquā populatione agrorum ad deditionem compelli nequibant, solvunt ex Melo, Oropumq; è regione traijciunt: & silentio noctis appulsi, confestim ab navibus milites pedestri itinere Tanagrā Bœotiæ ire pergunt. simul ab urbe eodem universæ copiæ Athenienſium signo accepto, Hipponico Calliæ & Eurymedōte Thuclis ducibus, terrestri via occurrunt: iunctique, castra ponunt. Ea die agrorum populatione consumpta. cùm noctē illic egissent: sequente die Tanagræos egressos, & Thebana quædam auxilia, acie vincunt, armisq; exuunt. hinc tropheo posito, reverterunt, hi in urbem, illi ad naves. Nicias indè cū sexaginta provectus navibus, Locridis maritima ora perpopulata, domum discessit.

Heraclea Trachinia condita ab Lacedæmonijs.

Sub idem tempus Heracleam in Trachinijs Lacedæmonij coloniam deduxerunt. causa cōstitij hæc fuit. Melienses sunt omnes

divisi in partes tres, Paralios, Hierēses, Trachinios. Ex
chinij, Oetæorum finitimorum armis pressi, principiò
nad Athenienses deditionem facere cogitaverāt: post-
ò, quia dubiæ fidei videbantur, legatum Lacedæmonē
nt Tisamenum. Eadem caussa Dorienſibus quoque (à
genus Lacedæmonij ducunt) & ipsis Oetæorum op-
bello, legatos unà mittendi fuit. Quibus auditis, Lace-
nij cōsilium de colonia deducenda, & mittendis Tra-
Dorienſibusq; auxilijs, ceperunt. simul opportunè ipsis
enienſe bellum urbs sita videbatur. inde adversus Eu-
exiguo distantem freto classem parari posse; inde cō-
imum in Thraciam transitum. adeoq; summa alacri-
upiditas oppidi condendi innata est. Consulto igitur
elphico oraculo, iussiq; ab eo: colonos mittunt, & ex
ibus, & ex finitimis, & si qui præterea Græcorum ire
nt, * exceptis Ionibus & Achæis, & alijs quibusdā gen-
iumviri deducendæ coloniæ creati, Leon & Alcidas &
gō. Lacedæmonij, uteò venerunt, urbē de integro cō-
nt. Heracleā hodie vocant: abest ab Thermopylis qua-
a ferè stadia, ab mari viginti. Navalia quoq; fecerunt,
tutiora essent, ad Thermopylas iuxta * ipsas angustias
re cœperūt. Condita ea urbe, Athenienses primò de Eu-
ant soliciti, quoniam illinc brevissimus est ad Cenæum
as. postea tamen præter expectationem nihil inde mo-
, nec quicquam ab ea periculi fuit. Caussa fuit, quòd
li, præpotentes in ijs regionibus, & illi, quorum in solo
urbs erat: veriti ne graves accolas haberent, oppugnā-
siduoq; bello vexārunt novos colonos: usq; dum pe-
nervatos attenuārunt. Initiò illi plurimi fuerant: quia
audacter nomen in coloniam dabat, deducentib. La-
onijs, quorum præsidio tuti essent. Ne minùs ipsos
runt, atq; ad paucitatem redegerunt, ipsorum * Lace-
iorum præfecti: qui pleroſq; deterrendo, & in quibus-
ipotentiùs & parùm convenienter imperando, effece-
multò facilius ab finitimis domarentur.

Res in Acarnania ab Athenienſibus geſtæ.

idem tempus, dum in Melo detinentur Athenienses,
i eorū naves in Peloponnesum missæ, primò ad Ello-
n Leucadiæ præsidiarios quosdam ex insidijs circūve-
exin maiore cū exercitu, Acarnanibus universis (præ-
niadas) Zacynthijsq; ac Cephallenibus, ac quindecim
æorum navibus adiunctis, Leucaden movent. Leuca-
& extra & intra fauces (in quibus & Leucas sita est, &
ū Apollinis) urerentur agri, nec pares essent tantæ mul-

[redacted] quiero [redacted] erunt. Tunc Acarnanes Demosthenem Athenienſi imperatorem orare inſtiterunt, ut munitionibus claderetur, nec difficilem fore oppugnationem, & ſe pertenuem hoſtium & infeſtam urbe liberaturum. Huic verò Messenii præciarum fore dicunt, ut quamprimum exercitus coactus eſſet, Ætolos extremos Naupactiorum finibus armis aggrederetur. quibus ſubactis, nullo deinceps negotio reliquam eā continente in dictionē Athenienſium redigi poſſe. Ætolos gentem quidem eſſe magnam & pugnacem, & qui circum vicos ſeu magis ſpatio diſſectos, & mœnib. carentes habitare; ad has armis levibus uti: ut parvo labore, priuſquam in unum cōferant vires, opprimi poſſint. Principio autem arma inferre Apodotis iubebant: inde Ophionenſibus: & poſt hos Eurytanibus, qui maxima pars ſunt Ætolorum, lingua etiā alienissimi & cruda carne victitare dicuntur. his omnib. ſubactis, partem deinceps belli molem reſtare. His motus Demosthenes, partim ut Meſſeniis gratificaretur, partim quòd exiſtimabat; cum ſolis eius continentis ſociis Ætolis, ſine copiis Athenienſium, terreſtri itinere adverſus Bœotos per Locros Ozolas iri poſſe ad Crytinium Doricū, ab dextera relicto Parnaſſo mōte; donec deſcēderetur ad Phocēſes finitimos Bœotiæ, qui aut voluntate ſua pro inveterata cum Athenienſibus amicitia, aut vi adacti, arma juncturi videbantur: deducto ab Leucade univerſo exercitu, Solliū navigat. Ægrè impetrabatur Acarnanes. igitur cum ipſos, quamvis apperuiſſet conſilium ſuū, tamen quòd Leucadē circumſidere nolebat, in ſententiam petrahere non poſſet: reliquum exercitū Cephallenum & Zacynthiorum Meſſeniorumq; & trecentos Athenienſes ex ſuis navibus, (quindecim enim Corcyræorum naves diſceſſerāt ab Oeneone Locridis egreſſus, adverſus Ætolos ducit. Erant Ozolæ Locri ſocij, quos oportebat Athenienſibus in mediterraneis cum univerſis copijs occurrere. nā quòd finitimi erant Ætolis, armis etiam iiſdem urebantur, magno uſui videbantur in exercitu futuri; cum & moris eorum præliandi, & locorum, periti eſſent. Pernoctans itaque in fano Iovis Nemei (in quo Heſiodum Poëtam ab incolis regionis peremptum ferunt: ſicuti ei oraculo prædictum fuerat, in Nemea periturum) prima luce Ætoliam ingreditur. Ea die Potidaniam capit; altera Crocylium; tertia Tichium. ibi ſubſtitit, prædamque Eupolium Locridis oppidum remiſit. ſtatuerat enim ſubactis reliquis, Naupactū reverti, ac tunc deinceps Ophionenſes, ſi ad deditionem adigere non poſſet, aggredi. Ætoli, cùm iam ab initio non fefelliſſet illorum apparatus, ubi ingreſ-

Demosthenes Athen. Ætolis bellum infert.

greſſos fines nunciatum eſt hoſtes: ingenti multitudine undiq; concurrunt; ita ut extrem. Ophionenſium ad Maliacum ſinum Bomienſes Callienſesque excirentur. Idem igitur Demoſthenem hortari Meſſenij, monere quàm facilis eſſet futura Ætolorum expugnatio, ſi quàm celerimè vicos adoriretur; & proximum quenque occupare niteretur; nec expectaret, quoad univerſi congregati in armis occurrerent. His notus, & perpetua ſua fortuna conſiſus, non expectatis * Locrorum auxilijs, licet inprimis levis armaturæ jaculatoribus vigeret: Ægitium contendit. Aggreſſus mœnia, oppidum vi capit. diffugerant enim oppidani, collemque ſupra urbem inſederant. edito nanq; loco ſita, & ab mari octoginta fermè ſtadia abeſt. Iam undique ad Ægitium convenerant auxilia Ætolorum. invadunt itaque Athenienſeis ſociosque, & decurrentes ab tumulis hinc inde jaculis eos inceſſunt: ac quoties Athenienſium milites impetum in eos fecerant, pedem referebant; ubi ſe recepiſſent, rurſus inſtabant. Diu fatigati hoc genere pugnæ Athenienſes, cedendo inſequendoque, utrobiq; impares erant. Tamen quandiu ſagittarijs teſa ſuppetebant licuitque his uti, immoti reſtiterunt. Ætoli enim homines nudi & leviter armati, cùm ſagittis peterentur, refugiebant. Poſteaquam verò ſagittarij, amiſſo præfecto, diſſipati ſunt; ipſisque labore continente fatigatis inſtabant, jacula que ingerebant, Ætoli: tandem datis tergis, in fugam effuſi; cùm amiſſo itinerum duce Chromone Meſſenio incidiſſent in loca aſpera inviaque, Ætoli levium corporum armorumque homines, multos imperitos regionis in ipſa fuga protinùs conſecuti interemerunt; plures via aberranteis & in ſilvas impeditas delatos, igni circumdato enecârunt. ita multiplex fuga, nullum non cladis genus editum in Athenienſes eſt. Qui cladi ſuperfuerant, vix tandem ad mare & Oeneonem Locridis oppidum, unde venerant, effugerunt. Perierunt ſociorum magnus numerus, & ex ipſis Athenienſibus centum viginti gravis armaturæ. eximium tunc juventutis florem inſignesque eo bello cives amiſerunt Athenienſes: inter quos Procles ex ducibus alterum. Ipſi cæſis per inducias ab Ætolis receptis, Naupactum redierunt, inde Athenas navigârunt; relicto Naupacti Demoſthene, Athenienſes ab re malè geſta timente.

Prælium Athenienſium cum Ætolis.

Athenienſes ſuperantur.

Eodem tempus, in Sicilia quoque Athenienſes, cùm Locride navigaſſent; excenſione facta, Locros occurrentes acie vicerunt, caſtellumque ſuper Halecem fluvium ſitum ceperunt.

In Sicilia geſta.

Peloponeſij Ætolis auxilia mittunt.

Eadem æſtate Ætoli legatos Corinthum Lacedæmonēq; miſerunt, Tolophum Ophionenſem, Boriadem Eurytanem & Tiſandrum Apodotum. Hi cùm ob incurſionem Athenienſium præſidium ſibi ad Naupactum mitti rogaſſent: circa autumnum Lacedæmonij tria millia ſociorum, ex quibus erant quingenti ab nova colonia Heraclea Trachinis urbe, miſerunt. Dux exercitus Spartanus erat Eurylochus. ei adiuncti Macarius & Menedatus Spartani. Cùm Delphis exercitus cōveniſſet, Eurylochus caduceatorē præmiſit ad Locros Ozolas, per quorum regionem tranſitus erat ad Naupactum. ſimul ab Athenienſium ſocietate eos avertere volebat. E: Locris maximè cùm ipſo faciebant Amphiſſenſes, qui ibi a Phocenſibus hoſtibus ſuis metuebant. hi & primi obſides dederunt, & alijs quoq;, territis adventu exercitus, ut darent auctores fuerunt; Myonenſibus primò vicinis ſuis, qui parte difficilimè Locris adiri poteſt; inde Ipnenſibus, Meſapijs, Tritæenſibus, Chalæis, Tolophonijs, Heſſijs, & Oeanthenſibus. hi omnes militem dederunt: Olpæi obſides, milites verò nullos. Hyæi obſides dare, priuſquam vicus eorum (Polin vocant) caperetur, recuſaverant. Paratis omnibus, cùm obſides Cytinio Dorico oppido depoſuiſſet, adverſus Naupactum per Locros exercitum ducit. & exitinere Oeneonem Eupoliumque, quia portas clauſerant, capit. Vbi in Naupactiorum ventum eſt regionem, adiunctis Ætolis, agros populati ſunt, & ſuburbium, quia muris carebat, ceperunt. inde Molycrium (oppidum id Corinthiorum colonia, Athenienſibus verò tunc ſubiectum erat) admoto exercitu, occupant. Hærebat tunc circa Naupactum, adhuc ab Ætolica expeditione, Demoſthenes Athenienſis. is cùm ante fama perrepiſſet adventum exercitus: urbis vicem ſolicitus, ab Acarnanibus (quāvis ægrè, ob ſuum ab Leucade diſceſſum) precibus, ut Naupacto ſuccurrerent, impetravit. Miſſi cum eo in navibus mille armati, ſuo adventu urbem conſervârunt. difficulter enim alioquin reſtitiſſent, cùm ampli ſpatij urbis mœnia, defenſores verò exigui eſſent. Eurylochus ſocijq;, ut eum exercitum in urbem acceptum cognoverunt, abiecta ſpe per vim potiundi: non in Peloponneſum inde, ſed in Ætolidem (Calydonem hodie vocant) & Pleuronem reliquaque circà loca, itemque Proſchium Ætoliæ, diſceſſerunt. Venerant enim Ambraciotæ, rogantes, ut Amphilochicum ſecum Argos, cæteramque Amphilochiam, & Acarnaniam, oppugnarent: quibus ſubactis, omnes eius continentis populos in ſocietatem eſſent pertracturi. His motus Eurylochus, dimiſſis Ætolis, in ea regione

Locri Ozolæ ab Atheniēſib. deficiunt.

gione cum exercitu conſedit; donec auxilio Ambraciotis expeditionem facientibus eſſet. Ita æſtas finita.

Hyeme inſequente, qui in Sicilia erant Athenienſes, adiunctis Græcis ſocijs reliquisque Siculis, qui excuſſo Syracuſano iugo ad ipſorum ſocietatem tranſierant: ad Neſſam Siciliæ oppidum, cuius arcem Syracuſani tenebant, exercitum admoverunt. ſed ut nihil ſuccedebat, vano incœpto abſtiterunt. Digredientibus ijs, Syracuſani ex arce eruptione facta, ſocios Athenienſium qui extremum agmen claudebant adoriuntur; impetuq; facto, partem exercitus, non exigua cum cæde, in fugam vertunt. Poſt ea Laches Athenienſesq;, excenſione iuxta Caicium amnem facta, Locrorum circiter trecentos, qui cum Proxeno Capatonis eis occurrerant, acie vicerunt, armisq; detractis, diſceſſerunt. *Res in Sicilia geſta.*

Eadem hyeme, Delum Athenienſes oraculo quodam moniti luſtraverunt. Priùs etiam luſtraverat eam Piſiſtratus tyrannus; non tamen omnem, ſed quantum inſulæ ab templo * oculis terminari poterat. Tunc vera tota ad hunc modum expiata eſt: Sepulcra quotquot erant in inſula defunctorum univerſa removerunt; edixeruntq; in poſterum, nequis in inſula moreretur, neu fœmina in ea pareret; tranſportarentur autem in Rheneam inſulam. hæc adeò prope Delum ſita eſt, ut Polycrates Samiorum tyrannus, potens aliquandiu in re navali, cùm alias ſub imperium redegiſſet inſulas; Rheneam captam, Delioq; Apollini ſacratam, catena alligaverit Delo. Tunc primò poſt eam luſtrationem Penteteridem Athenienſes (Delia vocant) inſtituerunt. Iam enim olim priſcis temporibus, magnus fuit in Delo conventus Ionum & *circumiacentium inſularum: qui cum uxoribus liberisq; ad ſpectaculum, velut nunc * ad Epheſia Iones, conveniebant; certaminaq; gymnica & muſica edebantur, ac choroscivitates ducebant. Quæ ita ſe habuiſſe, graviſſimus eſt teſtis Homerus, in his verſibus, qui ſunt ex * proœmio Apollinis; *Deli luſtr. tio.*

Aſt animum tibi, Phœbe, tuum magis unica Delus
Afficit: huc longis venit cum veſtibus omnis
Ioniæ pubes, nati, uxoresq; pudicæ.
Hi te ſaltatu, pugilum certamine, cantu,
Oblectant memores, quando certamina ponunt.

Quòd verò muſicum quoque fuerit certamen, & ad certandum convenerint, in eodem teſtatur proœmio. cùm enim laudaſſet chorum fœminarum Deliacum, tandem laudationem his verbis claudit; ubi ſimul & ſui mentionem facit.

Verùm agite, ô Latona, simul cum Phœbe Diana,
Felices estote omnes, semperq; deinceps
Este mei memores, externis si quis aboris
Mortalis veniens ad vos, rogitaverit omnes:
Dicite, quis vest. is cantor prædulcis in oris
Hic agit, ante alios vos oblectare, puellæ,
Qui jvlet? huic omnes vos respondete paratæ:
Saxosam colit ille Chium vir lumine captus.

Hi versus Homeri argumento sunt, quòd olim quoquem gnus in Delo conventus festumq; fuerit. Postea verò Athe enses quiq; insulas colebant, choros eò cum sacris miseru Certamina autem pleraque adversis, ut credibile est, casib aboleverant: donec iam Athenienses & certamen & eq stres, qui priùs non fuerant, ludos instituerunt.

Ambraciotarũ & Peloponnesiorũ cõtra Acarnanes & Amphilochos expeditio.

Eadem hyeme Ambraciotæ, uti polliciti Eurylocho de nuerant exercitum eius, tria millia armatorum in expediti nem adversus Argos Amphilochicum miserunt. Hi ingre agrum Argivum, Olpas capiunt, castellum maritimum va dumq; colli impositum: quod aliquando Acarnanes, uti jura publicè redderentur, permuniverant. abest ab Argivo urbe (ea mari imminet) quinq; & viginti fermè stadia. Ac nanes partim Argis auxilio tetenderunt, partim in quoda Amphilochiæ loco (Crenas vocant) castris positis: Peloponnesios cum Eurylocho venientes observabant, ne fallere ad Ambraciotas transgressuri. Accersunt etiam Demosth nem qui Athenienstum in Ætolia dux fuerat, ut imperat suus fieret: & ad X X. naves Athenienstum, quæ circa Pel ponnesum, ducibus Aristotele Timocratis & Hierophor Antimnesti, versabantur, mittunt. Nuntios etiam in suam t bem qui circa Olpas erant Ambraciotæ mittunt, cum unive sis copijs auxilio venire iubentes. metuebant enim, ne cù Eurylochi exercitus per Acarnaniam ire non posset, ipsi a soli pugnæ casum subire cogerentur, aut tutum recepti non haberent. Eurylochus verò Peloponnesijque, postqua ad Olpas copias eduxisse Ambraciotas acceperunt; castris Proschio motis, magna celeritate eis obviam ierunt: & tr iecto Acheloo amne, nullo viso hoste (omnes enim Argos auxilium ferendum concurrerant) per Acarnaniam profe sunt, relicta à dextra Stratiorum urbe & præsidio ipsorum, læva cætera Acarnania. Stratiorum transito agro, per Phy am, inde per extremam oram Medeonis, tetenderunt. tu deinceps per Lymnæam ad Agræos, qui iam extra Acarn niæ fines, ipsis autem amici erant, progressi sunt; ac postqua

ium montem (incultus is eſt) pervenerunt, tranſ-
, in Argivum agrum ſub noctem deſcenderunt;
e inter urbem Argivorum & præſidium Acarnanum
itineribus ducentes, ita ut non ſentirent hoſtes,
raciotis qui Olpis erant copias iunxerunt. hinc pri-
niverſi ad Metropolin, quam vocant, caſtris poſi-
erunt. Non ita multò poſt viginti Athenienſium
xilium Argivis ferentes, in Ambracium ſinum ap-
: & Demoſthenes Meſſeniorum ducentos armatos
ita ſagittarios Athenienſes adduxit. Naves circa
Olpas in mari ſtabant. Acarnanes autem & pauci
horum (nam maior pars Ambraciotarum armis
ur) cùm iam Argos conveniſſent, ad prælium ſeſe
oſtes expedierunt. imperatorem ſummæ rei præfe-
moſthenem, cum ſuis præfectis. is exercitu prope
ucto, caſtra locavit. Caſtris vaſta utrinq; vorágine quinq; dies quieti ſe detinuerunt. ſexta tandem u-
nibus copijs in aciem deſcenſum eſt. Numero mul-
ibat Peloponneſiorum exercitus. itaq; veritus De-
s, ne multitudine circumvenirentur, via quadam
gultis vepribusque veſtita, quadringentos circiter
armaturæ milites in inſidijs condit: ut quia hoſtes
ne præſtabant, hi, ubi primùm concurriſſent acies,
coorti terga hoſtium aggrederentur. Poſteaquam
nque erant, prælium committere coperunt. De-
s dextro cornu cum Meſſenijs & paucis Athenien-
ebat: reliquum Acarnanes, ut quilibet in acie con-
obtinebant, cum Amphilochorum qui aderant ia-
s Peloponneſij & Ambraciotæ promiſcuè inſtru-
præter Mantineos, qui magis ad lævam, non ta-
mo penitùs in cornu, (ibi enim cum ſuis copijs e-
chus contra Meſſenios & Demoſthenem) confer-
Prælio inito, poſteaquam conſertis manibus, nu-
ponneſij ſuperiores circumibant dextrum hoſti-
conſurgunt ex inſidijs Acarnanes, & ab tergo ad-
nduint, ut nullius rei niſi fugæ memores, ſuo timo-
m maiorem partem exercitus conſternarent; qui
chi cornu, ubi omne robur erat, proſtratum diſſi-
viderunt, multò maiore formidine perculſi ſunt:
re Meſſeniorum præcipuè, qui ab ea parte cum
ne ſteterant, opera enituit. Ambraciotæ
iunt pugnaciſſimi in ea regione) quique in dextro
ıtu, pulſos ab ſua parte hoſtes Argos uſque

Prælium inter Ambraciotas & Acarnanes.

Acarnanes vincunt.

perſe-

perſecuti ſunt. Cæterum reverſi, poſtquam alios victos
runt, impetumque in eos Acarnanes fecerunt, ægrè ſeſe
Olpas eripuerant. Multi cæſi ſunt, cum inordinati ſoluti
ordinibus irruerent; præter Mantineos, qui maximè ex
exercitu integris ordinibus ſe receperunt. ita pugna ſu
ctem finita eſt. Poſtero die Menedæus, qui Eurylocho
cario; in acie cæſis imperium ceperat, incertus conſilij;
do tanta clade victi forent, utrum ſubſiſtens, terra mari
Athenienſium incluſus claſſe, obſidionem ferret, an in ti
inde diſcederet: cùm Demoſthene tamen & præfectis
nanum de induciis, deque diſceſſu, & de cæſorum corpo
tollendis, agit. Illi his redditis trophæum ſtatuerunt, &
rum (trecenti ferè erant) corpora ſuſtulerunt. De diſceſ
hil palam cum univerſis pacti ſunt: clàm autem Demo
nes & Arcanum præfecti, cum Mantineis & Menedæo,
qui præfectis Peloponneſiorum, & ſi quorum præter
gnita eminebat, ut confeſtim diſcedant paciſcuntur. V
bat enim, tum Ambraciotas peregrinumque mercede
ductum militem nudare auxilijs tùm verò maximè Lac
monijs, Peloponneſijsq; infamiam apud eius regionis
eos creare, ut qui, ſui commodi potiore habita ratione,
deſeruiſſent ac prodidiſſent. Illi igitur cæſos ſuſtulerunt,
usque, uti poterant, ſepelierunt: ſimul diſceſſum furtim
bus is conceſſus erat, moliebantur. Demoſthenii inter
Acarnanibus nunciatur, Ambraciotas ab urbe unive
primo ab Olpis nuntio excitos, ignarosque omnium qu
ciderant, per Amphilochos auxilio venire; ut ſuis, qui
eſſent, coniungerentur. Extemplò igitur partem mili
qui vias inſidijs locaque altiora præoccuparent, mittit.
cum reliquo exercitu obviam ire parat. Inter hæc Man
& qui diſceſſum pacti erant, ſpecie colligendi olera & ſan
ta egreſſi, paulatim ſinguli abierunt; ſimul ea colligi
quorum cauſſa ſe exire ſimulaverant. atque ubi iam lo
ab Olpa digreſſi erant, citato curſu ſe proripuerunt. An
ciotæ alijque, qui & ipſi frequentes fuerant egreſſi, ut ho
eunteis viderunt, ipſi quoque curſu eos inſequuntur. I
Acarnanes, ignari primò eos fide data abire, Peloponn
inſequi cœperunt: & in præfectos, inhibentes & fidem
datam afferentes, telum quidam, proditos ſeſe ratus, con
Poſtea tamen omiſſis Mantineis & Peloponneſijs, ad
braciotarum verſi ſunt cædem; magna cum contentio
ignorantia, quis Ambraciota vel Peloponneſius eſſet ce
runt tamen circiter ducenti: reliquos qui in Agraidem

ti

Peloponneſij, cæſis ſocijs ac duce.

Altera Ambraciotarum clades.

m effugerant; rex Agræorũ Salynthius benignè ſuſcepit.
rim Ambraciotæ ab urbe ſua pervenerant Idomenen. id
excelſi tumuli ſunt: quorum altiorem, qui è caſtris præ-
à Demoſthene fuerant, nocte priores, ignaris hoſtibus,
ıpaverant; cùm fortè minorẽ priùs Ambraciotæ cõſcen-
nt; & ibidẽ noctẽ egiſſet Demoſthenes, curatis corpori-
ſub veſperũ protinùs cũ reliquo exercitu iter ingreditur.
dimidiũ copiarũ recta via in hoſtẽ duxit. cæteri per Am-
ochios montes tendebãt. Igitur primo diluculo Ambra-
as ſomno adhuc ſtratos invadũt: qui & omniũ quę acci-
ignari erant, magis ſuos adventare putabant. Siquidem
ori cõſilio Demoſthenes in primo agmine Meſſenios cõ-
erat, iuſſeratq; Dorica eos alloqui lingua, & primis cuſto-
is fidem eius rei facere; maximè cùm in tenebris conſpici
oſcique nequirent. Impetu itaque in caſtra facto, fundunt
intque eos: & magna parte cæſis, cæteri quoq; qui in mõ-
uga elapſi erãt, inſeſſis antea vijs & Amphilochis ſuæ re-
iis peritis, ab milite levi ipſi graves armis, imperitique &
ri quà ſe verterẽt, cùm in loca impedita & confragoſa di-
tasque iam priùs inſidias incidiſſent, cædebãtur. Ita cùm
um non tentarent fugæ genus, quidam mare etiam pro-
uum ingreſſi ſunt: & conſpectis, quæ adveniebãt, Atticis
ibus, in ipſo cladis ſuæ articulo, annabant; potiùs rati in
enti metu, ab ijs qui in navibus eſſent ſe perimi, quàm à
aris & infenſiſſimis ſibi Amphilochis. Tanta ſtrage ſuſi
braciotæ, pauci è magna multitudine incolumes in ur-
ı evaſerunt Acarnanes ſpoliatis cæſis, & trophæo poſito,
os reverterũt. Ad eos inſequente die caduceator, ab Am-
iotis qui in Agræos ab Olpa confugerant, venit; cæſorũ
endorum copiam ſibi fieri petens, qui poſt primum præli-
occiſi erant, quando ſine pacto cum Mantineis & cæteris
us fides data fuerat exierũt. Is caduceator, ubi arma vidit
ani Ambraciotarum exercitus: ignarus etiamnum cladis
præ, ſuorumq; eſſe ratus, multitudinem mirabatur. Igi-
quidam, ratus caduceatorem ab ijs miſſum qui in Idome-
æſi erant, ecquid miraretur & quot cæſos putaret, exqui-
ncentos maximè, is reſpondet. Tum alter: at non arma,
is, talem numerum, ſed plus mille, oſtendunt. Non ergo
m ſunt, qui nobiſcum pugnæ interfuerunt: ait ille. Ma-
è ſunt, reſpondet alter: ſiquidẽ vos heri in Idomene præ-
a commiſiſtis. Nos verò, inquit ille, nõ pugnavimus heri,
udius tertius in diſceſſu. Heri hercle, ait alter, cum his nos
navimus auxilio ab urbe Ambraciotarum venientibus.

Tertia Ambraciotarũ clades.

Hoc

Hoc ubi audivit caduceator, & intellexit urbani ſtragē exer-
citus: ingemiſcens, perculſusq; præſentium magnitudine ma-
lorum, diſceſſit re infecta; nec ampliùs cæſos repetijt. Non
enim per totum hoc bellum maiorem cladem, una Græcarū
civitatum, in tam paucis diebus, paſſa eſt. Numerum cæſorū,
quia maior quàm pro magnitudine urbis incredibilisque à
quibuſdam proditur, in certo relinquere viſum eſt. Illud ſatis
conſtat, Ambraciam Acarnanes Amphilochosque primo
impetu expugnare potuiſſe, ni veriti, ne graviores accolas ſi
ab Athenienſibus occuparetur haberēt, obtēperare Athenien-
ſibus & Demoſtheni noluiſſent. Poſthæc geſta ſpoliorū par-
tem tertiam Athenienſibus dederunt: cætera inter ſe divi-
ſerunt. Athenienſibus data ſpolia, inter navigandum intercep-
ta ſunt. quæ verò iam in Atticis templis ſuſpenſa (trecentæ
ſunt integræ armaturæ) cernuntur, Demoſtheni ſeorſim tri-
buta fuerant; quæ ipſe navibus impoſita avexit: reddiditque
ſibi hoc facinore tutiorem iam, poſt cladem in Ætolia acce-
ptam, reditum Athenas. diſceſſerunt etiam viginti Athenien-

Pax facta inter Acarnanes & Ambraciotas.

ſium naves Naupactum. Poſt diſceſſum Athenienſium &
Demoſthenis, Acarnanes & Amphilochi Ambraciotis Pelo-
ponneſijsq;, qui ad Salynthium Agræosque perfugerāt, redi-
tum ab Oeniadis pacti ſunt: qui & ipſi ad Salynthium & A-
græos migraverant. fœdusque deinceps & ſocietatem in
centum annos Acarnanes & Amphilochi cum Ambraciotis
fecerūt, his conditionibus: ut neque Ambraciotæ Acarnanes
auxilio contra Pelo; ōneſios iuvarēt, neque Acarnanes Am-
braciotas contra Athenienſes cæterùm ſibi mutuò auxilium
præſtarent: & redderent Ambraciotæ oppida & agros, quos
Amphilochis ademiſſent: neque ſubſidium Anactorijs, hoſti-
bus Acarnanum mitterent. His conditionibus bellum termi-
natum. Nec ita multò pòſt, Corinthij præſidium Ambraciam
trecentorum armatorū miſerunt, duce Xenoclide Euthyclis,
qui per continentem cò difficili itinere venerūt. Hæc ad Am-
braciam geſta.

Res in Sicilia.

Eadem hyeme, qui erant in Sicilia Athenienſes, ad Hime-
ræam excenſionem fecerūt. cum Sicilienſibus qui è mediter-
raneis locis fines Himerææ incurſaverant. Inde cùm ad Æoli
inſulas navigaſſent, iterumque ſe Rhegium recepiſſent: of-
fendunt ibi Pythodorum Iſolochi ducem Athenienſium, ſuc-
ceſſorem Lacheti claſſis præfecto miſſum. Syracuſani enim
terra ſuperiores, cùm mari ab paucis navibus illis pellerētur,
parabant ſe, navesque ad reſiſtendum contrahebāt. Qua de

Athenienſes

cauſſa etiam Athenienſes, rogatu ſociorū, quadraginta quas-

in

in Siciliam mitterent naves compleverunt: partim quod eò celeriùs bellum illic confectum iri sperabant, partim ut rei navalis studium non interquiescere paterentur. Vno igitur ex præfectis Pythodoro cum paucis navibus dimisso, Sophoclem Sostratidæ & Eurymedontem Thuclis cum maiore parte navium paulò pòst mittere statuerunt. Pythodorus accepto ab Lachete navali imperio, cùm extrema hyeme ad Locrorum castellũ, quod priùs Laches ceperat, navigasset: acie ab ijs fusus, discessit. Veris eius initio ignis magna vis, uti priùs quoque, ex Ætna maximo totius Siciliæ monte erupit, magna cum clade Catanẽsium regionis, qui sub Ætna incolunt. * Fama tenet, quinquagesimo id anno factum esse à priore: omninò autem ter accidisse, ex quo tempore ab Græcis Sicilia tenetur Hæc eo anno gesta sunt: & finitus sextus annus belli huius quod Thucides scripsit.

novam classem in Siciliam decernunt.

Ætna ignes evomit.

LIBER QVARTVS THVCYDIDIS.

Epitome.

Messana in Sicilia ab Athenienſibus deſcivit. Athenienſes Pylum in Peloponneſo communierunt, & præſidio firmárunt. quod cùm terra marique Peloponneſij oppugnarent, Athenienſium claſſis ſuis opem ferens, prælio navali Peloponneſios vicit. Eo facto cùm quadringentos & viginti delectos Peloponneſios in inſula Sphacteria, cuius tuendæ cauſſa ibi locati fuerant, ab ſuis interclusos circumſiderent Athenienſes: Lacedæmonios pacem petere coegerunt. Qua negata, poſt longam obſidionem tandem egreſſi in inſulam Athenienſes, Peloponneſios partim occiderunt, partim vivos ceperunt. Poſt hæc Athenienſes Corinthios terreſtri prælio in ipſorum regione fuderunt, Cytheram inſulam Lacedæmonijs eripuerunt, Niſæam & longos muros Megarenſium occupárunt. Corcyræorum ſeditio finem acceſſit. Sicilienſes fatigati diutino bello, pacem inter ſe fœdus q́ fecerunt. Braſidas Lacedæmonius dux, parva cum manu per Theſſaliam in ſocios Athenienſium profectus, plurimos ab eorum ſocietate avertit, Amphipolin, Stagirum, Acanthum, Toronen, alaq́ multa oppida, deditione accepit. Boeoti Athenienſes, qui regionem ipſorum ingreſſi Delium communierãt, prælio in Oropia devicerunt, Delium vi expugnatum receperũt. Tandem induciis Lacedæmonij Athenienſes q́ annuas fecêre: per quas, cùm Scione & Menda urbes ad Braſidam ab Athenienſibus deſciſſent, Athenienſes exercitu miſſo, Mendam receperũt, Scionem obſidione cinxerunt.

Hoc ubi audivit caduceator, & intellexit urbani ſtr:
citus: ingemiſcens, perculſuſq; præſentium magnitu
lorum, diſceſſit re infecta; nec ampliùs cæſos repe
enim per totum hoc bellum maiorem cladem, una
civitatum, in tam paucis diebus, paſſa eſt. Numerum
quia maior quàm pro magnitudine urbis incredib
quibuſdam proditur, in certo relinquere viſum eſt. I
conſtat, Ambraciam Acarnanes Amphilochosqu
impetu expugnare potuiſſe, ni veriti, ne graviores a
ab Athenienſibus occuparetur haberēt, obtēperare
ſibus & Demoſtheni noluiſſent. Poſthæc geſta ſpol
tem tertiam Athenienſibus dederunt: cætera inte
ſerunt. Athenienſibus data ſpolia, inter navigandum
pta ſunt. quæ verò iam in Atticis templis ſuſpenſa (
ſunt integræ armaturæ) cernuntur, Demoſtheni ſec
buta fuerant; quæ ipſe navibus impoſita avexit: red
ſibi hoc facinore tutiorem iam, poſt cladem in Æto
ptam, reditum Athenas. diſceſſerunt etiam viginti

Pax facta inter Acarnanes & Ambraciotas.

enſium naves Naupactum. Poſt diſceſſum Athenie
Demoſthenis, Acarnanes & Amphilochi Ambracio
ponneſijsq;, qui ad Salynthium Agræosque perfuge
tum ab Oeniadis pacti ſunt: qui & ipſi ad Salynthiu
græos migraverant. fœdusque deinceps & ſocie
centum annos Acarnanes & Amphilochi cum Amb
fecerūt, his conditionibus: ut neque Ambraciotæ Ac
auxilio contra Pelo; ōneſios iuvarēt, neque Acarnan
braciotas contra Athenienſes cæterùm ſibi mutuò a
præſtarent: & redderent Ambraciotæ oppida & agr
Amphilochis ademiſſent: neque ſubſidium Anactori
bus Acarnanum mitterent. His conditionibus bellun
natum. Nec ita multò pòſt, Corinthij præſidium Amb
trecentorum armatorū miſerunt, duce Xenoclide Eu
qui per continentem cò difficili itinere venerūt. Hæc
braciam geſta.

Res in Sicilia.

Eadem hyeme, qui erant in Sicilia Athenienſes, a
ræam excenſionem fecerūt. cum Sicilienſibus qui è n
raneis locis fines Himerææ incurſaverant. Inde cùm a
inſulas navigaſſent, iterumque ſe Rhegium recepiſſ
fendunt ibi Pythodorum Iſolochi ducem Atheniēſiu
ceſſorem Lacheti claſſis præfecto miſſum. Syracuſa
terra ſuperiores, cùm mari ab paucis navibus illis pel
parabant ſe, navesque ad reſiſtendum contrahebāt.

Athenienſes

cauſſa etiam Athenienſes, rogatu ſociorū, quadragi

in Siciliam mitterent naves compleverunt: partim quod eò celeriùs bellum illic confectum iri sperabant, partim ut rei navalis studium non interquiescere paterentur. Vno igitur ex præfectis Pythodoro cum paucis navibus dimisso, Sophoclem Sostratidæ & Eurymedontem Thuclis cum maiore parte navium paulò post mittere statuerunt. Pythodorus acceptò ab Lachete navali imperio; cùm extrema hyeme ad Locrorum castellũ, quod prius Laches ceperat, navigasset: acie ab ijs fusus, discessit. Veris eius initio ignis magna vis, uti priùs quoque, ex Ætna maximo totius Siciliæ mõnte erupit, magna cum clade Catanẽsium regionis, qui sub Ætna incolunt. * Fama tenet, quinquagesimo id anno factum esse à priore: omninò autem ter accidisse, ex quo tempore ab Græcis Sicilia tenetur Hæc eo anno gesta sunt: & finitus sextus annus belli huius quod Thucides scripsit.

novam classem in Siciliam decernunt.

Ætna ignem evomit.

LIBER QVARTVS THVCYDIDIS.

Epitome.

Messana in Sicilia ab Athenienſibus deſcivit. Athenienſes Pylum in Peloponneſo communierunt, & præſidio firmárunt. quod cùm terra mariq; Peloponnesij oppugnarent, Athenienſium claſſis ſuis opem ferens, prælio navali Peloponneſios vicit. Eo facto cùm quadringentos & viginti delectos Peloponneſios in inſula Sphacteria, cuius tuendæ cauſſa ibi locati fuerant, ab ſuis interclusos circumſiderent Athenienſes: Lacedæmonios pacem petere coegerunt. Qua negata, poſt longam obſidionem tandem egreſſi in inſulam Athenienſes, Peloponneſios partim occiderunt, partim vivos ceperunt. Poſt hæc Athenienſes Corinthios terreſtri prælio in ipſorum regione fuderunt, Cytheram inſulam Lacedæmonijs eripuerunt, Niſæam & longos muros Megarenſium occupárunt. Corcyræorum ſeditioſi finem acceperũt. Sicilienſes fatigati diutino bello, pacem inter ſe fœdusq; fecerunt. Braſidas Lacedæmonius dux, parva cum manu per Theſſaliam in ſocios Athenienſium profectus, plerosmos ab eorum ſocietate avertit, Amphipolin, Stagirum, Acanthum, Toronen, alia multa oppida, deditione accepit. Boioi Athenienſes, qui regionem ipſorum ingreſſi Delium communierãt, prælio in Oropiade vicerunt, Delium vi expugnatum receperũt. Tandem inducias Lacedæmonij Athenienſesq; annuas fecere. Argivas, cùm Scione & Menda urbes ad Braſidam ab Athenienſibus defeciſſent, Athenienſes exercitu miſſo, Mendam receperũt, Scionem obſidione cinxerunt.

INSEQVENTE ÆSTATE, CVM
ſpicas in agris * frumenta cõciperẽt, Meſſa
s Siciliæ. ciliæ urbs ab Atheniẽſium ſocietate defec
Syracuſanis decẽ navibus, & totidẽ Locrẽſ
quas ipſimet oppidani acciverãt, occupata
rũt id maximè Syracuſani, quòd metuebãt ne aliquãdo
niẽſes urbẽ eam, peropportunè invadẽdæ Siciliæ ſitã,
pãtes, maiore inde apparatu ſeſe oppugnarẽt. Loerẽſes o
Rheginorum, quos * utrinq; bello urgeri volebant, n
itaq; etiã incurſionẽ in agrum ipſorum univerſi fecerunt
tim ne auxilio eſſe Meſſanenſibus poſſent, partim rogan
id Rheginorũ, quos ſecũ habebãt, exulibus. Rhegiũ aũ
turnis cõflictatũ ſeditionibus, nullo modo tũ reſiſtere L
ſib. poterat. eò infeſtiùs illi agere. Vaſtatis verò agris, L
ſes terreſtres copias abduxerunt: naves Maſſanæ in præ
cùm alijs quæ bellũ ex illa ſtatione erãt geſturæ, reliquæ

sinta Pe- Sub idem veris tempus, nõdum matura meſſe, Pelopo
õneſiorũ ſij eorũq; ſocij Atticã, duce Agide Archidami filio rege L
Atticam dęmoniorũ, ſunt ingreſſi, politisq; caſtris, agros populab
edatio. Atheniẽſes verò quadraginta, quas antea paraverãt, nav
Siciliam miſerunt, cum reliquis duc bus, Eurymedonte &
phocle. tertius enim Pythodorus, iam antè in Siciliam
His mandatum, ut in præternavigãdo Corcyræorum q
civitatis curam agerent. nam eos exules, montẽ tenentes
trocinijs infeſtabãt: ijsq; auxilium Pelopõneſij ſex agint
vium miſerant; quòd cùm ingẽti urbs fame premeretur,
vo labore negotiũ ſe confecturos ſperabãt. Demoſthe
iam, qui poſt reditũ ex Acarnania privatus degebat, poſt
ti permiſerũt Athenienſes, ut, ſi vel & circa Peloponneſu
navibus rem gereret. Laconicæ * orã prætervecti cùm P
põneſiorum naves iam Corcyram perveniſſe audiſſent: E
medon & Sophocles, ſine mora illuc vela dãda cenſebãt
moſthenes verò Pylũ eos priùs accedere volebat, ut ibi
fectis quæ animo agitabat, tum demũ in Corcyrã navig
Forte quadã, cùm id illi facere recuſarent, tẽpeſtas ob
Pylũ detulit naves. Igitur extẽplo Demoſthenes commu
locũ iubet. huius. n. cauſſã ſe una profectũ, adhæc ſaxorũ ſi
ſtriſq; materiæ affatim ad manũ eſſe oſtẽdebat, & locum
natura firmũ, tum ipſum magnamq; regionis circa * par
deſertã. Pylus in ea regione, quæ Meſſenia antiquitus
quadringẽtis ab Sparta ſtadijs ſita eſt. Lacedæmonij Corv
ſiũ appellãt. adverſus id dicere illi, * plurã præter hoc ef

Pele

Peloponneſo deſerta promontoria, ſi ijs occupādis ſumptus Remp. facere velit. Sed ipſi is locus præ aliis maximè opportunus videbatur, quòd & portū haberet, * & Meſſenij, qui iā antiquitùs eò pertinebant, lingua etiam cum Lacedæmonijs eadē utebantur, maxima inde damna inferre poſſent; * firmiſſimi futuri eius loci cuſtodes. Verùm cum id neq; ducib. neq; militib perſuadetet; poſtremò * ordinū quoq; præfectos ſuū conſilium edocuiſſet; & nihilo minùs ibi tempeſtate retinerētur: tandem ipſos milites, cùm aliud quod agerent non haberent, cupido cepit munitionib occupandi locū. Igitur aggreſſi opus, quia ferrea inſtrumenta, quib. lapides excīderent, non habebant, delectos comportabant lapides, & ut quiſq; aptus videbatur cōſtruebant; cæmentum, ſicubi erat opus, vaſorū inopia in tergis incurvi; qua maximè ratione maneret, portabant; manib. etiam, ne decideret, retrò plicatis. ita omni ſtudio prævenire Lacedæmonios maturabant, ut quā parte maximè oppugnanti facilis locus eſſet, ante ipſorū adventū communirent. maior enim pars naturā munita, nihil muro opus habebat. Lacedæmonij feſtū quoddam agitabant: atq; etiam, ut id eis nuntiatū eſt, parvi fecerunt; quòd ſi exirent, aut hoſtes non expectaturi eſſent, aut ipſi facilè eos vi expugnaturi. nōnihil etiā qui Athenis erat exercitus, eos morabatur. Atheniēſes cùm eā partē quæ in continentē vergit, aliaq; ubi opus erat, ſex ferè dierū ſpatio cōmuniſſent: Demoſthenē ibi cū quinq; navib. in cuſtodia relinquunt reliquis in Siciliā & Corcyrā navigātūt. Qui verò in Attica erāt Peloponneſij, ubi Pylū occupatā cōgnoverūt, domū properè cōtēderūt: quia id negotiū maximè ſe attingere Lacedæmonij rexq; Agis putabāt. Ad hæc ante tēporis maturitatem irruptione facta, adhuc viridi exiſtēte frumēto, alimēta plerosq; deficiebāt. tēpeſtas etiā maior, quàm pro anni tēpore, exercitū affligebat. Ita multis de cauſſis coacti sūt reverti: factaq; eſt hæc irruptio omniū breviſſima. nā quindecim ſolùm dies in Attica permanſerunt.

Peloponēſij domum ex Attica reverſuntur.

Simonides ea tempeſtate Athenienſis dux, paucis quibusdam Athenienſibus ex præſidijs, & ſociorum eius regionis contracta manu, Eionem urbem (iuxta Thraciam eſt, Mendæorum colonia) ſibi infeſtam, proditione occupavit. Extēplò autem concurſu Chalcidenſiū facto & Bottiæorum, multis amiſſis militibus, inde ejectus eſt.

Simonides Eionem fruſtra capit.

Poſtea quam redierunt ex Attica Peloponeſij, ipſi cōfeſtim Spartani, proximæq; gētes, ad Pylū exercitū admoverūt. reliqui Lacedæmonij; quia modò ab altera expeditione reverſi erant, tegniùs movebantur. Nuntios autem circa Peloponeſi

Lacedæmonij Pylū oppugnant.

es Siciliæ.

INSEQVENTE ÆSTATE, CVM
ſpicas in agris * frumenta cõciperẽt, Meſſa
ciliæ urbs ab Atheniẽſium ſocietate defec
Syracuſanis decẽ navibus, & totidẽ Locrẽſ
quas ipſimet oppidani acciverãt, occupata. I
rũt id maximè Syracuſani, quòd metuebãt ne aliquãdo
niẽſes urbẽ eam, peropportunè invadẽdæ Siciliæ ſitã, c
pãtes, maiore inde apparatu ſeſe oppugnarẽt. Locrẽſes o
Rheginorum, quos * utrinq; bello urgeri volebant, m
itaq; etiã incurſionẽ in agrum ipſorum univerſi fecerunt;
tim ne auxilio eſſe Meſſanenſibus poſſent, partim rogan
id Rheginorũ, quos ſecũ habebãt, exulibus. Rhegiũ aũ
turnis cõflictatũ ſeditionibus, nullo modo tũ reſiſtere L
ſib. poterat. eò infeſtiùs illi agere. Vaſtatis verò agris, Lo
ſes terreſtres copias abduxerunt: naves Maſſãnæ in præ
cùm alijs quæ bellũ ex illa ſtatione erãt geſturæ, reliquer

nsinta Pe-
põneſiorũ
Atticam
peditio.

Sub idem veris tempus, nõdum matura meſſe, Pelopo
ſij eorũq; ſocij Atticã, duce Agide Archidami filio rege L
dęmoniorũ, ſunt ingreſſi, poſitisq; caſtris, agros populab
Atheniẽſes verò quadraginta, quas antea paraverãt, nav
Siciliam miſerunt, cum reliquis duc bus, Eurymedonte &
phocle. tertius enim Pythodorus, iam antè in Siciliam
His mandatum, ut in præternavigãdo Corcyræorum q
civitatis curam agerent. nam eos exules, montẽ tenentes
trocinijs infeſtabãt: ijsq; auxilium Pelopõneſij ſexaginta
vium miſerant; quòd cùm ingẽti urbs fame premeretur,
volabore negotiũ ſe confecturos ſperabãt Demoſthen
iam, qui poſt reditũ ex Acarnania privatus degebat, poſt
ti permiſerũt Athenienſes, ut, ſi vel & circa Peloponneſu
navibus rem gereret. Laconicæ * orã prætervecti cùm P
põneſiorum naves iam Corcyram perveniſſe audiſſent: E
medon & Sophocles, ſine mora illuc vela dãda cenſebãt.
moſthenes verò Pylũ eos priùs accedere volebat, ut ibi
fectis quæ animo agitabat, tum demũ in Corcyrã navig
Forte quadã, cùm id illi facere recuſarent, tẽpeſtas ob
Pylũ detulit naves. Igitur extẽplo Demoſthenes commu
locũ iubet. huius. n. cauſſa ſe una profectũ, adhæc ſaxorũ ſi
ſtriſq; materiæ affatim ad manũ eſſe oſtẽdebat, & locum
natura firmũ, tum ipſum magnamq; regionis circa * par
deſertã. Pylus in ea regione, quæ Meſſenia antiquitùs
quadringẽtis ab Sparta ſtadijs ſita eſt. Lacedæmonij Corv
ſiũ appellãt. adverſus id dicere illi, * plurã præter hoc eſ

Pelo

neſo deſerta promontoria, ſi ijs occupādis ſumptus
acere velit. Sed ipſi is locus præ aliis maximè oppor-
ebatur, quòd & portū haberet, * & Meſſenij qui iā
is cò pertinebant, lingua etiam cum Lacedæmonijs
antur, maxima inde damna inferre poſſent; * fir-
uturi eius loci cuſtodes. Verùm cum id neq; ducib.
tib perſuaderet; poſtremò * ordinū quoq; præfectos
ilium edocuiſſet; & nihilo minùs ibi tempeſtate re-
tandem ipſos milites, cùm aliud quod agerent non
, cupido cepit munitionib. occupandi locū. Igitur ag-
is, quia ferrea inſtrumenta, quib. lapides excíderent,
ebant, delectos comportabant lapides, & ut quiſq;
lebatur cōſtruebant; cæmentum, ſicubi erat opus, va-
ia in tergis incurvi, qua maximè ratione maneret,
it; manib. etiam, ne decideret, retrò plicatis. ita omni
æ venire Lacedæmonios maturabant, ut quā parte
oppugnanti facilis locus eſſet, ante ipſorū adventū
irent. maior enim pars natura munita, nihil muro
ebat. Lacedæmonij feſtū quoddam agitabant: atq;
id eis nuntiatū eſt, parvi fecerunt; quòd ſi exirent,
s non expectaturi eſſent, aut ipſi facilè eos vi expu-
nōnihil etiā qui Athenis erat exercitus, eos moraba-
eniēſes cùm cā partē quæ in continentē vergit, aliaq;
erat, ſex ferè dierū ſpatio cōmuniſſent. Demoſthenē
inq; navib. in cuſtodia relinquunt reliquis in Siciliā &
navigārūt. Qui verò in Attica erāt Peloponneſij, ubi *Peloponēſij domum ex Attica reverſuntur.*
upatā cōgnoverūt, domū properè cōtēderūt: quia id
maximè ſe attingere Lacedæmonij rexq; Agis puta-
æcante tēporis maturitatem irruptione facta, adhuc
iſtēte frumēto, alimēta plerosq; deficiebāt. tēpeſtas
or, quàm pro anni tēpore, exercitū affligebat. Ita mul-
uſſis coacti sūt reverti: factaq; eſt hæc irruptio omniū
na. nā quindecim ſolùm dies in Attica permanſerunt.
nides ea tempeſtate Athenienſis dux, paucis quibus- *Simonides Eionem fru-ſtra capit.*
henienſibus ex præſidijs, & ſociorum eius regionis
ta manu Eionem urbem (iuxta Thraciam eſt, Men-
i colonia) ſibi infeſtam, proditione occupavit. Extē-
m concurſu Chalcidenſiū facto & Bottiæorum, mul-
ſis militibus, inde ejectus eſt.
aquam redierunt ex Attica Peloponeſij, ipſi cōfeſtim *Lacedæmonij Pylum oppugnant.*
i, proximæq; gētes, ad Pylū exercitū admoverūt, re-
cedæmonij; quia modò ab altera expeditione reverſi
gniùs movebantur. Nuntios autem circa Peloponeſi

urbes miſerunt, ut quam maturrimè ad Pylum auxilia
rent. Naves etiam ſuas ex Corcyra acciverũt. quæ per I
dias tranſportatæ fauces, fruſtratis quæ Zacynthi erãt
nienſium navibus, Pylum pervenerunt: cùm iam pe
quoque adeſſet exercitus. Demoſthenes, appropinquã
loponneſiorum claſſe, duas priùs naves, ad Eurumedõ
Athenienſes qui in claſſe ad Zacynthum erant, mittit:
periculum ſuum docerent, & quantum accelerari poſ
xilium ferre iuberent. naves, uti ab Demoſthene impe
erat, nihil ſibi ad celeritatem reliqui fecerunt. Lacedær
quòd ſe facilè expugnaturos fidebãt munitionẽ cũ feſt
ne extructã, & exiguo firmatam præſidio: terra eam m
oppugnare parant. Quia verò Atticam quoque ab Zac
claſſem ſuis opem laturam credebant, conſilium ceperi
minùs ante adventum ipſorum expugnarent. ut int
portus obſtruerent, ne in eum recipi poſſent Athenienſ
ſula enim (Sphacteriam vocant) obiecta imminẽsq; p
eum * tutum reddit, & aditus duos anguſtos efficit; al
iuxta munitionem Athenienſium Pylumq;, ut binæ r
naves egredi poſſint; alterum, quà reliquam cõtinente
ctat, * octonas novenaſve ſimul recipientẽ naves. ipſa
la, quia ab nemine colebatur, ſilveſtris tota erat, invia q
pera: magnitudo ſtadiorũ quindecim. Aditus igitur ill
vib. dẽſatis & proris in exteriorẽ partẽ verſis, * occlude
tuerũt. in inſulam verò, veriti ne inde ſeſe hoſtes oppug
armatos traiecerũt; alios in cõtinẽte diſpoſuerũt: ut ſic
nienſes & inſulam infeſtam haberent, & in continentẽ e
ſionẽ facere non poſſent. nam & reliqua ipſius Pyli, exti
tus illos, littora importuoſa erant. Ita cùm nullam ſtati
tutam hoſtes, unde ſuis uſui eſſent, haberẽt, ſine omni p
lo & * prælio navali locũ ſe expugnaturos ſperabant: q
am, ut veriſimile erat, alimẽta illi non haberent, & locu
tò occupatus exiguo inſtructus apparatu eſſet. Hoc con
poſtquã placuit, ſorte delectos ex omnibus cohortibu
tes invicem in inſulam traiecerunt. Vltimi, qui ibi depri
ſunt, viginti & quadringenti fuerunt, præter Helotas, qu
cum habebant: præfectus ipſorum Epitadas Molobri. E
ſthenes ubi ſe ab Lacedæmonijs terra mariq; oppugn
vidit, ipſe quoq; contrà inſtruit; triremes quas reliquas
bat, ſub ipſo caſtello, anchoris iactis, rectas conſtituit; a
ſcutis levibus & invalidis (faligna erãt pleraq;) armat; nõ
in loco deſerto arma cõparare poterant: atq; hæc ipſa e
datoria nave & celoce Meſſeniorum acceperant, quori
dri

Lacedæmonij Sphacteriæ præſidium imponunt.

draginta aderant milites; quibus unà cum alijs Demosthenes est usus. Maiorem militũ partem, inermium pariter & armatorũ, quà maxime continentem versus muro munitũ firmatumq; castellũ erat, disposuit, ut illic terrestriũ copiarũ sustinerent impetũ. Ipse verò cũ sexaginta delectis armatis & paucis sagittarijs, extra munimenta ad mare, quà præcipue hostes egressuros cõijciebat, processit. Erãt loca in mare versa aspera quidẽ & prerupta: cæterùm quia infirmissimus erat murus; (neq; enim validum fecerant, nunquã classe superiorẽ hostẽ fore sperãtes) metuebat, ne id hostes ad audendũ aliquid moveret: quoniam si vi illic in terrã evasissent, facilè deinde castellũ expugnari posset. Progressus igitur ad mare, armatisq; ut pro virib. arceret hostẽ, dispositis, tali oratione eos est adhortatus. * Nemo vestrũm, cõmilitones, qui mecũ periculũ hocce delegistis, in præsenti discrimine tot circumstantes expendens difficultates, prudentiæ sibi aliquam opinionem arrogare velit. quin potiùs spretis ijs & neglectis, cũ bona spe in hostẽ vadite, vosq; omnes incolumes conservate. Istiusmodi enim, quale hoc præsens est, discrimina, * nõ illa cõsultationem longiorem ferunt: sed sine mora, & quàm fieri potest celerrimè, capessi volũt. * Enimverò plurima nobis peropportuna cerno, si persistere in incœpto velimus, neq; hostiũ multitudine perculsi, tot præclaras nostras cõmoditates deseramus. * Quod enim locus hic accessum difficilẽ habet, id pro nobis facere iudico. siquidẽ si nos impetũ hostilẽ sustinere velimus, nobis est auxilio futurus: * sin cedamus, facilè, licet aliàs arduũ fuisset, nemine prohibente, ab hoste superabitur: ipsũque hostẽ graviorẽ deinde sumus habituri, in ea loca redactum, unde receptus ipsi, etsi à nobis urgeatur, facilis nõ sit. * Equidẽ dum in navib. sunt, facilè repelli possunt. sed si descẽderint, iam loco æquo * pares nobis erũt. * Nec est adeò metuenda ipsorũ multitudo: cùm æquum sit omninò futurũ certamen. parva. n. sui parte pugnabunt: quia licet multi sint, difficulter tamẽ naves appellent. * Neq; in terra stabit hostilis acies, ut præter loci æquitatẽ numero etiam vincat: sed in navib. erit, ubi * multæ cõmoditates sint opportet, si feliciter pugnare velis. * Quocirca tot istorũ difficultates paucitati nostrę oppones, oro vos atq; obsecro, qui & Athenienses estis, & ob rei nauticę peritiã descẽsionũ gnari, (quòd si quis fortiter resistat, neq; fluctuũ terriculis aut impetu naviũ incurrẽtiũ moveatur: is nõ facilè pellatur) ut persistatis, & ex scopulo hoc propulsãdo hostes, castellũq; tueamini & vos ipsos. Ab hac adhortatione Demosthenis, Athenienses pleni animorũ

Demosthenis ad milites Pylios Oratio.

deſcenderũt,& iuxta ipſum conſtituerunt mare.Lacedæ
verò terrã caſtello exercitũ admoverũt,&mari quoq;na
(quadraginta erãt & tres)præfecto claſſis Thraſÿmelida
teſiclis Spartano,acceſſerunt; ab ea parte, qua Demoſt
cẽſuerat futurũ. Atq; Athenienſes quidẽ terra mariq; re
bãt.Ab altera parte,quia nõ poterãt multę ſimul appelle
ves,paucę delectæ, reliquis quieſcẽtibus,ad terrã per vic
rebãtur;magno animorũ ardore & adhortationib us, ſ
Braſidæ virtus. modo profligatis hoſtib.caſtellũ occupare poſſent Lõgi
cęteros oẽs Braſidas eminebat:qui cùm&trierarchus eſ
videret reliquos trierarchos gubernatoresq; loci difficu
te,ſicubi etiã videreturteneri poſſe littus, abſterreri ate
de navibus,ne elliderentur,ſolicitos eſſe:magna voce cl
bat,turpe eſſe,lignis parcẽdo,hoſtẽ pati in ſua regione t
caſtellũ.Itaq; ſuas naves,etſi frangerentur,vi iuſſit appe
& ſocios oravit, ne dubitarent Lacedæmonijs, ob mag
ſe merita, naves in præſenti caſu donare; ut ijs appulſis,
cũq; modo in terrã evaderẽt,hominibus caſtelloq; potii
Ad hæc agẽda cùm alios inc tabat, tũ ſuo gubernatore
in littus adigere navẽ, ad põtẽ navis pergit.in terrã deſc
conatus, * telis excipitur Atheniẽſiũ,multisq; acceptis vu
ribus,in navem animo deficiẽte relabitur. * clypeus eiu
in mare deciderat.ad terrã delatus eſt.eum ſublatũ Athe
ſes poſtea ad trophæum uſurpârũt, quod de hac oppugn
nepoſuerũt. * Cęteris animus quidẽ ſuppetebat,nõ tami
modo deſcẽdere poterant. nam & loca difficilia prærupt
erant,& Athenienſes in ſtatione immoti perſeverabãt,n
ulla parte loco cedebãt. * Adeò mutaverat fortuna,ut A
niẽſes è terra,eaq;Laconica,reſiſterẽt ipſis adnavigãtibu
cedęmonij verò navib.ad terrã ſuam, hoſtilem tum,adv
Athenienſes, conarentur appellere. Ea.n.de utriſq; idtẽ
opinio erat, * quòd hi in terra pedeſtribusq; pugnis vali
mi invictiq; eſſent:illi,in mari & re navali exercitatiſſim
que hac die&parte etiã inſequẽtis alioquoties aggreſſi, a
terũt. Tertia verò naves in Aſinã miſerunt,quæ inde ligi
machinas ædificâdas apportarent.murũ enim,quà porti
ctat,licet ſupra cæteræ modum altitudinis emunitum;ta
quia ibi cõmodior in terrã eſſet aſcenſus, tormẽtis expu
ri poſſe fidebãt.Interea naves Athenienſium quadragin
Zacyntho advenerunt. coniunxerant enim ſe eis præſid
quædam ex Naupacto,& quatuor Chiæ naves.Vbi verò
nentem inſulamque armatis plenam viderunt; & naves
portum ſeſe continentes,neque in pugnam exeuntes: in

quà appellerent, in Proten insulam, quæ non procul aberat (deserta ea est) decurrerunt, atque ibi pernoctârunt. Sequête die ad prælium parati solverunt, ijs animis, ut si hostes contrà exirent in mare apertum, decernerent: sin minùs, ipsi ad eos intrarent. Illi verò neq; contrà exibant, neq; dum aditus, * ut cogitaverant, obstruxerât: sed in terra quieti, naves cõplebât, instruebantq;, ut si quis intra portum se committeret, in eo, quòd satis amplus erat, prælium consererent. Id ubi Athenienses intellexerût, * utrinq;, quà patebat aditus, in ipsos tẽdût; cõplures, quæ in altũ cõtra eos erant evectę, fundunt, fugãtq; fusas persequũtur; multisq;, cùm angustũ spatiũ intercederet, vulneratis, quinq; earumq; unam cum hominib. ceperunt. Tũ in reliquas, quæ ad terram confugerant, impetum dant; alias, quæ nondum imposuerant militem, priusquã cõtrà egrederẽtur, feriũt; alias vacuas, hominib. fuga elapsis, religatas trahebãt. * Quo viso Lacedæmonij, cõmoti tãta clade, quòd sui homines in insula intercludebãtur: auxilio tendunt, ingressique cum armis mare pro navibus depugnant, & eas retrahere nituntur. atque * cùm ideò quilibet rem segniter agi putaret, quia nõ ipse præsẽs magnus admoveret, magnus tumultus & trepidatio mota est immutato genere pugnæ utriusque partis. Lãcedæmonij enim partim animorũ ardore, partim consternatione, non aliter, quàm è terra navali, ut sic dicam prælio cõtẽdebãt: victores Athenienses, cùm præsentis beneficio fortunæ quàm maximè uti vellent, de navibus pedestri pugna decertabant. Tandem multo labore, multisque utrinque vulneribus, sunt ditẽpti. Vacuas naves Lacedæmonij omnes, præter eas, quæ primo cõcursu captæ fuerunt, recuperârunt. Inde in castra sua utrique reversi. Athenienses trophæum statuerũt, cæsos reddiderunt, naviumque fragmenta collegerunt. insulam verò extemplò circumierunt, eiusque custodiã hominibus haud dubiè in ea interceptis, egerunt. Peloponnesij autẽ qui in continẽte erant, & cæteri qui iam undiquaque in auxilium aderant, ad Pylum in statione se continebant.

Classis Attica Peloponnesios fudit

Lacedemonij in Sphacteria intercipiuntur.

Spartam ubi primùm ea de re nuntius est perlatus, visum est, ut in tam tristi casu magistratus in castra descenderent, deque rebus præsentibus, prout eis videretur, statuerent. Hi postquam nullam viam aut rationem, qua istis succurrerent, inveniebant; neque tamen ipsos in discrimine relinqui vellent, ut aut fame affligerentur, aut multitudine superarentur, vel etiam caperentur: cum imperatoribus Athenienſium agere decreverunt, ut, si ijs non displiceret, inducijs circa Pylũ factis, mitterent Athenas de conditionibus legatos, ut suos

Inducię circa Pylum.

quamprimùm recuperarent. Cùm præfecti Athenienſium haud abnuerent, his conditionibus pacti ſunt: Lacedæmonij naves, quas in prælio habuiſſent, & longas univerſas, quæ in Laconica eſſent, Pylũ devectas, traderent Athenienſibus: arma neque terra neque mari munitioni inferrẽt. Athenienſes verò concederent, ut ex cõtinente Lacedæmonij ſuis frumẽtum certum molitum mitterent, & binas ſingulis chœnices farinæ Atticas, binas item cotylas vini, & carnes, ſervo, dimidium horum. hæc omnia inſpicientibus Athenienſibus mitterentur: navis nulla furtim intraret. Interea Atheniẽſes cuſtodiam inſulæ nihilo minùs agerent, tantùm ne in eam deſcenderent: arma neque terra neque mari Lacedæmoniorũ copijs inferrent. Si quid horũ vel paulùm alterutri violarent, ruptas inducias eſſe. eæ manerent, quoad ab Athenis Lacedæmoniorum redirent legati: quos triremi Athenienſes deportarent atque reducerent. Sub eorum adventum, finẽ induciæ haberẽt: & Atheniẽſes naves, quot & quales accepiſſent, rederẽt. His conditionibus, induciæ ſunt factæ, * & naves (circiter ſexaginta erant) traditæ. Miſſi legati poſtquam Athenas venerunt, talem orationem habuerunt: * Lacedæmonij nos legatos ad vos, Athenienſes, miſerũt, de ijs, qui in inſula à veſtro exercitu circumſeſſi tenẽtur, acturos: ita, ut & vobis, quod in rem veſtram ſit, oſtẽdamus, & in præſenti calamitate, quod maximè honeſtũ nobis ſit, impetremus. * Itaque ſi plura de his verba fecerimus, non ſic accipietis, tanquam prætermorem noſtrum aliquid & conſuetudinem agamus. id nanque in more poſitũ nobis eſt, ut ubi pauca verba ſufficiunt, * pluribus non utamur: orationem autem * adhibeamus longiorẽ, ſi tale tempus ſit, quo verbis, quid utile honeſtumque ſit docẽdo, operæprecium facere valeamus. * Vos verò nõ hoſtili animo ea audire debetis: nec ita habere, quaſi vos ceu ignaros imperitosque docere velimus; ſed quaſi vobis probè omniũ gnaris, quomodo rectè deliberare poſſitis, in memoriã redigamus. * Veſtra enim hac felicitate & fortuna pulcerrimè, ſi vultis, uti poteſtis: ut & retineatis quæcunque in potestate habetis, & inſuper gloriã honorẽque cõparetis; nec idẽ vobis accidat, quod illis hominibus evenire ſolet, quibus inſolitum aliquod bonum obtigit: qui, quia etiam præſens fortuna inſperatò incipit, ſemper * ſpe plura cõcipiũt. * Qui verò ſæpiùs utranque fortunam ſunt experti, eos quàm minimè ſecuritati præſentis fortunæ credere decet: * idque tum veſtrã civitatem, ut pote expertam, tum noſtram quoque, meritò obſervare oportet. * Reputate hoc quæſo cum animis veſtris

Lacedæmonij pacem ab Athenienſibus petunt.

&c.

& in hoc noſtrum infortunium oculos intendite. Lacedæmonij, qui tantum apud omnes Græcos dignitatis & auctoritatis obtinemus, ad vos iam venimus, quæ priùs à nobis alijs accipiẽda rebamur, eadẽ nunc à vobis petituri. * Enimverò neq; virium imbecillitate, neque quòd auctis ijs inſolentes facti eſſemus, in hac calamitatem devenimus: ſed ſolitis viribus præditi, opinione lapſi ſumus. qui caſus ſimiliter ad omneis recidere poteſt. Quare nõ eſt, ut ob præſentes Reipublicæ veſtræ vires, aliarumque rerum acceſſionem, fortunã quoque ſempera veſtra parte futuram putetis. * Nam quicunque ſunt ea prudentia animique moderatione, * ut res ſecũdas inſtabiles incertasque haud dubiè cenſent: eos in adverſis quoque non minùs cautè prudenterque verſaturos, certum eſt atq; ijdem ſic habebunt, non bellũ hocce, prout ipſi rem gerere fuerint aggreſſi, ſucceſſurum, ſed totũ ex nutu * arbitrioque fortunæ penſurũ. * Tales ſanè quàm pauciſſimis * labi cõtingit. ſecundis nanq; rebus haudquaquã fidentes, nunquam vel in ampliſſimo ſecũdarũ rerũ curſu everti ſolent. * Hoc iam vos, Athenienſes, egregiè adverſus nos facere poteſtis. nã ſine veſtro periculo, magnam virium prudentiæque exiſtimationẽ in reliquum vobis comparare licet: qui ſi, non moti noſtris verbis, aliquãdo poſthac (quod ſanè, ut ſunt res humanæ, fieri poteſt) offenderitis, eam opinionẽ apud omnes relinquetis, vos hæc ipſa quoq; * fortunæ beneficio tenuiſſe. * Lacedæmonij vos ad fœdus & compoſitionem belli provocãt, pacem vobis & ſocietatem, amicitiam, mutuamque familiaritatem offerunt. pro his cives ipſi ſuos ex inſula depoſcũt; utriſq; melius iudicantes, ne, tentata fortuna, illi aut viſe eripiant, oblata aliqua ſalutis occaſione, aut expugnati in veſtram rediganture poteſtatem. * Equidem cenſemos, maximas inimicitias conſtantiſſimè plerunque finiri; non ſi quis iniurias ultus, belloque magna ex parte ſuperior factus, * neceſſitatẽ coeũdi iniquisque pacem cõditionibus faciendi, adverſæ parti imponit: ſed ſi aliquis, cùm id ipſum facere licuiſſet, ex æquo tamen, virtute quoque & facilitate ſuperior, * moderatè lenitèque præter expectationem alterius, pacẽ facit. Tunc enim adverſarius, non iniuriam illatam reddere, ſed beneficium compenſare, tenetur, unde etiam verecũdia adductus, pacta libentiùs & ſtudio maiore obſervat. Atque hoc ipſum diligentiùs homines adverſus graviores hoſtes facere ſolẽt, quàm erga minores minusque terribiles. Ea enim eſt natura mortalium, ut ijs, qui ſponte ſua aliquid remittunt, iucundè & ſine dolore ſuccumbant: adverſus elatos autem ſuperbosque et-

" iam opinione maiora pericula ingrediantur. Nunc autē ut
" que nobis præclarè honesteque pacificandi opportuni
" qualis vix unquam antea, data est, priusquam sævus aliqu
" implacabilis nos casus dirimat: ut & vos, præter public
" privatum quoque nostrum odium sempiternum suscipi
" & nos voti nostri compotes non fiamus. Proinde dum ad
" in ambiguo est eventus; dum vobis & gloria & nostra an
" tia comparatur; dum nos, priusquam ignominiam acci
" mus, calamitatem hanc mediocriter deponere possumus
" gratiam redeamus, * atque tum ipsi cum pace bellū com
" temus, tum cæteris Græcis cladium malorumq; finem in
" namus: qui vos certè huius ipsius auctores potiores cense
" Bellū nāq; gerūt, incerti, utri belli sint auctores. quo si cō
" natur (cuius sanè penes vos nunc maiore parte arbitrium
" totum id vobis acceptū ferent. * Hæc si feceritis, Lacædæ
" niorum vobis amicitiam firmam & perpetuam concilial
" atque eam ipsis petētibus, non tam vi, quàm vestro bene
" impertietis. Ea demum considerate, quæ hoc totum neg
" bona secutura certum est. Siquidem probè gnari estis, s
" vosque consentiamus, reliquam Græciam nobis subiec
" in maximo honore utrosque habituram. Hæc ferè Lace
monij dixerunt, rati, cùm iam priùs avidi pacis Athenie
fuissent, tātūque ab se prohibiti: eos, si daretur, cupidè au
turos, & cives sibi suos reddituros. * At illi iā lōgè maio
nimis expetebāt. quippe si istos ex insula in suā redegissē
testatē, sui semper arbitrij futurum iudicabant, uti pacē f
rent, quando vellēt. Maximè huc eos incitabat Cleon Cla
ti, vir * ea tēpestate popularis multitudinique longè acce
simus. Huius de sententia responsum legatis est: Vt prin
omnium arma & seipsos, qui in insula essent, traderent, A
nasque deportarentur: inde, ubi venissent, ut Lacedæm
redditis Nisæa, Pagis, Trœzene, & Achaia (quæ non armi
perant illi, sed * priore pacificatione Atheniensibus, qui
ob casus adversos pace magis opus habebāt, extorserāt)
perent cives suos, & fœdus tandiu facerēt, quandiu parti
que placeret. Ad hæc illi * nihil respōderunt: tantùm qu
deligi, cum quibus deliberarent, petierunt; ut de singulis
res audientesque, pacem per otium ex sentētia utriusq; c
ponerēt. Tūc verò magnoperè in eos coortus Cleon: iam
dem eos nihil sinceri æquique animo agitasse, ait: idque
nunc apparere. cur enim cum paucis potiùs deliberare v
quàm ad populum verba facerent? quòd si quid sani in a
haberent, universis dicerēt. Lacedæmonij, ubi se viderūt

De pace inter Athenienses Lacedæmoniosq; agitur.

ud plebem dicere posse, ne si quid præsentis infortunij *Lacedæmonij*
concedere vellent, propositisque postulatis repulsam *pacem non*
t, *id invidiæ sibi ad socios esset, nec quidquam æqui *impetrant.*
enien sibus impetraturos: Athenis re infecta discesse-
dventu eorũ extemplò inducias circa Pylum sublatas:
ntibusque ex pacto naves Lacedæmonijs, Athenienses
turos negârunt. crimini dabant, quod contra fidem
tionis incursio in munitiones facta esset, & alia, quæ
a memoratu videbantur: itaq; dictum affirmabant, si
imum quid contra inducias fieret, ruptas videri. Con-
Lacedæmonij cùm se defendissent, & injuriam hanc
sent, digressi, ad bellum sese comparârunt. Ita rursus
circa Pylum ab utr sq; summa vi gerebatur. Ab Athe- *Athenienses*
us interdiu assiduè duæ naves, obviam sibi invicem, *Sphacteriã*
m circumibant: nocte omnes circa eam in statione *obsident.*
æ erant, præterquam quà apertum mare erat, vento
Et Athenis præsidij caussa viginti sunt ipsis missæ, ut
æ septuaginta navium numerum explerent. Peloponn-
tò castris in continẽte positis, partim castellum oppu-
t, partim in speculis erant, si qua se offerret suos libe-
ccasio.

r hæc in Sicilia Syracusani socijq;, classe quam parave- *Res in Sici-*
m ijs quæ Messanæ in præsidio erant navibus iuncta, *lia inter A-*
inde gerere cœperunt. Maximè ad id Locrenses insti- *thenienses,*
odio Rheginorum: ipsiq; universi in eorum agrũ in- *Syracusa-*
em fecerant Navalis quoq; certaminis fortunam ex- *nos, aliosq;*
olebant; posteaquam paucas iam adesse Athenien sium *gesta.*
ant naves; plures autem quas venire oportebat, insu-
cum sidere acceperant. Ita q; si re navali superiores fie-
hegium facilè terra mariq; aggressi expugnaturos se se
t. quo modo plurimum accessurum opibus suis reban-
m quia propinquum esset Rhegium Italiæ promonto-
essanæ in Sicilia, non se passuros Athenienses ingredi
potiri. *Fretum, mare est Rhegium Messanamq; in-
ns, quà arctissimo spatio ab cõtinente Sicilia dividitur.
harybdis est, quam vocant, quam Vlysses transisse fer-
ia enim in has angustias ex vasto utrinq; æquore Tyr-
Siculoq; incidens mare, ingentes voluit fluctus, haud
itò is locus difficilis est existimus. In hoc freto, Syracu-
tijq; navibus paulò plus triginta, præcipiti iam die, ob
um quoddam, quod illàc transire volebat, pugnare co-
t cum sedecim navibus Athenien sium & octo Rhegi-
. Victi verò, properè ad suam singuli stationem, quæ

tunc ad Meſſanam erant, una ad Rhegium amiſſa na
receperunt. nox prælio finem fecit. Poſt hæc Locr
agro Rhegino diſceſſerunt: Syracuſanorum verò &
naves, congregatæ ad Peloridem Meſſanæ, pedeſt
exercitu præſente, ſtationem habebant. Eòdem Ath
cum Rheginis accedunt: & quia naves vacuas cerneb
petum in eas fecerunt. iniecta verò * manu ferrea, n
nã amiſerũt, homines enatârunt. Inde cùm Syracuſar
ſis navibus, funib, tracti littora Meſſanam verſus leg
ſus laceſſere eos Athenienſes. Syracuſani in altũ ſe re
& cùm priores impetũ dediſſent, alteram navem den
Hoc modo & in præternavigatione, & in navali pra
inferiores facti Syracuſani, Meſſanam in portum
ſunt. Athenienſes inde Camarinam, quam Syracuſani
chia, quiq; cum ipſo erant, proditam acceperant, co
runt. Meſſanenſes interea terra ſimul & mari bellum
Naxo, Chalcidicæ urbi, finitimæ. Ac primo compu
mœnia Naxijs, agros urebant. ſequente verò, dum n
cumvectæ ad Aceſinem amnem, prædas agunt, & p
copiæ urbi admoventur: interim undique Siculi mon
xilio contra Meſſanenſes concurrerunt. Id Naxij u
runt, animis erecti, ac ſe mutuò adhortati, quòd Leo
lijq; Græci ſocij auxilio venirent: eruptione ſubitò
facta, Meſſanenſes invadunt, verſosque in fugam pl
obtruncant. Reliqui ægrè domum ſeſe receperunt ba
nim in vijs eos adorti, magnam partem interfecerun
etiam Meſſanam devectæ, inde domos ſuas ſingulæ c
runt. Confeſtim Leonti cum ſocijs & Athenienſibus
exercitum, tanquam vehementer ea clade affectam,
Vbi ad urbem eſt ventum, Athenienſium claſſis ad p
terreſtres copiæ urbi ſunt admotæ. Meſſanenſes verò
crenſium quidam, qui cum Damotele poſt cladem ac
in præſidio erant relicti, eruptione facta, de improvis
ti, magna cæde maiorem partem Leontinorum in fug
pellunt. Id ubi Athenienſes conſpexerunt, ex navib
pem ferendam deſcendunt: & Meſſanenſes cum turb
ſtitiſſent, iterũ intra urbem reijciunt: poſitoq; trophæ
gium reverruntur. Poſt hæc geſta Græci in Sicilia, abſq
nienſium auxilijs, terrâ inter ſe bellum geſſerunt.

Lacedæmoniorum in Sphacteria obſidio.

Ad Pylum interea obſidebant adhuc eos, quiin inſi
Lacedæmonios Athenienſes, & Peloponneſiorum ex
quietus in continente caſtra habebat. Sed Athenienſib
vis admodum erat ſtatio, alimentorum aquæq; penu

enim fontem habebant, niſi unum, & eum parvum in arce. maior pars, * perfoſſo ad mare ſabulo, aquam qualemcunq; potabant. Ad hæc quia ob anguſtiam loci, in quo ſtationem naves habebant, ad terram non omnes ſtare poterant: invicem aliæ cibū ſumebant, aliæ in alto ad anchoras ſtabāt. Maximè omnium in animis deſperationem temporis mora, præter ſpem longior facta, gignebat: cùm iſtos paucorum dierū ſpatio expugnaturos ſeſe, in inſula deſerta, & aqua ſalſa vitā ſuſtentantes, credidiſſent. In cauſſa Lacedæmonij erant: qui edixerant, ut quicunq; vellet frumentum molitum, vinum, caſeum, & alia alimenta, quæ obſidioni ferendæ eſſent, importaret magna his præmia conſtituerunt: & Heloribus, qui importarent, libertatem polliciti. Itaque cum alij id facere ſunt auſi, tū maximè Helotes: qui hinc inde ab Peloponeſo egreſſi, nocte in inſulam, quà in apertum vergit mare, decurrebāt. In primis ventos captabant, quibus deferrentur. faciliùs enim triremium cuſtodias fallebant, è mari ſpirante vento. tū nanque difficilis erat illis circa inſulam ſtatio: hi verò navib. ſuis neutiquam in appellendo parcebant; quòd iam * precium earum ſtatutum erat. * ſimul armati cuſtodias agebāt, quà naves appellere ſolebāt. Quicunq; autem tranquillo mari id facere tentārunt, intercepti ſunt. * Vrinatores etiam ſub aqua iuxta portum annabant, funiculo trahentes in utribus * papaver mellitum & lini ſemen pinſitum. eos tamen cùm primò fefelliſſent, poſtea obſervārunt. Ita varijs artibus inter utroſque, hos ut ſuis alimenta importarent, illos ne fallerentur, certabatur. Athenis ubi nuntiatum eſt, & de incommodis militum, & quòd alimenta in inſulam devecherentur: magna animorū fluctuatio oborta eſt; ſimul metus, ne hyems impendens obſidione decedere cogeret. quando enim æſtate ſuis non ſatis mittere poſſent, quomodo hyeme circa Peloponneſum, locis etiam incultis, commeatus pararent? Ad hæc ſtationem, locis importuoſis, perdifficilem futuram: ut homines illi, aut remittentibus ipſis cuſtodias, liberarētur, aut expectata hyeme, navigijs quæ frumentum advexerant ſeſe eriperent. In primis Lacedæmonios metuebant, quos quia iam meliore loco ſuæ res eſſent; legatos non ampliùs miſſuros credebant. iamque adeò pœnitebat eos, quòd aſpernati fœdus eſſent. Haud fallebant Cleonem, ſe potiſſimum, quo auctore id factum erat, peti. Negare itaque vera eſſe, quæ nuntiarentur. Contrà hortari, qui inde miſſi erant, ut ſi ſibi minùs fidei haberent, exploratum aliquos mitterent, qui id oculis compertum perferrent. Delectus ipſe cum Theogene ab Athenienſibus, quia

quia neceſſarium videbat, ut aut eadem diceret, quæ priùs arguerat, aut diverſum aſſerendo, mendax appareret: Athenienſes, quos & ipſos bellum malle videbat, hortatus eſt, ne quos mitterent, neu occaſionem cunctando intercidere paterentur. quod ſi vera eſſe, quæ nuntiabantur, putarēt, irent in hoſtem. Ad hæc in imperatorem ipſorum Niciam Nicerati, cui privatim inimicus infeſtusque erat, invehebatur; increpans, quòd ſi ducibus virile robur ineſſet, parvæ molis futurū, ut in inſula homines caperentur, ſe quidem, ſi imperium haberet, haud dubiè facturum. Igitur Nicias, quia & Athenienſium murmur in Cleonem; cur non ergò navigaret, ſi adeò facilè ei videretur; ſimul ſe ab ipſo inceſſi, ſentiebat: iubet, ut quas velit copias ſumens, ſuo rem arbitratu gerat. Necille abnuere. nā verbo tenus ſolùm imperio ipſum initiò cedere credebat. At poſtquam ſeriò ipſum agere, & imperiū ſibi deferre vidit: tum verò tergiverſari, nec ſe, ſed illum, imperatorem eſſe, dictitare iam enim temere incipiebat, quod nō ſperaverat, unquam illum ut ſibi cederet in animum inducturum. Identidē igitur Nicias inſtare, *imperio ſe ad Pylum abdicare, Athenienſes teſtes invocare. Quare illi, (quod multitudo facere conſuevit) quo magis Cleon navigare abnuebat, & ſeſe ſubtrahebat: eo impenſius Nicię, ut ipſi traderet imperium, mandare, & ut ipſe navigaret, vociferari. Igitur cùm ſe non amplius dictis exſolvere poſſet, navigaturum recepit: ac progreſſus in concionem, non ſe pertimeſcere Lacedæmonios, ait, & navigaturum, nemine ex urbe aſſumpto; tantùm cum Lemnijs & Imbrijs, qui adeſſent, cetratisq; ab Æno auxilio miſſis, & alijs ſagittarijs quadringentis. His profectus, cùm militibus Pylijs dixiſſet, ſe intra dies viginti, aut vivos adducturum Lacedæmonios, aut ibi interfecturum: *riſum quidem ea *hominis vanitas Athenienſibus movit; viris tamen bonis grata eſſe, ſperantibus, ſe ex duobus bonis alterius compotes fore, ut aut Cleone, quod magis ſperabant, liberarentur, aut, ſi ea ſpes falleret, Lacedæmonijs potirentur. Igitur poſtquam omnia in concione peregiſſet. Athenienſes etiam navigationem ei decreviſſent, & collegam ſibi, ex ducibus qui ad Pylum erant, unum legiſſet Demoſthenem: nulla mora perfectioni facta eſt. Demoſthenem aſſumpſit, quia in inſulam egredi cogitare acceperat. Milites quippe loci difficultate affecti, magisq; obſeſſi, quàm obſidentes, non abnuebant periculum ſubire. Et auxerat ei animum inſula inflammata. priùs enim cùm ſilveſtris eſſet parte maiore, ac propter ſolitudinem horrida incultaq;, ab eo conſilio abhorrebat; pro hoſtibus id maximè facere ratus.

Cleon Pyliū exercitū mutuatur.

Demoſthenis conſilium de expugnatione Sphacteriæ.

Magnas enim copias deſcenſionem faciẽteis, ipſos ex oc-
adoriri & lædere poſſe: ac ſibi ipſorum tam clades, quã
ilia apparatumq; ob ſilvas occultum futurum; ſui verò
citus detrimenta omnia conſpicua fore, ipſosque de im-
isò, quà vellent (nam penes eos initium certaminis eſſe)
tum facturos. Ad hæc ſi in locum vepribus denſisq; obſi-
virgultis, vimoliri & manus conſerere vellet: ipſos quã-
auciores, tamen locorum prudentes, ſuis licet pluribus,
mperitis, ſuperiores futuros. ac neq; ſcituros ob multitu-
m, ubi laboraret exercitus; cùm quà ſibi mutuò ſuccur-
conſpici non poſſet. Maximè id ei ſubijciebat Ætolicæ
s, ob ſilvas partim acceptæ, memoria recens. Cæterùm
tis propter anguſtiam inſulæ militibus, in extremis eius
ubi cuſtodias agitabant, cibum capere: quidam fortè nec
ta opera ſilvæ paululùm ſuccendit. inde vento oborto,
or inſulæ pars, ipſis non animadvertentibus, exuſta eſt.
emoſthenes poſtquam Lacedæmonios cognovit plures
quàm quibus priùs alimenta ſummitti ratus fuerat; di-
nq; rem eſſe, quàm intentiore cura Athenienſes agerent;
æc inſulam magis nunc oppugnari poſſe: militibus ex ſo-
initimis accitis, alijsq; præparatis, aggredi ipſam conſti-
Cleon præmiſſo de ſuo adventu nuntio, cum eo quẽ pe-
milite Pylum venit. Ibi congreſſi priùs in caſtra quæ in
tinente erant caduceatorem mittunt, ſciſcitatum, ſi velint *Athenienſes*
re ſuos, qui in inſula eſſent, ut non tentato diſcrimine ſe *Lacedæmo-*
armis dedant, habeanturq; in cuſtodia tolerabili, quoad *nios in Sphæ-*
rum ſumma aliquid ſtatuatur. Abnuentibus illis, una die *cteria ag-*
verunt. poſtera univerſis militibus in paucas naves impo- *grediuntur.*
de nocte ſolvunt: nec dum orta luce, deſcendunt in inſu-
ab duabus partibus, quà mare apertum & quà portũ ſpe-
octingenti fermè armati; citatoq; curſu ad inſulæ primã
onem feruntur. Sic enim locatæ ſtationes erant: In pri-
hac ſtatione circiter triginta erant armati: mediam, quà
imè eſt æquabilis inſula, apud aquam maior eorum pars
præfecto Epitada tenebat: alia pars exigua, extrema in
la, quà Pylum ſpectat, locati erant. ea præceps in mare eſt,
o terra minimè opportuna oppugnanti. Erat etiam ibi ca-
um quoddam vetus, lapidibus lectis conſtructum: quod
, ſi firmiore quo receptaculo opus haberent, uſi futurum
ibant. Primos quos invaſerant, cuſtodes; Athenienſes in
ilibus ſuis arma adhuc induenteis, oppreſſerunt. naves e-
ad nocturnas ſtationes de more commeare rati, nõ ſen-
nt in terram egredienteis. Prima luce reliquæ etiam co-

piæ

piæ in terram ex navibus ſuis (paulò plus ſeptuaginta erant) omnes, *præter thalamios, cum ſuis ſinguli armis, egreſſæ ſunt: octingenti ſagittarij & non pauciores cetrati. auxiliarij item Meſſenij, & alij, qui ad Pylum fuerant omnes, præter caſtelli cuſtodes. Diſpoſuit eos Demoſthenes ducenos plureſve, & alibi pauciores, ut occupatis ſuperioribus locis, hoſtibusq; undiquaq; circumfuſi: ancipiti perculſos timore incertos redderent, qua parte occurrerent; qui undique ſuperante multitudine circumventi, ſi in frontem impetum facerent, à tergo cæderentur, ſi in latera, ab ijs qui utrinq; locati erant: in tergis verò ipſorum perpetuò, quacunque ſe verterent, hæſura erat levis armatura, & qui eminùs rem gerunt, ſagittis, jaculisque, & lapidibus, ac fundis, terribiles: quibus ne quidem appropinquare liceret. nam & fugientes erant ſuperiores, & cedentibus infeſti inſtabant. Hoc conſilio Demoſthenes & primò in inſulam egredi ſtatuit, & poſtea reipſa perfecit. Epitadas quique cum ipſo erant (ſecum enim is maiorem partem habebat) ut primam ſtationem oppreſſam, & hoſtium incurſum viderunt: coëunt, & gravi armaturæ Athenienſium, ut manus conſererent, obviam tendunt. hi enim à fronte erant oppoſiti: levis verò armatura ab latere tergoque circumfuſa. qui cùm jaculis eos inceſſerent, armati etiam quieti ipſis non occurrerent: nec pedem cum eis conferre, nec ſua peritia & virtute poterant uti. Igitur in levem armaturã, quæ maximè infeſta ingruebat, impetu facto, in fugam dant. illi contrà homines leviter armati, adque fugam in locis difficilibus & ex priore ſolitudine aſperis expediti, *cedendo pugnabant; cùm Lacedæmonij immobilibus onerati armis, longiùs perſequi non valerent. Ita cùm aliquandiu pugnatũ eſſet, jam Lacedæmonios vires quoq; deficere, minusque impigrè ad impetus hoſtium procurrere. Quos ubi ſegniores ad pugnandum factos animad verterunt milites: & multitudo ſui conſpecta animos eis ad ſpem certaminis fecit, & iam aſſueti pugnæ minùs eos terribiles credebant; quia non protinùs, ut animis propoſuerant, ab eis excepti fuiſſent. primò enim in terram egreſſi, infractos admodum animos geſſerant, quòd contra Lacedæmonios eundum ſibi videbant. Contemptis proinde ipſis, clamorem tollunt; confertiq; in eos impetum faciunt; lapides, ſagittas, jacula, ut quodq; in manus veniebat, ingerunt. Is verò clamor impetusq; Lacedæmonios, inſuetos ad tale pugnæ genus, vehementer conſternavit. Pulvis elatus, miſtusq; cinere ab ſilva nuper cremata, lucem ex oculis auferebat: ut nõ providere poſſent, cùm ſagittæ lapidesq; frequen-

Prælium Athenienſium cum Lacedæmoniis.

tes unà cum pulvere acciderent. Ita graviter undiq;
monij premebantur. iam neque pilei ſagittas ſuſtine-
jacula emiſſa frangebantur. itaq; quà ſe verterent, &
utrerent potiſſimùm, undique circundati, proſpicere
erant, nec ob ingentem hoſtium clamorem ſua invi-
udire imperata. Tot circumſtantibus malis, cùm nul-
m ſalutis cernerent; tandem multis iam acceptis vul-
, quia ſemper in eodem loco hæſerant, denſatis ſcutis
extremum inſulæ caſtellum, quod nõ longè aberat,
uſtodes petierunt. Tunc verò ubi terga dederunt, fe-
s ingenti clamore leves milites ingruunt; Lacedæmo-
unq; in fuga comprehenſi erant, trucidantur; maior
in caſtellum profugerant, cum cuſtodibus loci inſti-
tubicunq; oppugnari poſſint, ſe tueantur. Athenien-
inenti agmine ſecuti, quia circumire ob loci difficul-
equibant, à fronte ſubeuntes deijcere ipſos conantur.
maiore diei parte utriq;, pugna, ſiti, ſolis æſtu, confecti:
runt tamen; cùm hi pellere illos ex loco ſuperiore, illi
undem niterentur. & iam minùs ægrè Lacedæmonij
ùs reſiſtebant, poſte aquam latera eis ab hoſtib. tuta
andem cùm nullus finis certaminis eſſet, Meſſenior-
as Cleonem Demoſthenemq; adit, ac nequicquam ſe
inſumere, ait: quòd ſi ſagittarios ſibi aliquod & levi-
atos darent, ſe ab tergo reperta aliqua via circumitu-
vi ad ipſos aditum patefacturum. Impetrata re, oc-
e cõſpicerent hoſtes, prærupta inſulæ petit, quà Lace-
ij loci natura confiſi nullas cuſtodias oppoſuerant:
i, quà paulatim per præceps acclivis erat aditus, ægrè
erq; clam hoſtibus aſcendens, cùm ſe repẽte ſupra ca-
ergo hoſtium oſtendiſſet; & illos re nec opinata per-
ſuorum animos, quid ſpem eventum videbant re-
re adauxit. Ita rurſus utrinq; Lacedæmonij cædeban-
iliq; erant in diſcrimine, quali (ſi parva maioribb. con-
et) *ad Thermypolas fuerant. illi enim, cùm per in-
ſæ circumiſſent, occubuerunt. hi iam ancipiti urgente
inc, cùm reſiſtere ampliùs nequirent, paucique cum
labore & fame confecti, dimicarent: ceſsêre tandem,
ue Athenienſibus invadendi dederunt. Itaque Cleon
oſthenes ubi animadverterunt, ſi paulùm adhuc ce-
, fore ut omnes ab ſuis militibus delerentur: inhibue-
gnam & impetum ſuorum ſuppreſſerunt. vivos enim
s deportare cupiebant. Hinc inito conſilio, ſi au-
econe adduci poſſent, ut arma, victi præſentib. malis,
nt: pronunciant, ut ſe cũ armis dedant, & Athenienſi-

arbitrio permittant. Eo audito, pleriq; abiectis ſcutis, *
manuum ſe accipere conditionem ſignificabant. Ita
inducijs, ad colloquium venerunt, hinc Cleon & Deme
nes, illinc Styphon Pharacis priorum enim præfectorum
mus Epitadas ceciderat; Hippagretus, qui eius locum le
rat, vivus adhuc inter cæſorum corpora pro mortuo iac
hic verò * ſecundum leges tertius dux, ſi quid de illis fa
eſſet, fuerat creatus. Is ubi legatos dixit miſſurum in con
tem ad Lacedæmonios, percunctatum, qui ſe facere op
at. Athenienſes nemine eorum dimiſſo, ipſi ex continen
duceatores acciverunt. Cùm bis tervé percunctati eſſen
dem qui poſtremus ad eos tranſmiſit, nuntiavit; jubere
dæmonios, ut ipſi conſilium ſibi capiant, ſic * ne quid
in ſe fœdumq; admittant. Inde ſeorſim habito conſilio
armis ſeſe tradiderunt. Eos Athenienſes ea die & noc
xima in cuſtodia aſſervârunt. poſtera die, poſito tropha
profectionem ſeſe parârunt, & homines illos trierarch
ſtodiendos dederunt. Lacedæmonij, miſſo caduceator
ſos ſuſtulerunt. * Numerus omniũ, qui in inſula cæſi, qui
vi capti ſunt, is fuit: Ex viginti & quadringentis, qui eò
miſerant, armatis, trecenti minùs octo vivi in poteſtate
nerunt: quorum fuêre centum viginti Spartiatæ. reliqui
ciſi. Athenienſium, quia non ſtabili pugna collato q; pec
micatum eſt, pauci ſunt deſiderati. Tempus univerſum
obſeſſi in inſula ſunt homines iſti, ab navali pugna uſq
prælium commiſſum, dierum fuit duorum & ſeptuagin
his, viginti diebus, quibus legati de fœdere ſunt profect
menta eis præbita: reliquis, ijs quæ clàm invehebantur
runt. Adhuc etiam in inſula frumenti aliquid reſtabat, &
cibaria reliqua. præfectus enim Epidatas minùs, quàm
copia, ſingulis præbere ſolebat. Athenienſes Peloponn
domum exercitum utrique ab Pylo reduxerunt. & Cl
quamvis inſanæ promiſſionis fides conſtitit. intra dies
viginti, homines, uti pollicitus fuerat, adduxit. Nihil tot
bello nec tã opinatum nec tam inſperatum omnib. Gr
cidit. Lacedæmonios enim non fame non ulla neceſſ
* ut arma traderent, expugnari poſſe cenſuerant; ſed ea
nere, & quoad vires ſuppeterent pugnantes, nullum ar
nem pugnæ, quàm morientes, facere. nec adeò adduci
rãt, ut qui id feciſſent, ſimiles ijs qui occubuiſſent eſſe c
rent. Itaq; poſtea Athenienſium cuidam ſocio, convi
ſtudio quærenti ex quodam in inſula captorum; ecqui
fortes fuiſſent illi, qui ex eorum numero mortem op

nagni hercle, is respondit, atractum (* ita sagittam vo-
faciendum fore, si qui sortes essent, discernere potuis-
dicens, quemcunq; fors in sagittas aut lapides intulis-
rijsse. Postquam allati sunt, Athenienses ut in vinculis
rentur, donec aliquid conveniret, decreverunt; sin pri-
s suos Peloponnesij invaderent, abductos interficc-
Pylum præsidio occupârunt: & Messenii ab Naupacto,
at patriam (est enim Pylus in ea regione, quæ Messenia
tiquitus) missis ex suis maximè idoneis civibus, latroci-
conicam infestabant, magnisq; eam damnis & cladi-
ciebant. lingua enim eadem utebantur. Lacedæmonii
ad id locorum imperitiq; latrocinii & huiusmodi ge-
elli, cùm etiam Helotes transfugerent: ne gravior ali-
suæ regione motus oriretur timentes, ægrè id valdè
autur. ac quamvis nolebant scire Athenienses, legatos
ad ipsos, Pyli civiumq; recuperandorum gratia, mise-
Sed illi jam maiora petentes, aliquoties venienteis re
dimiserunt. Hæc ad Pylum gesta.

hæc statim Athenienses, Nicia Nicerati cum duobus *Athenienses*
is duce, octoginta naves & duo millia armatorum ex *in Corinthi-*
ibus, ducentosque in hippagogis navibus equites, in *orum regio-*
thiorum oram miserunt. his ex sociis accessêre Milesij *nem expedi-*
que & Carystii. Hi navigantes, prima luce inter Cher- *tio.*
m & Rhetum littus id tenuerunt, super quo Solygius
lis: ubi Dorienses olim stativa habuerunt, quando Co-
s, qui tunc Æoles erant, arma inferebant. vicus jam
itus Soligea vocatur. Ab eo autem littore, quod naves
rant, vicus ijs duodecim stadia abest; urbs Corinthio-
xaginta; & isthmus viginti. Corinthii jam antea ab
de adventu Athenienssium facti certiores, undiq; in isth-
niversi concurrerunt; præter eos, qui extra isthmum in-
nt, & quingentos Ambraciam Leucadiamque præsidii
missos. reliqui universi Athenienseis, si qua appelle-
periebantur. Postquam verò eos nocte velis datis fefel-
, & ipsi signum acceperunt: relicta dimidia parte copia-
d Cenchreas, si forte Crommyonem peterent Atheni-
, obviam maturârunt. & Battus alter eorum præfectus
enim pugnæ interfuerunt) cohortem ad vicum Soligeâ
ut eũ, quia immunitus erat, tueretur. Cum reliquis co- *Prælium*
ycophron concurrit. Primò Corinthii dextrum Atheni- *inter Athe-*
m cornu, quod extẽplò ante Cherronesum fuerat egres *nienses &*
nvaserunt. inde etiam cæteras copias aggressi * Pugna *Corinthios.*
iemens, collatoque pede dextris gladijsque res geritur.

Dextrum Athenienſium & Caryſtiorũ cornu, qui ibi
erant locati, Corinthios excepêre magnaq; vi conni
dimoverunt. qui cùm ad maceriem quandam receſſiſ
cus erat paulatim ab imo acclivis) ex ſuperiore loc
bus propugnabant: rurſusque inde poſtquam pæan
runt, in pugnam redeunt. occurrunt Athenienſes, ite
cominùs pede collato dimicatur. Tũ cohors una Cc
rum auxilio ſiniſtro cornu tẽdens, dextrum Atheniei
nu fundit, fuſumuſque ad mare perſequitur. ad nav
ventum, iterum Athenienſes Caryſtiiq; converſi redi
prælium. In reliquo exercitu cõtinens pugna erat. de
rinthiorũ cornu. in quo Lycophron erat, magna vi r
lævo Athenienſium, quòd ipſos ad vicum Soligeam p
conari credebant. Cùm diu anceps certamẽ fuiſſet, ne
parte cederetur: tandẽ equitatu, quo carebant adver
xè Athenienſeis juvante, terga dedêre Corinthij, ſeq
receperunt. ibi armis poſitis quieti, non ampliùs deſc
In hac fuga plurimi ab dextro cornu, unà cum du
phrone, ceciderunt. reliquus exercitus, quia nec hoſ
menter inſtabat, nec ipſi effusè fugiebant, poſtquam
vim hoſtium non poterant, in ſuperiora loca ſe recep
que ibi quieti manſerunt. Igitur Athenienſes, poſteaq
gnæ ſe illi non ampliùs committebant, ſpoliatis qui
bus cæſi erant, ſuos ſuſtulerunt: & trophæum ſtatuer
illa dimidia Corinthiorum, qui ad Cenchreas cuſtod
fuerant relicti, ne ad Crommyonem accederent Ath
ignari primò cõmiſſi ſub Oneo monte prælii, ubi id e
re elato cognoverũt, extemplò auxilio properârunt.
etiam Corinthiorum ab urbe, ubi id acceperunt, opi
cauſſa contenderunt. Eos ubi contra ſe univerſos v
conſpexêre Athenienſes, rati finitimorũ ex Pelopon
xilia advenisſe: ad naves ſe properè receperũt, cum ſ
cæſis ſuorum corporibus; duobus, quæ invenire nequ
relictis. Conſcenſis navibus, in proximas inſulas tra
unde * miſſo caduceatore, eos quos reliquerant, fide
ſuſtulerunt. Cæſi ſunt in pugna, Corinthiorum duce
decim, Athenienſium paulò minùs quinquaginta. A
ſes inde ex inſulis ſolvunt: eâdemq; die navigârunt a
myonem Corinthii agri (centum viginti ab urbe ſtad
appulſiſq; navibus, agrum vaſtârunt, & ibi ea noct
runt. Sequente die Epidaurium primùm prætervect
excenſione etiam alicubi facta: Methonẽ, quæ inter
rum Trœzenemq; ſita eſt, pervenerunt: & occupato

ſthmo, in quo Methone ſita eſt, muro interſepſerunt; præ-
q; impoſito, agrum deinceps Trœzenium Halienſemq; &
urium populabantur. Naves, communito penitùs loco,
um diſceſſerunt.

b idem tempus, Eurumedon & Sophocles, ab Pylo in Si-
n cum claſſe Athenienſium profecti, poſtquam Corcyrã
erunt: arma cum urbanis, iis qui montem Iſtonen occu-
rant, intulerunt; qui tunc poſt ſeditionem commiſſam
rſionibus indidem totam regionem obtinebant, pluri-
j; clades & damna inferebant. Admoto exercitu, & muni-
: expugnata, cùm illi in locum editum univerſi profugiſ-
pacti cum eis ſunt, ut deditis auxiliariis, armisq; traditis,
to ſe populi Athenienſis permitterent. Fide data acceptã
n inſulam eos duces (Ptychiã vocant) deportârunt, ibi,
e Athenas mitterentur, cuſtodiendos; ea lege, ut ſi quis
geret, omnes fidem violaſſe haberẽtur. Cæterùm veriti
ipes plebis Corcyræorum, ne ſi Athenas veniſſent, capi-
pplicio non afficerentur ab Athenienſibus, tale cõſilium
unt: Miſſis clanculum amicis quibuſdam, hortantur eos
n inſula cuſtodiebantur, monentq;, tanquam benevo-
a inducti, optimum eſſe, ut quàm celerrimè aufugiant: (id
cere poſſent, navem ſe prẽparaturos) eos enim præfectos
nienſium plebi tradituros Corcyrẽorum. Petſuaſiiſti, pa-
nave, poſtquam inde navigabant, excepti ſunt. ita ruptâ
,& Corcyræis traditi omnes. Operam adid non minimam
nienſium contulêre duces, ut & conſilium probabile illis
retur, & qui hoc ſternerent minore metu rem aggrederẽ-
oſtendebant enim, quãdoquidem in Siciliam ſibi eſſet e-
um, * nolle ſeiſtos ab aliis deportari, qui eũ ſibi præripe-
honorem. Traditos Corcyræi in ædificiũ quoddam ma-
m cõcluſerunt. inde eductos vicenos, vinculis inter ſe cõ-
os, traduxerunt per duos ordines armatorum utrinq; diſ
torum: qui eos pulſabant & fodiebant, ut quiſq; inimicũ
n cernebat. ſi quis tardiùs incederet lictores cum flagellis
greſſi addere gradũ cogebant. Ita circiter ſexaginta viros
ctos, inſcientibus reliquis, & aliò traduci opinantibus, ne-
int. Sed ubi id à quopiam indicatum ſenſêre, tunc Atheni-
um opem implorare; & ut ipſi ſe, ſi vellent, interficerent,
re; nec jam exire quiſquam velle; negare, ingredi quenquã
n vires ſinerent, paſſuros. Igitur Corcyræi, quando nec
per oſtium vi irrumpere volebant, conſcenſo revulſoque
o ædificij, tegulis eos ſagitusq; ſupernè petebant. Adver-
hæc ipſi ſe, utcunque poterant, tuebantur: maior pars ipſ

Corcyræi, ope Athenienſium adverſæ partis homines capiunt.

Corcyræorũ in captivos ſævitia.

sibi manus intulerunt; alii sagittas, quas miserant illi, ji admoverunt; alii se funibus strangulârunt, quos partir ctis, qui fortè ibi erant, sumpserant, partim ipsi ex vestin confecerant. ita maiore parte noctis (oppressit enim tanta calamitate) per omnes vias lethi, partim proprii empti manibus, partim superne missilibus obruti, * su tincti. Luce orta Corcyræi ipsos, in plaustra acervatin jectos, extra urbem deportârunt. fœminas in castello c captas, in servitutem redegerunt. Hoc modo, qui in t

Corcyrææ seditionis finis.

fuerant Corcyræi à sua plebe deleti sunt: quievitque ta quod ad hoc bellum, (nemo enim ex altera parte, qui a nominis esset, superarat) ingens ista seditio. Athenie Siciliam quâ priùs intenderant iter, navigantes, bell adjunctis sociis gesserunt.

Anactorium capiunt Acarnanes.

Extrema æstate, qui Naupacti erant Athenienses, & nanes, exercitum ad Anactorium (Corinthiorum ea u ad ostium Ambracii sita sinus) adduxerunt: & proditio cupata urbe, Corinthios ejecerunt; colonisque in ea c versa gente Acarnanum relictis, ipsi deinceps tenuer æstas finita.

Regis Persarum ad Lacedæmonios legatus captus.

Insequente hyeme Aristides Archippi, unus ex præfec vium, quæ tributi ab sociis colligendi causa Athenis fuerant: Artaphernem hominem Persam, ab Rege ad La monios euntem, Eione, urbe super Strymonem amner prehensum, Athenas advexit. Epistolam quam ferebat, e riis conversam literis, legerunt Athenienses. in ea ad La monios multa alia scripta fuerunt: caput erat; quæ ipse luntas, quive animus esset, non se assequi posse. nam c tos venire multos, & nullius tamē cum cæteris verba tire quòd si suam aperire mētem velint, cum hoc Persa

Artaxerxis Persarum regis mors.

rent aliquos. Artaphernem post ea Athenienses triremi phesum miserunt, & suos unà legatos. Qui cum illic auc Artaxerxen Xerxis filium mortem nuper obijsse (eo c pso tempore decesserat) domum redierunt.

Chiorum murus ab Athenienſ. deiectus.

Eadem hyeme Chii, de rebellione suspecti, novum n mandato Athenienſium demoliti sunt; quamvis fidem & quantum poterant confirmarent, non se quidquam r animo habere. Hoc modo hyems finita est, & septimus belli hujus, quod Thucydides scripsit.

Solis defectus.

Principio statim insequētis æstatis, * sol circa novil

Exulum Lesbiorum conatus.

ex parte defecit: & terra movit initio ejus mensis. Mitylenæorum aliorumq; Lesbiorum, è continente r numero digressi, contractis tum ex illa regione, tum e

pc

ſo mercede, auxiliis, Rhœtium ceperũt: acceptisq; duo-
illibus ſtaterum Phocaicorum, urbem inviolatam ſuis
erunt. inde Antandrum motis copiis, urbem proditione
ant. Conſtituerant enim cùm reliquas, quæ Actææ ap-
tur, urbes, quas Mitylenæi priùs, coluerant, * tunc ve-
enienſes tenebant, tum maximè Antandrum, liberare.
mata cùm naves ibi ædificare, ob lignorum copiam &
propinquam, poſſent: his alioq; apparatu, ſe Lesbum
opinquam infeſtare, inde Æolica quæ in continente
oppida, in poteſtatem redigere poſſe. Hæc iſtorum cõ-
apparatus erant.

æſtate, Athenienſes ſexaginta naves, & duo millia ar- *Athenienſes*
um, cum paucis equitibus, & Mileſiorum aliorumq; ſo- *Cythera in-*
auxilijs, ducib. Nicia Niceratı & Nicoſtrato Diotre- *ſulam occu-*
Autocle Tolmæi, * in Cythera miſerunt. Inſula ea eſt, *pant.*
cõſpectu Laconicæ, Maleã verſus. Lacedæmonii fini-
ætorem quotannis ab Sparta juris reddẽdi cauſſa, mili-
aſſiduum præſidium, miſſita verant: & in cæteris quoq;
uam ejus curam agebant. eò nanque onerariæ ipſorũ
ex Ægypto & Africa curſum dirigebant: & Laconicam
à maritimis latrocinijs, qua ſola parte lædi poteſt, in Si-
Creticumq; tota expoſita mare, tutiorem præſtabat. In
ſulam ubi appulerunt Athenienſium cõpiæ, decem na
n duobus millibus armatorum Mileſiorum Scandiam
m maritimum capiunt: cæteri in inſulam, quã Maleam
, egreſſi, cùm ad maritimã urbem Cytheriorum iſſent,
ſas ibi copias eorũ inſtructas paratasq; ad decernẽdum
runt. Prælio commiſſo, exiguo tempore Cytherii reſti-
fuſi inde fugatiq;, cùm in arcẽ confugiſſent, pacti cum
ollegisq; ſunt, ut omnium ſuarum rerum, extra viam,
ienſib. arbitrium eſſet. Iam antea cum quibuſdam Cy-
hac de re Nicias egerat. itaq; etiam celeriùs ac minore
, tum præſens negotiũ, tum cætera deditio, cõfecta eſt.
tios enim Athenienſes, quòd & Lacedæmonii erant, & *Athenienſ.*
n adeò vicinam Laconicæ tenebant, expulerũt. Poſt fa- *Lacedæmo-*
leditionem, Athenienſes occupata Scandia, oppido jux- *niorũ agros*
um ſito, & præſidio Cytheriis impoſito: in Aſinam inde *populantur.*
niſerunt & Helos, aliaque plurima ad mare pertinentia
xcenſionibusq; factis, & caſtris quà opportunum vide-
poſitis, regionẽ dies fermè ſeptem perpopulârunt. La-
nonii licet eripi ſibi Cythera ab Athenienſibus viderent
uam quoque ſimiliter regionem egreſſuros crederent:
am tamen univerſas ipſis copias oppoſuerunt; ſed per

regionem in præſidia multitudinem, ut cuiq; loco era
diſtribuerunt. de cæteris quoque rebus ſoliciti intentiq.
Lacedæmoniorum cõſternatio. ne quis motus præſentem rerum ſtatũ turbaret timent
enim magna admodum inſperataq; clades ipſis in inſi
illata. ad hæc Pylo occupata & Cytheris, cùm undiqua
repens inexſpectatumq; circumſtaret bellum: eò res d
ut præter morem ſuum equites inſtituerent quadringe
ſagittarios. Ad cætera belli munia, ſi unquam aliàs, t
gnes extiterunt: quòd præter conſuetam ipſis bellanc
nem, navali certamine contendere cogerentur; idq; a
Athenienſes, qui ſi quid inexpertum reliquiſſent, ob ic
ſe ſua expectatione fruſtrari putabant. Simul fortuna, c
eò multa exigui temporis ſpatio, præter hominum op
varia verat, ingenti animos pavore metuque perculer
ſemper metuerent, ne in ſimilem, qualem in inſula acc
incideret calamitatem. Itaque jam timidiùs ſegniù
prælium ire, & quid quid aggrederentur infauſtum ina
tumque futurum credere: propterea quòd ſemel ipſos
fefelliſſet, inſuetos priùs omnis adverſæ fortunæ. Qua
Athenienſibus maritimos urentibus agros, ut ad quod
ſidium excenſiones fiebant, ut plurimum quieti erant
lis numero ſe & robore tantis copiis impares ducentib
dium unum, quod circa Cortytam & Aphrodiſiam fu
catum, impetu in vagantem temerè levem armaturan
cùm trepidationem ipſis injeciſſet: interventu legioni
rum ſe, amiſſis aliquot ſuorum armisque recepit. Athe
Athenienſes Thyream capiunt. Æginetas incolas periimunt. poſito trophæo, navigârunt Cythera. unde Epidauru
vocant, Limeram delati, perpopulata agri parte, Thyr
niunt. Id oppidum in confinibus Laconici & Argivi ag
nuriam vocant regionem) ſitum, Lacedæmonii Ægin
ulibus habitandum dederant; tum propter merita in
pore terræmotus tumultusque Helotum, tum quòd et
imperio Athenienſium degẽtes, ſecum ſemper ſenſiſſ
propinquantibus Athenienſibus, Ægineta, relicta q
mare extruxerant munitione, in ſuperiorem, ubi etia
tabant, urbem conceſſerunt. ea decem ſtadia ab ma
Præſidiarii Lacedæmonii, quibus ea ora tuenda da
quique etiam in munitione facienda ipſos adjuvâran
muros ſe, licet obſecrãtibus Æginetis, recipere nolent
ſine periculo mœnibus ſe includi non poſſe cenſeban
tiora loca conceſſerunt, ibique, haud pares ſeſe hoſtil
permanſerunt. Interim appulſi Athenienſes, univerſ
his Thyream copiis aggreſſi capiunt: direptaq; ea &

Æginetas qui non præliantes ceciderant, ſecum Athenas, unà cum præfecto Lacedæmonio, qui apud ipſos fuerat, devehūt. Tantalus is erat Patrocli. ſaucius, in manus ipſorū vivus pervenerat. Præter hos etiā Cytherios quosdā abduxerunt, quos tutùs iudicabāt aliò trāsferri. Itaq; hos Athenienſes decreverūt in inſulas deportandos: reliqui Cytherii agrū ſuū tenerent, ſtipendiūq; penderent quatuor talenta. Æginetas omnes captivos, ab inveterato odio, necari jusſerūt: Tantulum, cū reliquis Lacedæmoniis in inſula captis in vinculis placuit haberi.

Eadem æſtate, in Sicilia primùm inter Camarinenſes ac Geloos inducię factæ. inde etiam reliqui Sicilienſes, legatis ab cunctis civitatibus miſſis, in concilium convenerunt, ſi quæ concordiæ iniri ratio poſſit, conſultantes. Multis in utranque partem ſententiis dictis, jurgantibusq; aliis, aliis injurias ſibi factas querentibus: Hermocrates Hermonis Syracuſanus, qui præcipuus hujus conventus fuerat auctor, hujuscemodi habuit orationem: * Neq; infimæ civitatis, Sicilienſes, neque jus quæ maximè belli cladibus ſit debilitata, civis ego, verba apud vos facturus, eam ſententiam, quę mihi videtur optima & univerſæ Siciliæ utiliſſima, exponam. * Ac primò in bello quæ difficultates, * quid mali inſit, quid opus eſt plubus apud haud ignaros earum rerum memorare? neq; enim quisquam * aut imperitia ad id ſuſcipiendū adigitur, aut meu, ſi qua potiundi ſpes affulſit, abſterretur. atq; ita fieri ſolet, ut aliis emolumenta periculis longè majora videantur; alii diſcrimini committere malint, quàm in præſentia leve aliquod accipere detrimentum. Vtriq; autem quādo hæc alieno ſpore faciunt: tunc hujusmodi ad compoſitionem concordimq; adhortationes utiles ſunt. nobis quin ēt in præſentia, ſi os permoveri patiamur, plurimū poterunt prodeſſe. * Primò nanq;, cùm quisq; privatim res ſuas optimè cōſtituere velt, ad bellū coorti ſumus: nunc iterū diſceptando altercanoq; in gratiam redire conamur: rurſus, ſi nō quisq; quod ſibi quum videatur tulerit, ad arma infeſti redibimus. Cæterùm, quid ſanæ mentis nobis eſt, ita ſtatuamus oportet; non * de ivatis tantùm ſingulorum rebus conventum hunc agitari: ſed qua via univerſam, ut mea fert ſententia, Siciliam ab thenienſium inſidiis ſalvam præſtare valeamus. ut non tam ratio mea vos componere atque in gratiam debeat redure, quàm Athenienſes: qui cùm ſint potentiſſimi omnium ræcorum, noſtra errata ſtudiosè obſervant, paucisq; navias adventare, & ſub legitimo ſocietatis titulo, inſitum odiū ſua commoda callidè dirigere, ſolent. Nam quādo nos bel-

Sicilienſium conventus.

Hermocratis de pace oratio.

» lum movemus; & iſtos, qui etiam non vocati venire ſolent
» accerſimus; & clades ipſi nobis propriis ſumptibus inferimus;
» illisq; aditum & viam ad imperiũ pandimus: cui dubium eſt,
» quin ſi nos debilitatos confectosq; viderint, maiore adventu
» tes claſſe, hęc omnia ſuæ adijcere ditioni ſint conaturi? Enim-
» verò longè ſapientiùs ageremus, * ſi tũc ſocios accerſeremus,
» & pericula ſubiremus, quando aliena in poteſtatem cupimus
» redigere, non quando noſtræ ipſorũ res in diſcrimine ver-
» tur. Siquidem ea ſeditio perniciosiſſima eſt civitatibus & toti
» Siciliæ, quãdo incolis univerſis inſidiæ nectuntur, ſingulę ve-
» rò inter ſe diſſident urbes. Quæ nos reputantes, tam publicè
» quàm privatim hominẽ homini, & civitatem civitati recon-
» ciliari decet, unanimiq; ad id ſtudio incumbere, ut Sicilią con-
» ſervemus univerſam. * Nec jam illud quiſquam animo pro-
» ponat, quaſi qui noſtrum Dorienſes ſunt, hoſtes ſint Athenien-
» ſium; Chalcidenſes autem ob Ioniam cognationẽ, amici. non
» enim gentium, quæ in partes duas diſceſſerunt, ſed cupidine
» opum Siciliæ, quas univerſi poſſidemus, adveniunt. Id quod
» nunc omninò in Chalcidenſium evocatione ad certum rede-
» gerunt. qui enim nunquam jure ſocietatis operam ipſis navâ-
» rant, eis tanquã fœderis lege * promptis animis ſuccurrẽrũt.
» * Enimverò Athenienſibus, quòd hæc cupiunt animoq; moli-
» untur, ego magnam veniam habeo. neq; enim ijs qui imperã-
» di cupidine flagrant, ſed qui nimis ſunt ad imperata faciẽdum
» parati, ſuccenſeo. ſic nanq; natura comparatum eſt, ut cedenti
» imperare, invadenti reſiſtere cupiamus. Quj verò noſtrúm ho-
» rum omnium gnari ſcientesq;, nõ tamen diligenter provide-
» mus; nec quiſibet id antiquiſſimũ habet, ut quòd publicè me-
» tum omnib. præbet caveamus atq; devitemus: haud ſanè exi-
» guo labimur errore. * quo tamẽ, ſi ad concordiam animi in-
» clinent, facilè poſſumus expediri. Quandoquidẽ enim Athe-
» nienſes non ex ſua regione nobis bellum faciunt, ſed eorum
» qui ipſos acciverunt: nõ armis arma, ſed pace diſcordiam ſine
» negotio propulſabimus: quiq; vocati ſpecioſo titulo injuriam
» facturi venerũt, ij cum bona gratia re infecta diſcedent. Tale
» igitur tantumq; cõtra Athenienſes, ſi rectè ſtaverimus, com-
» parabimus bonum. * Pacem verò, quam optimã meritò cõ-
» fitentur omnes, cur nõ inter nos etiam facere cõveniat? Nam
» quis dubitat, ſive cui ſecundæ, ſive adverſæ res adſunt; quin
» pax ſit utilior bello, quæ & his expediat, & illas conſervet, ho-
» noresq; & ſplendorem atq; dignitatem minore periculo præ-
» ſtet, & alia, quæ quis (* uti de bello quoq;) multis ſanè ver-
» bis explicare poſſet? Hæc vos penſitãtes, nõ mea verba aſper-
nati

ſed de ſua potiùs quemlibet ſalute inde providere, decet. "
uòd ſi quis ſive jure ſuo ſive virib. niſus, certò aliquid cō- "
rum ſibi pollicetur: ne is, ſi ſua ſpe fruſtretur, ægrè ferat; "
videat, complures jam antea, & qui injurias aliorum ul- "
voluerunt, & qui viribus ſuis ac potentia aliquid adqui- "
poſſe ſperârunt: illos non modò vindictæ repetendæ po- "
tem nō habuiſſe, * ſed ne ipſos quidem incolumes eva- "
hos verò ut aliena adquiſiverint, tantū abfuiſſe, * ut ſua "
; amiſerint non enim idcircò ultio ſemper eſt felix, quia "
iis expreſſa, neq; robur & potentia, quoniam * cum bo- "
e conjuncta, firma exiſtunt. Vt plurimum autem ſors & "
ina in rebus dominantur. quæ cùm omnium ſint incer- "
na, tamen utiliſſima videntur. quippe dum æquali utriq; "
u tenemur, maiore nos invicem providentia aggredimur. "
inc igitur tum ob incertum rerum noſtrarum ex incerto "
lētem eventu metum, tum quia jam præſentes cernimus "
nienſes, utriq; parti timendo; ſatis jam ſuperq; tot irritis "
ıtibus ſpes noſtras caſtigatas credentes: imminentem no- "
oſtem ex noſtra regione dimittamus; ipſi verò jam eter- "
concordiam pacemq; jungamus; aut certè, ſi id diſplicet, "
ere inter nos quàm longiſſimi temporis obligati, privatas "
roverſias in aliud tempus differamus. * Enimverò, ut "
mam rem complectar, ita habeatis velim: ſi meæ ſenten- "
)btemperetis, vos ſingulos liberam ſuiq; juris Remp. ha- "
ros; ut ſine alterius arbitrio, & beneficia ſingulorum & "
eficia ex æquo honeſtè repēdere valeatis: ſin meæ oratio- "
dem nō habentes, alios audiveritis; incertum erit, an ple- "
e adverſarios poſſitis; atq; maximè voti compotes facti, "
citiam cum infenſiſſimis hoſtibus contrahetis, inimicos "
,quos non decet, vobis neceſſariō reddetis. * Atq; ego, "
iitiō dixi, ejus Reipub. civis, quæ & maxima eſt, & magis "
rt quàm arcet bellū, hoc ſuadeo: ut veſtri habita ratione, "
cem concedatis; nec ita adverſarios lædatis, ut ipſi maio- "
cladium partem trahatis: neque vana aliqua ſtultaq; in- "
is ambitione, cenſeo, me, ut conſilium meum animumq; "
ortunam, in quam ego nihil juris habeo, in poteſtate te- "
e. Cedendum autem quantum æquum eſt judico, & aliis "
ſeo hoc idem mecum faciendum, ſponte potiùs quàm ab "
te adactis. Non enim turpe eſt, prōpinquos cognatosq; in- "
em ſuperari, aut Doriēſem ab Dorienſe, aut Chalcidenſem "
nſanguineis. In univerſum autem finitimi ſumus, & inco- "
inius regionis, mari undiq; circumfuſæ, & ſub uno * Sici- "
ıſium nomine comprehenſi: qui & bellum, meo judicio, "

arbitrio permittant. Eo audito, pleriq; abiectis ſcutis, *motu manuum ſe accipere conditionem ſignificabant. Ita pactis inducijs, ad colloquium venerunt, hinc Cleon & Demoſthenes, illinc Styphon Pharacis priorum enim præfectorum primus Epitadas ceciderat; Hippagretus, qui eius locum lectus erat, vivus adhuc inter cæſorum corpora pro mortuo iacebat. hic verò * ſecundum leges tertius dux, ſi quid de illis factum eſſet, fuerat creatus. Is ubi legatos dixit miſſurum in continentem ad Lacedæmonios, percunctatum, qui ſe facere oporteat. Athenienſes nemine eorum dimiſſo, ipſi ex continente caduceatores acciverunt. Cùm bis terve percunctati eſſent, tandem qui poſtremus ad eos tranſmiſit, nuntiavit; jubere Lacedæmonios, ut ipſi conſilium ſibi capiant, ſic * ne quid turpe in ſe fœdumq; admittant. Inde ſeorſim habito conſilio, cum armis ſeſe tradiderunt. Eos Athenienſes ea die & nocte proxima in cuſtodia aſſervârunt. poſtera die, poſito trophæo, ad profectionem ſeſe parârunt, & homines illos trierarchis cuſtodiendos dederunt. Lacedæmonij, miſſo caduceatore, caſos ſuſtulerunt. * Numerus omniũ, qui in inſula cæſi, quiq; vivi capti ſunt, is fuit: Ex viginti & quadringentis, qui eò tranſmiſerant, armatis, trecenti minùs octo vivi in poteſtatem venerunt: quorum fuére centum viginti Spartiatæ. reliqui occiſi. Athenienſium, quia non ſtabili pugna collato q; pede dimicatum eſt, pauci ſunt deſiderati. Tempus univerſum, quo obſeſſi in inſula ſunt homines iſti, ab navali pugna uſque ad prælium commiſſum, dierum fuit duorum & ſeptuaginta. ex his, viginti diebus, quibus legati de fœdere ſunt profecti, alimenta eis præbita: reliquis, ijs quæ clàm invehebantur vixerunt. Adhuc etiam in inſula frumenti aliquid reſtabat, & alia cibaria reliqua. præfectus enim Epidatas minùs, quàm pro copia, ſingulis præbere ſolebat. Athenienſes Peloponneſij q; domum exercitum utrique ab Pylo reduxerunt. & Cleonis quamvis inſanæ promiſſionis fides conſtitit. intra dies enim viginti, homines, uti pollicitus fuerat, adduxit. Nihil toto hoc bello nec tã opinatum nec tam inſperatum omnib. Græcis accidit. Lacedæmonios enim non fame non ulla neceſſitate, * ut arma traderent, expugnari poſſe cenſuerant; ſed ea retinere, & quoad vires ſuppeterent pugnantes, nullum antè finem pugnæ, quàm morientes, facere. nec adeò adduci poterât, ut qui id feciſſent, ſimiles ijs qui occubuiſſent eſſe crederent. Itaq; poſtea Athenienſium cuidam ſocio, convitiandi ſtudio quærenti ex quodam in inſula captorum; ecquid viri fortes fuiſſent illi, qui ex eorum numero mortem oppetiſſent?

magni hercle, is respondit, atractum (* ita sagittam vo-
t) faciendum fore, si qui fortes essent, discernere potuis-
dicens, quemcunq; fors in sagittas aut lapides intulis-
erijsse. Postquam allati sunt. Athenienses ut in vinculis
varentur, donec aliquid conveniret, decreverunt; sin pri-
nes suos Peloponnesij invaderent, abductos interfice-
Pylum præsidio occupârunt: & Messenii ab Naupacto,
lut patriam (est enim Pylus in ea regione, quæ Messenia
ntiquitus) missis ex suis maximè idoneis civibus, latroci-
aconicam infestabant, magnisq; eam damnis & cladi-
fficiebant. lingua enim eadem utebantur. Lacedæmonii
ti ad id locorum imperitiq; latrocinii & huiusmodi ge-
belli, cùm etiam Helotes transfugerent: ne gravior ali-
in sua regione motus oriretur timentes, ægrè id valdè
» atq; tuentur. Adverſus hos autem, qui non vicinis, ſed
» diſſitis, ſervitutis jugum imponere tentant: quomodo n
» tremam quanq; dimicationem ſubire oportet? * Arg
» to ſunt è regione noſtri ſitu Euboëſes, & in cætera Græc
» multi: quorum qualis ſit fortuna videre poſſumus. * :
» tur habeatis oportet, alias quidem ob agrorum fines ar
» ter finitimos decertari; nobis verò in univerſum, ſi vin
» unum terminum immotum poſitum iri. ingreſſi enim
» ſtra omnia obtinebunt. tanto nobis periculoſior hor
» quàm aliorum, vicinitas. * Solent autàs qui virium fid
» lati finitimis (uti jam Athenienſes) arma inferunt. ſi qu
» eſcat, & domi modò res ſuas tueatur, paulò ſolutiore n
» aggredi; qui verò extra fines occurrit, aut etiam ſi ter
» opportunitas exigat, prior arma capit: adverſus eum
» promptis & ferocibus animis feruntur. Ipſi nobis hu
» cumento eſſe poſſunt: quos poſtquam * ad Coroneam
» do regionem, nobis ſeditionibus impeditis, obtineba
» vicimus; exinde uſq; ad præſens tempus tutam Bœoti
» violatamq, habuimus. * Horum vos memores ſenio
» oribus factis ſimilia patrare decet; juniores verò par
» ſuorum, fortiſſimorum eo tempore virorum, non dede
» virtutem. Nihil proinde dubii, quin ipſe nobis Deus
» ſit futurus, cuius templum ipſi nefando ſcelere commu
» tenent, qui nobis ſacrificantibus læta omnia proſpera
» tendit: his obviam eamus, doceamusque ut ab aliis, in
» ad reſiſtendum ſuam expleant cupiditatem; ab iis ver
» ita à majoribus didicerunt, ut res ſuas Marte aperto pr
» ab ſervitute vindicent, & aliena non præter fas eripian

Bœoti in aciem contra Athen. procedunt.

haud ſine certamine abituros. His incitati adhortatic
poſteaquam nihil detrectabant, quin irent in Athen
Pagondas haud cunctanter exercitum movit. Inclinab
dies. itaq; cùm jam haud procul hoſtes abeſſent, caſtri
eo, ubi collis interjectus conſpectum mutuum interſeq
poſitis, ad pugnam milites parare atque inſtruere cœpi
pocrates circa Delium accepto de adventu Bœotorun
tio, ad exercitum mittit, aciem inſtruere jubet. mox & i
erat; relictis ad Delium circiter trecentis equitibus, qu
præſidio eſſent, ſi qua eò vis fieret, ſimul contra Bœoto
pore opportunè capto, in pugna adeſſent. Bœoti opp
qui eis reſiſterent, poſtquam ſatis omnia . . . rata vid

tur: transmisso colle, arma expediunt; instructi suis ordinibus, eo modo prælium erant inituri. * Erant gravis armaturæ septem millia; levis autem plus decem: equites mille quingenti cetrati. * Dextrum cornu Thebani cum sociis ducebant: medij Hilartij erant, Coronæique cum Copæensibus aliisque * paludis accolis: Thespienses Tanagræique & Orchomenii ab sinistra locati. equites utrinque & levis armatura ab cornibus erāt positi gravis armatura Thebanorum quinûm vicenûm militum ordines habebat. reliqui, ut cuique obtingebat. Sic Bœoti constiterant. Apud Athenienses octonûm militum ordinibus universa armatorum, * quarum haud pauciores hostibus erant, acies firmata fuit equites in utrunque cornu divisi. Leves milites neque tunc justis armis instructi aderant, nec etiam in urbe. qui verò in expeditionem unà exierunt, ut numero adversariis multò plures erant, ita inermes pars major secuti, universis ab urbe civibus peregrinisque excitis: qui ubi semel domum versus iter sunt ingressi, nullus eorum prælio, præter paucos, interfuit. Instructis utrinque copiis, cùm jam concursuræ acies essent, Hippocrates imperator ordines circumvectus, his vocibus milites est adhortatus: Paucis verbis, Athenienses, apud viros fortes opus est. æquè enim valent, & magis commonefaciunt, quàm exhortantur ad virtutem. Nullius igitur animo obversetur, quasi minùs conveniat, in aliena terra tam ancipitis discriminis aleam subire. in hac enim de nostra regione certamen est futurum: ubi si nos victores simus, non unquam postmodùm Peloponnesii, in nostrum sese agrum sine istorum equitatu committent. Quocirca cùm unius discrimine pugnæ, & hostilem terram obtinere, & patriam metu liberare possitis: ite adversum istos, ut dignum ea civitate est quam * principem Græcorum suam quisque patriam jactat, ut patribus vestris, * qui istis in Oenophytis duce Myronide victis, Bœotiam olim obtinuêre. Hæc adhortans cùm medium fermè agminis obisset Hippocrates, ad plerosq; autem nondum perveniisset: Bœoti, Pagonda celeriter cohortāte, & signa ab sua parte canente, ex colle decurrunt. Pergunt contrà & Athenienses, citatoq; in eos cursu feruntur. Itaque quamvis extremæ utriusque agminis acies, torrentibus impeditæ, ad manus non pervenerint: asperum tamen cæteri contraxêre certamen, umbonumque incussione se invicem urgebant. Iam sinistrum Bœotorum cornu usq; ad mediam aciem prostraverant Athenienses. itaq; tum in alios ab ea parte, tum maximè Thespienses, impetum fecerunt: & cùm non tu-

Athenienſiū acies.

Hippocratis Athenienſium ducis ad ſuos cohortatio.

Prælium inter Athenienſes & Bœotos.

luſſent impreſſionem ipſorum adverſi hoſtes, jam orbem volventibus ſe circumfuderunt. Multi ibi Theſpienſium continùs præliantes ceciderunt quidam etiam Athenienſes, turbatis dum hoſtes circumeunt ordinibus, ſe mutuò non agnoſcentes cædebant. Fuſi igitur ab hac parte Bœoti, ad eam partem pugnantium aciem ſeſe receperunt. Ab dextero verò cornu diverſa erat Athenienſium fortuna. ibi enim ipſi Thebani pugnabant, paulumq; demotis gradu hoſtibus, acriter inſequebant. Fortè Pagondas duas equitum turmas ſiniſtro, quod laborabat, cornu ſubſidio circa collē occultè miſerat. hi cùm repente apparuiſſent, alteri quoque Athenienſium agmini, quod vincebat, (novum enim exercitum adventare putabāt) terrorem intulêre. Igitur cùm utrinq; & ab hiſce & ab Thebanis magno impetu ſe inferentibus, vergerentur: * in fugam effuſus univerſus exercitus Athenienſium, alii Delium & mare petebant, alii Oropum; quidam ad Parnethum montem, ut cuique ſpes erat ſalutis, fugiebant. Bœoti inſecuti, maximè equites, & Locri qui jam cōfecto prælio advenerāt, terga cædebant. nox tamen ſuperveniens cùm finem inſequendi feciſſet, facilius maior pars fugientium evaſit. Die inſequente, qui Oropum quique Delium confugerant, domum, præſidio ibi (id enim nihilo minùs tenebant) relicto, abierunt. Bœoti poſito trophæo, qui ſuorum cæſi erant ſuſtulerunt, hoſtiumque ſpolia legerunt. inde præſidio relicto, Tanagram receſſerunt; intenti, ſi quo modo Delium adorirentur. Caduceatori Athenis cæſorum tollendorum cauſſa miſſo, Bœotius obvius caduceator factus, ab itinere avertit; negans quidquam eum, antequam ipſe rediſſet, * effecturum. Is ubi pervenit Athenas, ex mandato Bœotorum Athenienſes accuſavit, quòd præter fas & æquum inſtituta legesq; Græcorum ſolviſſent. id enim ab omnibus hactenus obſervatum, qui aliorum regionem cum armis ingreſſi eſſent, uti * templis in ea temperarent. At ipſos Delium communitum habitare, cunctaq;, quæ in loco profano ſolent homines facere, ibi fieri. aquam, quā ſacram religiosè habuerint, nec niſi ad manus in ſacrificiis abluēdas uſurpârint, in alios profanos uſus converti. Itaq; Bœotos, tum deum ſua cauſſa, obteſtantes Apollinem cæteraque affinia numina, ipſis denunciare; ut ablatis ſuis rebus, fano excedant. Secundum hęc verba caduceatoris, Athenienſes, ſuo ad Bœotos caduceatore miſſo, ajunt: ſe neq; jam fanum ulla ratione violaſſe, nec poſthac quidquam in eo peiùs ſciētes volentesq; facturos. neque enim initiò idcircò ingreſſos, ſed uti commodiùs inde hoſtes ſuos oppugnarent. Hoc autem jus eſſe omnium Gra-

benienſium fuga.

toti Delii Athenienſibus reſtituunt.

um Græcorum; ut quicunq; regionem aliquam, ſive magna illa ſeu parva ſit, armis obtineant; penes eoſdem templorum quoq; ſemper jus ſit: quæ ipſi colant, prout conſuetudo exigit, & etiam poſſint. Ipſos Bœotos, & multos præterea, qui aliis vi regione pulſis, ipſi eam teneant, alienis primò fanis manus admoventes, ea jam propria ſibi vendicare ſe quoq; ſi plus de ipſorum regione occupare poſſint, id ſanè facturos * nunc autem in qua parte ſint, ſe haud invitos eſſe, & tanquam de ſuo neutiquam ceſſuros. * Quod ad aquã illam, ea ſe neceſſitate compulſos uti: quã non ipſi ſua temeritate culpave * contraxerint; ſed dum illos, qui priores agros ſuos invaſerint, ulciſci cupiant, ad utendum illa ſe per vim cogi. Omninò autẽ credibile eſſe, quidquid aliquis bello alia ve neceſſitate aut iniquitate coactus faciat, * id veniã etiam apud deos mereri. etenim invitis delictis ab aras perfugium eſſe, & ſceleris nomẽ iis imponi, qui nulla neceſſitate cogente flagitioſi ſint, non qui adverſis caſib. ad audendum aliquid compellantur. Multò verò minùs piè ipſos facere, qui cæſorum corpora pro templis reddere velint, quàm qui nolint templorum permutatione res ſuas recuperare. Ad extremũ, miſſis ambagibus, ſibi reſponderent: alioqui non diſceſſuros ex agro Bœotorum. neq; enim in ipſorum agro eſſe, ſed in eo quem ſuis armis parárint: more tamen maiorũ cæſos ſe fide pacta tollere velle. Ad ea Bœoti: * ſi igitur, reſpondent, in Bœotia ſint, ut digreſſi ex ſuo agro, auferrent quæ ſua ſint; ſin in ſuo agro, eos quid faciendum ſit haud ignorare. rati nimirum, Oropiam, in cuius finibus cæſi in prælio jacebant, ſub Athenienſium quidem eſſe imperio, non tamen eos ſe invitis recuperaturos. Itaq; cùm nihil paciſci de ipſorũ, ut aiebant, agro vellent: quod verò ad ſuum, cõveniens eſſe reſponſum, ut digreſſi reciperent, ſi poſtularent: caduceator Atheniẽſium, auditis iis, re infecta diſceſſit. Bœoti extẽplò jaculatores et funditores ex ſinu Maliaco accerſunt, accedebant, qui ipſis poſt pugnam venerant auxilio, Corinthiorum duo millia gravis armaturæ, et qui ex Niſæa diſceſſerant præſidiarii Peloponneſii, unà cum Megarenſibus. Cum his ad Delium moverunt, munitionesq; oppugnárunt. Tentárunt eas cùm aliis modis, tum machinam unam, qua et captum eſt, admoverunt, in hunc modum factam: Antennam benè magnam in duas diſſectam partes cavárũt, rurſusq; veluti tibiam accuratè compegerunt. in ejus capite lebetẽ catenis religárunt: in quem ab antẽna fiſtula protendebatur ferrea, ligno etiam ejus ex magna parte ferro munito. Hanc machinã ex remotiore loco plauſtris impoſitã, muro, quà maxi-

Bœoti Delium oppugnant.

Machinæ Bœotorum

me ex vitib. lignisq; conſtructus erat, admoverũt. Vbi appropinquaſſet, follib magnis ad caput antennæ ad ſe verſum impoſitis, flabant: ſpiritus aũt cùm arctè means in lebetem, prunis ſulphureq; & pice repletũ, perveniſſet, ignẽ ingentẽ accẽdit: quo ad murũ perlato, cùm nemo in eo durare poſſet, relictoq; eo fugã capeſſerent, munitiones ſunt occupatæ. Milites qui in præſidio fuerant, alii cæſi ſunt: ducenti verò capti. cætera multitudo navib. cõſcenſis, domũ devecta eſt. Delio ſeptimo decimo poſt pugnã die recepto, cùm paulò poſt Atheniẽſium caduceator, ignarus quæ facta eſſent, cæſorum cauſa redijſſet: reddiderunt eos Bœoti, nihil tale ampliùs reſpõdentes. Cæſi ſunt in pugna, Bœotorum paulò minùs quingenti, * Athenienſium minùs mille cum Hippocrate imperatore; levis verò armaturæ & lixarum calonumq; magnus numerus.

Delium capitur.

Demoſthenes à Sicyonijs cladem accipit.

Paulò poſt hanc pugnam, Demoſthenes, poſteaquam ei ad Siphas naviganti ad irritum cecidit proditionis ſpes: exercitu navibus impoſito, * Agræorumq; & Acarnanum & Athenienſium quadringentos armatos ducens, in Sicyoniorum orã excenſionem fecit. Sicyonii priusquam omnes appellerent naves occurrunt: fuſisque & fugatis qui jam egreſſi erant, ad naves eos, cæſis aliis, aliis captis, compellunt. inde trophæo poſito, cæſos per pactionem reddiderunt.

Sitalcis Triballis cæſus.

Per eosdem dies quibus ad Delum geſta res eſt, Sitalces Odryſarum rex, Triballis bellum inferens, acie victus, occubuit. In ejus locum Seuthes Sparadoci, fratris illius filius, ſucceſſit, imperavitque Odryſis, & cæteræ, quam ille tenuerat, Thraciæ.

Braſidas cõtra Amphipolin ducit.

* Eadẽ hyeme Braſidas, adjunctis qui juxta Thraciam erãt ſociis, ad Amphipolim, Athenienſium ſuper Strymonem amnẽ coloniam, movit. Locum eum ubi nunc urbs viſitur, priùs aliquãdo Ariſtagoras Mileſius, pulſus ab rege Dario, voluerat habitare, cum Edones pepulerũt. Inde poſt annos duos & triginta, Athenienſes decem millia colonorum, tum ex ſuis, tũ aliis qui volebant, miſerunt: quos ad Drabeſcum Thraces delevere. Vndetricesimo poſtea anno redeuntes Atheniẽſes, Agnone Niciæ deductore miſſo, urbem illã (Novem viæ priùs vocabatur) pulſis Edonibus, condiderunt. Eion eis tunc receptaculum erat: quo ipſi emporio utebantur maritimo. ea ad oſtiũ fluminis ſita eſt, quinq; & viginti ſtadia diſtans ab hac urbe: cui Amphipolin Agnon nomẽ fecit; quòd ab utroq; latere mœnia præterlabẽte Strymone amne, ut undiq; clauderetur, longo muro flumen, quà dividebatur, junxit: eoq; conſpicuã & mari verſus & continentem condidit urbem. Ad eam tunc

ab Arna

Arna Chalcidica urbe movens exercitum Brasidas, sub oc-
sum solis ad Aulonem Bromiscumque, quà Bolbe palus in
re editur, pervenit. ibi cœnatus, nocte iter fecit. Tempestas
t fœda, nive etiam mista. eò magis ipse properare, ut ne cui
nphipoli adventus suus, præter proditores, innotesceret.
ant enim ibi coloni quidam ex Argiliis, (Andriorum hi sũt
loni) & alii qui partim ab Perdicca, partim Chalcidensibus,
lucti, consilia hæc unà struebant maximè Argilii, qui & vi-
i erant, & semper suspecti Athenienſibus, huic urbi insi-
bantur. ac postquam apparuit occasio, Brasidasque venit;
ia jampridem cum suis, qui ibi cives erant, de urbe tradenda
erant: ipsi tunc intra mœnia eum receperunt, & relicta A-
nienſium societate, eadem nocte exercitum ad caput pon-
, qui flumini impositus erat, deduxerunt. abest oppidum
lò longùs ab hujus transitu: nec, uti nunc, murus ibi erat:
vum tantùm præsidium excubabat, quo leviter dejecto,
sidas, juvante tum proditione, tum etiam tempestate, im-
viso impetu pontem capit: transmissoque eo, extemplò in
estate habuit omnia Amphipolitanorum, qui extra urbem
itabant, * omnemque regionem. Ea res cùm nec opina-
llis subitaque accidisset, multiq; foris capti essent, quidam
ra muros refugissent: vehementer Amphipolitani trepidâ-
it; omnibus insuper metu mutuo & diffidentia suspensis.
unt, si Brasidas non statim ad prædam milite dimisso, ad
em protinùs duxisset, capi eam potuisse. tunc inhibito ex-
itu, per populatus ea, quæ extra urbem erant, posteaquam
il à proditoribus, ut expectaverat, motum est, quievit. In-
im qui aversabantur proditionem, numero proditoribus
eriores, cùm tenuissent, ne protinùs portæ aperirẽtur: mit-
cum Euclee præfecto, ab Athenienſibus impositò urbi,
alterum ducem in Thracia, Thucydidem Olori, qui hæc li-
s mandavit; auxilium orantes. Circa Thasum is tunc erat
sula est, Parioru colonia, ab Amphipoli dimidiæ circiter
i navigatione distans) itaque ubi id accepit, confestim ad-
ita celeritate, septem, quæ fortè aderant, navibus exivit;
ximè quidem Amphipolim, quàm traderetur, præcipere
dens, sin minùs, Eionem tamen præoccupare. Inter hæc
sidas, veritus tum navium ab Thaso adventum, tum quia
liebat, Thucydidem in ea Thraciæ parte auri officinas
ssidere, eaque causſa ibi præpotentem: maximè contende-
; urbem, si fieri posset, priùs occupare; ne eo veniẽte, mul-
ido Amphipolitanorum eum ex maritimis locis & Thracia
ractis auxiliis, urbem defendere posse sperans, nõ ampli-
ùs ad

Argilii ad Brasidam deficit.

Brasidas agrum Amphipolitanorum occupat.

Thucydides Historicus.

ùs ad deditionem inclinaret. Itaq; faciles proposuit conditiones, edixitq;; qui Amphipolitanorum, quique; Athenienſium in urbe, vellent retentis ſuis rebus æquali cum cæteris jure civitatem habere, manerēt; qui id nollent, ii abirent, & res ſuas quinq; dierum ſpatio exportarent. Hoc audito, multùm conversæ ſunt hominum volūtates: inprimis quia pauci ibi Athenienſes cives, reliqui omnes convenæ erant. multi præterea foris intercepti propinquos in urbe habebant: & ipſi edictū, metu interprete, haud iniquum judicabant; Athenienſes quidem, quoniam exire cupiebant, rati, haudquaquam par ſibi cum cæteris propoſitum diſcrimen, nec maturum ſatis auxilium ſperātes; reliqua vero multitudo, quia jure civitatis æquo non arcebantur, periculoq; præter ſpem liberabantur. Itaque jam propalàm celebrantibus defendentibusq; id iis, qui cum Braſida egerant quoniam & multitudinis verſos animos, nec præſentis præfecti Athenienſis dicto audientem eſſe, cernebant: fit deditio, iisq; quas edixerat ille conditionibus recipitur. Sic tradita urbe, Thucydides cum navibus eadē die, paulò ante occaſum ſolis tenuit Eionem. Quòd niſi tam celeriter naves advolaſſent, Braſidas, qui jam capta Amphipoli noctu aggredi Eionem ſtatuerat, prima luce eam in poteſtate habuiſſet. Tunc verò ille Eione præparatis inſtructisq; omnibus, ut & in præſentia, ſi veniret Braſidas, & deinceps tuta eſſet, recipit eos quibus ſecundum pacta urbe excedere placebat Braſidas ad Eionem multis navigiis ſecundo ſubitò defluens amne, ut murum qua prominebat caperet, eoq; aditū navibus patefaceret; ſimul etiam ab terra aggreſſus: utrinq; repulſus eſt. Inde quæ ad Amphipolin pertinebant præparavit, Myreinū deditione accepit, Edonicam urbem, Pittaco Edonum rege ab liberis Goaxis & Braure uxore perempto: & paulò pòſt Gapſelon & Oeſymen, Thaſiorum colonias. eas Perdiccas, cùm recēs captis ſuperveniſſet, firmavit. Capta Amphipoli, magnus Atheniēſeis metus inceſſit, tum ob intignem quam inde habuerant, utilitatē (nam & ligna ad naves ædificandas, & magnos pecuniarū reditus dederat) tum verò quòd uſq; ad Strymonē amnem, Theſſalis tranſitum in ſocios largientibus, Lacedæmoniis via patefacta eſſet. Ad hæc ponte nondum occupato, cùm ſuperioribus locis lato alveo diffuſum flumen, ad Eionem triremiū cuſtodia eſſet non videbātur * pgredi potuiſſe: id verò jam parvi operis factū putabāt. Simul cura inerat, ne ſocii ad defectionem inclinarent. Braſidas enim tum in aliis ſeſe moderatū gerebat, tum ubiq; in ſermonibus ſe Græciæ * liberādæ cauſſa miſſum prædicabat. Itaque urbes

Amphipolis Braſidæ ſeſe dedit.

Thucydides Braſidam ab Eione repellit.

Braſidas qualem motum in Athenienſi ſocios fecerit.

que urbes Athenienſium ſubditæ, poſtea quã audierunt, quomodo Amphipolis capta: quomodo cum ea actũ eſſet; quàm ipſe humanus facilisq; : vehemẽter animis ad res novãdas sũt erectæ, miſſisq; clàm adipſum legatis, admovere copias juſſerunt: ac primus quiſq; deficere velle. quippe & impunè id ſe facturos credebant; ignari virium potentiæq; Athenienſiũ, quòd tanta eſſet, quanta poſtea comperta eſt. Itaq; cupiditate potiùs cæca, quàm providentia cauta, in rebus judicãdis utebantur. * quò enim cupiditas agit, eò præcipites ſpe inconſiderati ruere homines ſolent: quod averſantur, conſilio imperioſo aſpernari. Simul Athenienſiũ ab Bœotis nuper accepta clades, & * verba Braſidæ ſpecioſa parumq; vera, quòd ad Niſæam cum ſolis ſuis copiis congredi nõ eſſent auſi Athenienſes: animos ipſis inflabant, ut non crederẽt, quenquã obid arma ſibi illaturum. Ac quod maximum eſt, * quia in præſentia jucundũ videbatur, & quia tunc primùm ſtudii Lacedæmoniorum periculũ erant facturi, omni modo diſcrimen ſubire parati fuerunt Qua re cognita, Atheniẽſes cuſtodes præfectosque in urbes, quantum temporis brevitas & hyems patiebatur, dimiſerunt. Braſidas aũt milites ſibi plures Lacedæmone mitti petebat: ipſe triremes in Strymone inſtituit ædificare. Cæterùm ab Lacedæmoniis tum principum invidia, tũ quòd ſuos in inſula captos redimere, & bellum componere malebant, nihil ei ſubminiſtratum eſt.

Braſidæ in Actam expeditio.

Eadem hyeme, Megarenſes longos ſuos, quos Athenienſes occupaverant, muros à fundamẽtis proruerunt. Braſidas autem poſt captam Amphipolim, adjũctis ſociis, ducit in regionẽ quam Actã vocant. ea eſt introrſum ab * regia foſſa retracta: inq; extremo ejus Athos mons celſus ſitus in Ægæũ mare vergit. Oppida habet, Sanam Andriorũ coloniam; quæ juxta ipſam ſita foſſam, Euboœq; mare ſpectat. prꝛterea Thyſſum & Cleonas, & Acrothoos, & Olophyxum, & Dium. Barbari eas homines colũt, * bilingues variiſq; ex gentib⁹ miſti: pauci quidã ibi Chalcidici ſunt generis: plerique Pelaſgici, corũ qui aliquando in Lemno etiam & Athenis Tyrrhenorum ſedes habuerunt. Biſaltici item Creſtoniciq; & Edones. parva hi omnes oppida habent: quorum pleraq; imperiũ acceperũt Sana Diumq; portas clauſerunt. itaq; ſubſtitit cum exercitu. Sed poſtquam eos agrorum populationibus nõ poterat adigere ad parendũ, extemplò ad Toronen Chalcidicã urbem, quæ ab Athenienſibus tenebatur, ducit. Accerſierant ipſum pauci quidã homines, urbem tradere parati. Quo cùm paulò ante lucẽ peryeniſſet, ad templũ Caſtoris Pollucisq; à tribus omninò

Braſidæ ad Toronen mo vet.

omninò ſtadiis, cum exercitu cõſedit. Nihil huius reliq
ronæi, nec Athenienſes qui in præſidio erant, ſciebãt
rò cũ ipſo egerant, quòd venturũ noverant, egreſſi clà
ci quidã, adventũ operiebantur. Vbi adveniſſe acceper
cum in urbẽ deducunt 7. viros, pugionibus leviter ſucc
tot enim modò, cùm 20. primùm ad id deſtinati fuiſſe
gredi nõ pertimuerunt, Lyſiſtrato Olynthio duce. Fur
tur per murum quà mare ſpectat introgreſſi, aſcendunt
tiſſimo loco (urbs colli eſt applicata) præſidiũ erat. qu
fecto portulã Canaſtræum verſus aperiunt. Braſidas p
progreſſus, ipſe cum cæteris copiis quietus, 190. cetrat
mittit; qui ſi quæ porta aperiretur, & ſignum ex com
tolleretur, primi irrumperẽt. Profecti, cùm traheretur r
rabundi quid fieret, propius urbẽ paulatim accedebant
næi verò in urbe, ſe cum iis quos introduxerant ad cæt
rabant: ac poſtquam portulam, & eas, quæ ad forum ſu
revulſã, aperuiſſent; primò per portulam quoſdam in
ſerunt, ut & ab tergo & ab omni parte cæteros oppida
gnaros omniũ, nec opinato percellerẽt pavore. inde ſ
ſigne, ut juſſi erant, dederunt, & quæ ad forum ſunt port
quos cetratos receperũt. Braſidas accepto ſigno, movi
citum, & citato ad urbem curſu contendit: ingentiq; cl
ſublato, ut terrorẽ incuterẽt oppidanis, alii recta via pe
tas irrumpũt, alii per trabes quadratas, quæ muro, qui r
batur ubi collapſus erat, ad lapides ſublevandos applic
rant, pervadũt. Braſidas autẽ cum majore copiarũ part
tinùs ad ſuperiora urbis contendit, ut * altioribus occ
locis, urbem haud dubiè teneret. reliqua paſſim turba, p
nes vias ſparſa, diſcurrebat. Capta urbe, Toronæorũ pa
jor, nihil procerto quid rei eſſet ſcientes. trepidabant.
tores autẽ, cæteriq; quibus ea res placebat, ſtatim ingr
conjunxerunt. Athenienſium milites, quorum circite
foro ſomno ſtrati jacebant; cognita re, cum pauci quida
minùs congreſſi cæſi eſſent: reliqui partim terrâ, partim
bus navibus, quæ illic in præſidio erant, evaſerunt in Le
caſtellũ, quod ipſi tenebant; altiore urbis parte, anguſti
inſulæ faucibus incluſa, occupata. & Toronæorum quid
amici eódem perſecuti. Vbi illuxit, Braſidas jam penit
pta urbe, edixit; qui ex Toronæis cum Athenienſibus
giſſent, ſi egredi velint, eis & res ſuas & civitatem manſi
Athenienſeis, miſſo caduceatore, excedere cum rebus ſ
de accepta ex Lecytho, ut quæ Chalcidenſium eſſet jub
eum eam ſe relicturos negantes, inducias ſibi unius diei

Braſidas Toronem capit.

Athenienſes Præſidiarij Lecythum fugiunt.

rum tollendorū cauſſa dari petiſſent, * duos dies pactus eſt. Interea iple propinqua ædificia firmavit. idem ab ſua parte Athenienſes fecerunt. Toronæis inde in concionē vocatis, eādem, qua Acanthi uſus fuerat, orationem exorſus: haud æquū eos, ait, facturos, ſi eos qui ſecum de urbe tradenda egiſſent, deteriores ob id aut proditores judicarent. neq; enim in ſervitutē civitatē daturos, neq donis emptos, ſed boni publici & libertatis id cauſſa feciſſe. Neque invicem eorum qui expertes huiuſce conſilii fuiſſent, deteriorem futuram conditionē. quippe non civitatē ſe ullam, non civem, perditum veniſſe. Itaq; illorum quoq; cauſſa, qui ad Athenienſes confugiſſent, edictum ſe propoſuiſſe; * quòd illos, quamvis alteram amicitiam præoptaſſent, non tamen ideircò pejores exiſtimaret. Nec ſe dubitare, quin ubi Lacedæmoniorum periculum feciſſent, multò eos majore, quantò juſtiores æquioresq; ſint, benevolentia & amore ſint proſecuturi: qui nunc, quoniā ipſos non cognoverint, territi trepident. Proinde hortari ipſos, ut ſeſe omnes tanquā ſtabiles futuri ſocii expediant. idq; ſolum pro peccato ipſis imputatum iri, quod ab eo deinceps tempore delinquant: priore autem non Lacedæmonios injuriam paſſos eſſe, ſed ipſos potiùs ab aliis valentioribus; ut venia ipſi, ſiquid reſtiterint, danda fuerit. Huiuſmodi oratione erectis ipſorum animis, poſt aquā elapſi ſunt induciarum dies, Lecythum inſtituit oppugnare. Athenienſes ſe ex munitione, quāvis invalida, & pinnis domorum defendere parant. Ac prima die repulſis hoſtibus; poſtera, cùm machinam, ex qua ignem in lignea munimenta conjicerēt, admoturi eſſent hoſtes, jamque milites ſubirent: ipſi, quà maximè parte admoturos machinā conjiciebant, quaq; facilima erat oppugnatio, adverſus eam ligneam turrim in ædificio ſtatuerunt. eodem amphoras complures doliaq; & grandia ſaxa comportārunt. Cæterum multis aſcendentibus, ædificium pondere ſuperſtantium gravatum, repentè cum magno fragore diſruptū; proximis quidē Athenienſiū, qui rem cernebant, dolorē magis præbuit quàm metum: cæteri, quò quiſq; longiùs aberat, captum jam ab ea parte locum rati, fugā ad mare navesq; capeſſunt. Quod ubi fieri Braſidas vidit, defertaq; fuga hoſtium propugnacula eſſe: cum omnibus copiis aggreſſus munimenta, momento cepit, omnesque, quos ibi deprehendit, interfecit. Ita Athenienſes relicto caſtello, navibus minoris q; formæ navigiis Pallenen ſunt devecti. Braſidas, quoniam priùs quàm oppugnaret, triginta argenti minas præmiū, ei qui primus in murum evaſiſſet, pollicitus fuerat: ratus, alia quam humana ratione captum

Braſidas Toronos verbis demulcet.

Braſidas Lecythum oppugnat & capit.

ptum eſſe, eam pecuniam in fano Deæ Minervæ, quod eſt in Lecytho, depoſuit: ipſáq; Lecytho * diruta & deſtructa, ſacrum id ſolum omne fecit. Reliquum hyemis firmando quæ tenebat oppida, & cæteris inſidiando, tranſegit. ea finita, octavus annus huius belli finem habuit.

Induciæ annuæ inter Lacedæmonios & Athenienſes.

Primo veris inſequentis initio, inducias Athenienſes Lacedæmoniiq; annuas fecerunt. Nam & Athenienſes hoc modo ſperabant, non ampliùs Braſidam ad defectionem plures inducere poſſe, quàm ipſi per otiũ ſeſe inſtruxiſſent; & ſimul, ſi placerent inducię, ampliùs de conditionib. & pace jungenda acturos: & Lacedæmonii, tum iſthuc quod res erat Athenienſeis metuere rati, tum ſi quando à cladibus & laboribus reſpirarent, inclinatioribus ipſos ad jam expertã pacem animis futuros, redditisq; ſuis hominibus, fœdus in longius tempus percuſſuros, cenſebant. Eos enim viros ante omnia cupiebant redimere, dum adhuc ſecunda fortuna rem Braſidas gereret: qui ſi in majus rem perduceret, paremque ſe ipſis conſtitueret, illos quidem ſe amiſſuros, cæteros verò, qui ſibi reliqui eſſent, æquis viribus certantes, pariter ſuperaturos & periculũ adturos, cernebant. Inducię igitur inter ipſos & ſocios his legibus ſunt factæ:

Leges induciarum.

„ De fano & oraculo Apollinis Pithii, placet nobis, ut eo ſine fraude meturque, quiſquis velit, patrio ritu utatur. ita Lacedæmoniis ſociisq; præſentibus viſum: Boeotis verò id ſe & Phocenſibus pro virili parte, legatis miſſis, ajunt ſuaſuros. De pecuniis Dei operam dabimus, ut ſacrilegos perquiramus; rectè & legitimè patriis inſtituris, & vos & nos reliquiq; qui volent, omnes utamur. De his igitur viſum eſt Lacedæmoniis cæterisq; ſociis, ſi paciſcantur Athenienſes, ut matriq; quæ jam in poteſtate habent, teneant. Lacedæmonii in Coryphaſio intra Buphradem & Tomeum maneant: Athenienſes in Cytheris. commercium neq; nos cum ipſis neque ipſi nobiſcum habeant. Athenienſes in Niſæa & Minoa, nõ tranſcendant viam, quę ab portis juxta Niſum fert ad Neptuni fanum, & ab eo fano recta ad pontem in Minoam. Viciſſim neq; Megarenſes & ſocii eam viam tranſgrediantur: inſulam quoq; quam ceperunt, retineant Athenienſes; ſine tamen ullo, vel horũ cum illis, vel illorũ cum hiſce, commercio. In Trœzene, quæ nunc habent Athenienſes, prout inter eos convenit, retineant. mari, ut aut ſuæ aut ſociorũ res poſtulabunt, utantur. Lacedæmonii ſociiq; longa nave ne vehantur, niſi navigio quod remis agitur, & circiter quingentorum talentorũ pondus vehat. Caduceator, legatus, eorumq; comites, quotcunq; vel pacis faciendæ vel controverſiarũ cauſſa in Peloponneſi

Athenas fuerint miſſi, tutò terra mariq;, eunto, redeun-
Tranſfugas tempore induciarum, ſive liberi ſint, ſive ſer-
eq; vos, neq; nos recipiunto. Iudicia æqua nos vobis, &
nobis præbento. controverſa jure, non armis, dirimunto.
nobis Lacedæmonijs ſocijſq; viſa ſiunt. quòd ſi vobis his
uid honeſtius aut æquius videbitur, Lacedæmonem qui id
is ſignificent mittite. nihil enim æqui aut Lacedæmonij
ſocij repudiabunt. Quos verò miſeritis, eis liberum arbi
m date: quod & nos iubere poteſtis. Fœdera annua ſunto.
os ſcivit: * tribus Acamantis * prytaneum magiſtratum
uit. Phœnippus ſcriba fuit: Niciades fuit * Epiſtates. La-
recitavit; Quod felix & fauſtum ſit Athenienſibus, fiant
ciæ, uti viſum eſt Lacedæmonijs eorumq; ſocijs: ſpopon-
int in populi concione inducias in annum futuras. Princi-
n earum ſit hic dies, qui eſt quartus decimus menſis * Ela-
bolionis. Interea temporis legati invicem caduceatores
de pacificatione commeent. Concionem verò prytanes
eratoresq; vocent: & habito priùs de pace conſilio, de-
ant, qualis legatio de bello componendo mitti debeat.
ati autem præſentes, protinùs in concione populi ſe pa-
certò ſtaturos ſpondeant. In hæc Lacedæmonij conſen-
nt, pactiq; ſunt etiam ſocij eorum cum Athenienſibus &
um ſocijs, die duodecima menſis, quem Geraſtium Lace-
mone vocant. Spoponderunt, ab Lacedæmonijs Taurus
etimidæ, Athenæus Periclidæ, Philocharidas Eruxidaidæ:
Corinthijs Æneas Ocytæ, Euphamidas Ariſtonymi: ab Si-
nijs, Damotimus Naucratis, Onaſimus Megaclis: ab Me-
enſibus, Nicaſius Cecali, Menecrates Amphidori: ab Epi-
ritijs, Amphias Eupæidæ: ab Athenienſibus imperatores
oſtratus Dijtrephis, Nicias Nicerati, Autocles Tolmæi. Ita
uciæ factæ: quo tempore iam de maioribus fœderibus col-
uijs continuis agere cœperunt.

Per eoſdem quibus hæc agebantur dies, Scione Pellenenſis
itas ad Braſidã ab Athenienſibus defecit. Aiunt Scionæi,
Pellene ſe ex Pelopõneſo oriundos eſſe maiores nanq; ſuos
Troia navigantes, tempeſtate, quæ Achæos diſiecit, in eum
ũ delatos, ibi ſedes fixiſſe. Cùm defeciſſent, nocte ad ipſos
braſidas navigavit, * trireme ſocia præcedente: ipſe in ſcapha
riore intervallo ſequebatur; ut ſi in maius eâ incideret na-
gium, triremis ſubſidio eſſet; ſin ex adverſo triremis veni
, non contra minus ipſa navigium, ſed in maiorem navem
petum converteret, interim ſe effugere poſſe. Tranſvectus,
vocata concione, cùm cætera quæ Acanthi quæq; Toronæi

Scione ad Braſidam deficit tempore induciarum.

d vitæ, a Deis omni laude ipſos dignatos eſſe, qui cùm Pe[illegible] ob Athenienſibus ſortè ſãctemẽtibus interſ[illegible] aliter quam inſuã colerẽt: ſua ſpõte libertã ẽ[illegible], nec ignava aliqua timiditate ſe paſſi ſint impediri quo ad neceſſitas ipſis imponeretur eius boni, quod haud dubie ad ipſos proprie pertineret. Hoc argumento eſſe, eã in maximis rebꝰ alijs ſi ex voto ſucceſſiſſet, fortiter ipſos aliquid futuros. Itaq; ſe ipſos pro fideliſſimis Lacedæmoniorũ amicis habiturum, atq; omnis generis honore cumulaturum. His elati verbis Scionæi, omnes pariter ſpiritus ſumpſerũt: adeoq; quibꝰ init ò quæ fiebãt diſplicuerãt, omnes alacres ad capeſſendã bellũ ſunt facti; Braſidamq; tum in alijs honorificẽ tractãrũt. tũ verò publicè ipſũ ut Græciæ liberatorẽ aurea corona donaverunt; privatim aũt ornãrũt adierũtq; ceu victorẽ athletã. Ipſe præſidio eis in prætẽtia relicto, iterũ traiecit. inde põ multò poſt maiores copias trãſmiſit, ut Mẽdãcũ ipſis Poſidæãq; tentaret. Iã enim de proditione earũ urbium quædã cũ ipſo erant tracta. itaq; Atheniẽſes, quos opẽ ceu inſulæ laturos credebat, præverrere maturabat. Dũ ea parat, in triremi ad ipſum cũ nũtio de inducijs veniũt, ab Atheniẽſibus Ariſtonymus, ab Lacedæmonijs Athenæus Sic Toronã exercitus iterũ traiectus. Illi verò Braſidã de inducijs certiorẽ fecerunt: ratũq; habuerunt id factũ Lacedæmoniorũ omnes eorũ in Thracia ſocij. Ariſtonymus, approbatis alijs, Scionæos, quos ex dierũ ſupputatione colligebat ſeriùs deſeciſſe, extra leges fœderis eſſe aiebat. Contrà Braſidas tẽdere, quòd priùs deſciviſſent, nec è poteſtate dimittere civitatẽ. Quod ubi Athenæ nũtiavit Ariſtonymus, confeſtim expeditionem Athenienſes adverſus Scionẽ parant. Itaq; Lacedæmonij miſſis legatis, inducias ipſos violaturos dicere, & ſui iuris urbem eſſe, Braſidæ verbis fidẽ habentes, contendere. diſceptationi tamẽ ſe de eo offerre. Ipſis verò iudicio rem permittere neutiquã placebat, atq; ſine mora copias educere cupiebant, indignũ rati, eos ea tiã qui inſulas coleret, terreſtri Lacedæmoniorũ penitusque inurili confiſos robore, ad defectionem ſpectare. Enimverò multò magis id de defectione verum fuit, quàm Athenienſes urgebant. duabus enim ſeriùs diebus defecerant Scionęi. Ipſi aũt de Cleonis ſententia decretum extemplò, ut occidionẽ Scionæi delerentur, fecerunt: ſepoſitisque omnibus aliarum rerum curis, in id unum toti incubuerunt. Interim Menda, urbs in Pallene ſita & colonia Eretrienſium, rebellavit. Eam non aſpernatus eſt Braſidas, nihil ſe præter fas agere credẽs, quòd tempore inducíarum apertè & ſua ſpõte deditionem feciſſet.

Athenienſes ob Scionæ defectionem ira.

Menda ad Braſidã defciſcit.

quia

oque Athenienſcis in quibuſdam violatæ fidei in-
audaciores Mendæi erant, cùm Braſidam paratum
iliũ viderent. Scionæs quoq; argumento uſi, quã
non deſtitu iſſet. ſimul pauci, qui ea de re egerant,
inctati, tunc non ampliùs rem differre voluiſſent:
i conſilia emanarent, veluti vi multitudinem, præ-
ntiam, adegerunt. Quod ubi mox Athenas eſt
ultõ maiore accenſi ira, bellum adverſus urbem
irant. Eos aduenturos ſperans Braſidas, uxores
Scionæorum & Mendæorum Olynthum Chalci-
áſportat: ipſis quingentos gravis armaturæ Pelo-
ittit, & Chalcidenſium trecentos cetratos. Poly-
is omnibus præfecit. Illi itaque res ſuas, ut non
ris Athenienſibus, cõmuni operã adminiſtrãrunt.

Perdiccæ & Braſidæ ſe-chaia in Lyn-ceſtas expe-ditio.

interim cum Perdicca, ſecundùm expeditionẽ a
ntra Arrhibæum ſuſcipit. Perdiccas Macedonum,
:rabat, copias, & Græcorum, qui in ipſius regione
ilites duxit. Braſidas autem præter Peloponeſios
ios habebat, Chalcidenſium Acanthiorumque &
pro ſingulorum facultatibus, copias habuit. Triũ
nninõ numerũ gravis armatura Græcorum exple-
qui ſequebantur omnes Macedonum & Chalci-
rant, paulõ minùs mille. alia turba barbarorum,
merus. Ingreſſi regionem Arrhibæi, ubi Lynceſtas
tis conſediſſe viderunt, ipſi quoque ex adverſo ca-
. Pedeſtres copiæ in collibus utrinque conſtiterant.
campos interiacentes decurrentes, equeſtribus in-
ijs contenderunt. inde Braſidas Perdiccasque, cùm
ò tumulo gravis Lynceſtarum armatura cum equi-
elio decerneret, moviſſent, ipſi quoque copias edu-
elio commiſſo Lynceſtas fundunt fugantque: qui
iſſis, in loca altiora ſe receperũt, & ibi quieti manſe-
hæc poſito trophęo, duos ibi tresve dies mãſerunt;
ectates, qui ab Perdicca mercede conducti venerãt
Perdiccas, ne ſedẽdo tẽpus teterẽt, porrò ducere ad-
s Arrhibæi volebat. Braſidæ verò, quòd & de Menda
ſſet, ne ſi Athenienſium veniſſent naves aliquã cla-
ent, nec dum veniſſent Illyrij, id conſiliũ haud qua-
bat. magis ut abſcederetur, inclinabat animus. Hac
: dum occupantur, nũtiatur Illyrios deſerto Perdic-
rhibæo ſe cõiunxiſſe. horũ metu, quòd erant nõ pa-
aces, iã utrique decedẽdũ videbatur; ſed obiras &
, nihil dum, quònam intenderent iter, decreverant.

Perdiccas Braſidam deſeruit.

Nocte inſecuta Macedonum & barbarorum turba, pr
pavore(* ut ſolet in magno ſæpè exercitu nulla certa d
ſa trepidatio oriri) perculſi, quòd longè plures numer
erant, venire hoſtes, ac tantum non adeſſe credebant:
tè in fugam conſternati, domũ diſceſſerunt; ut Perdicc
mò ignarus, poſtea ubi id ſenſit, cogeretur priuſquã Bra
cõveniret (remotis enim valdè caſtris conſederant) ab

Braſidas ex regione hoſtium diſcedit.

re. Prima luce Braſidas cognito diſceſſu Macedonum, u
minere Illyrios Arrhibæumq; vidit, ipſe quoq; gravi arm
quadrato agmine inſtructa, levi in medium accepta, di
reſtatuebat. juniores, qui ad impetus hoſtiũ excurrere
ſpoſuit. ipſe verò cum trecentis delectis vltimus diſcede
gitabat, ut impetum primi agminis hoſtium ſuſtineret.
tamen, quàm in propinquo hoſtis eſſet, celeriter milit

Braſidæ ad milites co hortatio.

hortatus: * Niſi vos, inquit, Peloponneſij, tum ſociori
ga & deſertione, tũ barbarorũ imminentiũ multitudin
territos eſſe putarẽ: * haud perinde vos docere, atq; adh
inſtituiſſem. * Nunc verò de diſceſſu ſociorum, deq; h
multitudine, brevi commonitione & hortatione rem
longè maximam perſuadere conabor. * Vobis enim c
nit viris fortibus eſſe, non ſociorum ſemper copijs & a
ſed propia virtute, confiſis: * neq; aliorũ percelli mult
ne; cùm nõ talem ſinguli Remp. habeatis, ubi multitud
cis imperet, ſed potiùs pauci in multos imperiũ teneant
vos potentiam non alia ratione, quàm pugnis victricib.
paraſtis. * Barbaros verò iſtos, quos nunc, quia inexper
tuitis, * ex Macedonibus, qui pars ſunt eorũ, cognoſce
teſtis, quorum priùs arma experti eſtis · ijq;, ut mea fert
ctura, uriq. ab alijs audivi, nõ adeò terribiles ſũt futuri. N
ſtium vires, quæ revera infirmæ invalidæq; ſunt, opini
tamen præſe roboris alicuius ferunt: ſi vera de ipſis en
tur, animum quoq; adverſario adaugent. at quibus firm
ſtabilesq; vires, adverſus eos audaciùs nõ præſcius vad
ſtis. Itaq; ilti ante congreſſum, dum ſpeciem pugnæ pra
imperitis terrorem offundũt. multitudine enim terribi
clamoris magnitudine metuendi ſunt: * armorumq; ill
tatio vana, minarum quidem aliquid habet; ubi verò a
nus ventum eſt, non perinde valent. * nec enim ordin
vant, neq; pedem referre, aut loco excedere, ſi premãtu
pe ducunt. unde cùm & fugere hoſtem & invadere, apud
ſit æquè honeſtũ, nullus fortitudini locus relinquitur. P
verò in qua quiſq; pro arbitrio verſatur, maximè honeſ
dendi prætextum ſubminiſtrat & nunc niſi longè tutius

ſe

,nos ſine ſuo periculo terrere, quàm cominùs pedem "
rre,herelè antea nobiſcum congreſſi eſſent. Omninò "
quidquid iſtos facit metuendos, oculis quidem & au "
errorem offundit:revera autem nullius eſt momenti. "
inete igitur iſtorum impetus, & quando tempeſtivum "
, compoſitis ordinibus recedite:ita in tutum quampri- "
enietis:eritq; id in poſterum vobis documento, huiuſ- "
nomines,ſi primùm eorum ſuſtineas impetum, è lon- "
o tantùm minis ſe ſuam virtutẽ declaraturos iactare; "
gum vertas,ſtrenuos ipſos in fortitudine & alacritate "
oſtendenda viros eſſe. Tali oratione ſuos adhortatus "
as, movit paulatim exercitum. Id ubi conſpexerunt "
i, fugere ipſum opinantes, ut comprehenderent
ntq; * magno cum tumultu & vociferatione inſe- *Braſidas hoſtes inſequẽtes repellit.*
ir. Vt verò quacunq; impreſſionem dabant, quidã pro-
es obviam tendebãt, & Braſidas cum delectis incurrẽ-
ipiebat; primum impetum præter ſpem ſuſtinuerunt: ac
incurrebant hoſtes, reſtiterũt; ubi quieſcerent, porrò
exerunt. Itaque cùm iam in patentes campos Braſidas
æcis perveniſſet, plerique ab ijs barbarorum abſtinue-
rte autem relicta, qui in tergis hærendo ipſos laceſſe-
liqui Macedonas fugientes is citato curſu inſequitur, &
nque comprehendunt, cædunt: tranſitumq; anguſtũ
uos colles, quà in Arrhibæi regionẽ via eſt, præoccu-
ıòd non alià receptum eſſe Braſidæ videbant. inde iam
inquantem anguſtijs ut circumvenirent, ſeſe circũfu-
. Quod poſtquam is vidit, trecentis quos ſecũ habebat
m, quem occupari velit, oſtendit: eum ut effuſo curſu,
eximia quiſque celeritate poſſet, nulla ordinũ habita
eterent iuſſit; atq; inde occurrentes deijcerent barba-
riuſquam plures advenientes, undiq; ſeſe circumirent.
ora, impetu facto, hoſtes è collibus deturbant. Itaq; iã
nfeſtum reliquus Græcorum exercitus habuit iter. fu-
ıq; ex tumulis barbari, perculſi erant; neq; longiùs in-
, quòd iam in finib. eos eſſe, & effugiſſe, putabant. Bra-
ptis tumulis, iam tutiore itinere profectus, eadem die
m, primum ditionis Perdiccæ oppidum, pervenit. Mi-
rò infenſi ob diſceſſum Macedonibus, quæcunq; in via
inverunt iuga, aut vaſa, quæ ipſis, ut in nocturno &
diſceſſu, exciderant, * hæc quidem ſibi retinuerunt,
ſoluta conciderunt. Ab eo primum tempore. Perdic-
lili adverſus Braſidam animo fuit affectus: atque et-
inceps Peloponneſios odio, * quamvis inſolito nec

ex ſententia, ob Athenienſeis, cõmodi tamen ſui rat
cogente, perſequi cœpit; agitavitque, qua ratione q
mùm * cum illis in gratiam rediret, ab his vero ſe ex

Athenienſium contra Scionen & Midam expeditio.

Braſidas à Macedonia Toronam regreſſus, Mend
poteſtatis Athenienſium invenit. quare poſtquam nu
pliùs modo fieri poſſe credebat, ut in Pallenen tran
auxilio eſſet: ſubſtitit illic, Toronæque cuſtodiam e
idem quippe tempus, quo ipſe ad Lyncum fuerat, At
adverſus Mendam Scionamq; quinquaginta, ut inſtit
naveis, quarum decem Chiæ erant, miſerunt, milite
mille ſuorum gravis armaturæ; ſagitarij ſexcẽti; mill
ces mercenarij: & alij ex eius regionis ſocijs cetrati. d
cerati & Nicoſtratus Dii trephis. Hi ſolventes ab Potid
taque Neptuni appulſi fanum, adverſus Mẽdæos du
iam vnà cum trecentis Scionæorum, & Peloponneſio
xilijs, ac duce eorum Polydamida, ſeptingenti in uni
armati, caſtris ante urbem poſitis, in tumulo arduo tu
ſederant. Eum collem Nicias, cum Methonenſium
viginti levis armaturæ militibus, delectisq; Athenien
ginta armatis, & omnib ſagittarijs, caſſibus quibuſda
dere conatus: multis in de vulneribus, irrito incœpt
ctus eſt. Nicoſtratus alia via, cum reliquis copijs, coll
ninò invium longiore circuitu aggreſſus: cum ingen
datione repulſus eſt; ut parùm abfuerit, quin univerſi
nienſium exercitus victus eſſet. Itaq; eo die, cùm nih
oſtenderent Mendæi ſocijque, abſcedentes caſtra le
Mendæi nocte proxima in urbẽ ſe receperũt. Die ſequ
thenienſes ad Scionem navib. circumvecti, ſuburbiũ
& quãvis diem totum agros populati erant, nemo tra
trà exivit. nam etiam in ſeditione ipſi inter ſe oppidan
itaq; trecenti illi Scionæi nocte inſecuta domũ rece

Mendæũ capiunt Athenienſes.

Poſtera die Nicias cũ parte dimidia copiarum ad cõſi
greſſus, ſimul agros Scionæorũ populabatur. Nicoſt
cæteꝛo exercitu ad ſuperiorem portam, quà Potidæã
ante urbem cõſedit. Igitur Polydamidas (erãt in ea p
bis arma Mendæorũ & auxiliorũ intra muros repoſita
gnam ſeſe parat, & Mendæos ad exeundũ adhortatur
rò de plebe quidam ſeditioſè ſe ipſi opponens, non e
eſſe, neq; bellum gerendũ, dictitabat; repugnãsq; ab i
nu correptus, tumultum miſcebat: ira ſuccenſa plebs, a
pit; Peloponneſios, & qui cum eis diverſam partem f
invadit; territosq; tum prælio repentino, tum quòd
cuſibus. portæ fuerãt apertæ (ex cõpacto enim aliq

antur) fundunt. fuſi, qui non primo prælio cecinarcẽ quam priùs quoq; tenuerant, refugiunt. Athecerò, cum ad urbem Nicias exercitum admoviſſet, irrumpunt; & quia non per conventionem aperta cluti vi & armis captam diripiũt: ac vix à cædibus hoilitem duces cohibuerunt. Inde relicto ſolito Menſtatu, iudicium ipſos, ſi quos defectionis putarent facere juſſerunt. In arcem qui ſe contulerant, eos ibus duabus pariter partib. admare deductis, circũ, præſidiumq; impoſuerunt. Compoſitis Mendæ re- *Scionen obſident Athenienſes.*
en movent. Ibi poſtquam oppidanos cum Pelopõeſſos ante urbem in tumulo tuto munitoq; quem ent hoſtes circumvallari nequibat, conſediſſe viotis viribus conniſi Athenienſes, acie primùm conepulerunt inde caſtris poſitis, erectoque trophæo, ibus urbem circundare inſtituerũt. Hoc opere dum ur, paulò poſt qui in arce Mendæ obſidebantur auvi per ſtationem iuxta mare evaſiſſent: nocte proſque maior pars per hoſtium ad Scionen caſtra, ingreſſi.

uoq; Perdiccas, caduceatore miſſo ad Athenienſiũ *Perdiccas cum Athen. amicitiam iungit.*
icitiam cum ijs iunxit, ob odiũ Braſidæ, ex diſceſſu
n conceptũ: à quo tẽpore id protinùs cœperat agi- *Perdiccas Lacedæmoniorũ auxilia impedit.*
: tunc Iſchagoras Lacedæmonius militem Braſidæ
inere adducebat. Itaq; Perdiccas, ſimul Nicia iubẽ-
quam in ſocietatẽ veniſſet, ſpecimen aliquod firmæ
daret, ſimul ipſe Peloponneſios non ultrà in ſuam
venire volens: hoſpitibus ſuis in Theſſalia (ſemper
oribus ipſorum amicitias colebat) ſubornatis, militumque impedivit; adeò ut illi * Theſſalos ne tendem. Iſchagoras tamen Aminiasque & Ariſteus ad
venerunt, ad res inſpiciendas ab Lacedæmonijs
tis ſecum ab Sparta, * præter leges, iuventutis qui-
uibus urbium præfectura, non cuilibet de vulgo
la, mandaretur. itaque Clearidam Cleonymi Am-
pitelidam verò Hegeſandri Toronæ, præfecerunt. *Thebani Theſpienſium muros deijciunt.*
ite Thebani Theſpienſiũ muros deiecerũt, crimini
d Atheniẽſiũ partes foverẽt. Id cùm ſæpe in animo
:ũ verò facilius potuerũt; poſtquã illi quod roboris
shabuerãt, in pugna cũ Athenienſibus amiſiſſent.
iam Iunonis æstate ea templum incẽdio deflagra- *Iunonis tẽplum Argis conflagrat.*
ſe enim ſacerdos, lucernã iuxta vittas poſuerat, unpno oppreſſa fuiſſet, priuſquam ſentiret, omnia in-

cendium corripuit obtinuitque. Chryſis quia protinus ea no
cte, verita Argivos, Phliuntem profugit: ipſi aliam ſecundu
leges ſacerdotem, Phaenidem nomine, creaverunt. Annu
huius belli octavum Chryſis attigit, & nonidimidium, cum
do aufugit. Scione etiam extrema iam æſtate undiq; muni
tionibus clauſa eſt itaque Athenienſes, relicto præſidio, cum
reliquo exercitu abſceſſerunt.

Prælium Mantineorũ cum Tegeatis.

Hyeme inſequente Athenienſes Lacedæmonioſq; quieto
induciæ tenuêre. Mantinei autem & Tegeatæ & utrorumq;
ſocij, ad Laodiceam Oreſtidis acie conſtixerunt. Victoria in
certa fuit. nam cùm utrinque alterum cornu viciſſet, alterum
victum eſſet: trophæa utriq; ſtatuerunt, & Delphos ſpolia mi
ſerunt. Multis tamen utrinq; cæſis, quia incerto adhuc pugnæ
eventu nox intervenerat: *Tegeatæ ibidem caſtra ocãrunt
trophæumque extemplò poſuerunt: Mantinæi verò Bucoli
nem conceſſerunt, & poſteriùs trophæum erexerunt.

Potidæam Braſidas neq; quam tentas.

Extrema hyeme iamque adeò propinquo vere, Potidæa
Braſidas tentavit. Nocte aggreſſus, fefellit donec ſcalas a
moveret. dum enim *tintinnabulum circumferebatur, i
terim priuſquam rediret, qui tintinnabulum tradebat, ſca
ſunt admotæ. Cæterùm ubi mox ſenſerunt hoſtes, antequa
aſcenderent, ocyùs exercitum, non expectata luce abdux
Ita hyems finita eſt, & nonus annus huius belli, quod Thuc
dides ſcripſit.

LIBER QVINTVS THVCYDIDIS.

Epitome.

*Annuæ inter Lacedæmonios Athenienſesq; induciæ finitæ. De
Athenienſes ex inſula ſua eiecerunt. Cleon Athenienſis dux Toron
Galepſumq; capit: ad Amphipolin ab Braſida prælio devincitur, in
uroq; dux cecidit. Poſt hæc feſſi utrinq; cladibus Lacedæmonij &
thenienſes, pacem fecerunt. quam cùm ſociorum quidam app
bare nollent: ſeorſum Lacedæmonij cum Athenienſibus ſocietatem
cti ſunt. Contrà Corinthij & Mantinei & Elei & Chalcidenſes, c
Argivis fœdus ineunt. Scionen Athenienſes capiunt. Interim diſſ
ſione inter Lacedæmonios Athenienſesque renata, cùm Lacedæmo
quæ iam loca ex fœdere non reſtituiſſent, Bœotos contra pacta in ſoc
tatem recepiſſent: irati ob id Athenienſes, cum Argivis & Mantin
Ele*

ædus iungunt. Hi socij Epidaurijs bellum faciunt: Orchome-
nium: Tegeā oppugnāt. Eo moti Lacedæmonij, exercitu educto,
s socios, ad Manineam magna pugna devicerunt: Argivos
n societatem, faciendam adegerunt: nec multò pòst destructa
populi optimatibus Remp. subiecerūt. mox vi pulsis his, plebs
nienſium ſocietatem reverſit. Melum Athenienſes obſeſſam
runt.

A QVÆ SECVTA EST æſtate, induciæ annuæ * ad Pythiorum dies exierunt. quarum tempore Delios Athenienſes ex Delo eiecerunt, quòd eos, cùm ob vetuſtum quoddam crimen puri non fuiſſent, vitio atos cenſebāt. ſimul quia id defuiſſe rebāturin expia-a, * de qua ſuprà memoraui, quemadmodū defuncto-ulchra removerint, rectè atq; ordine ſe feciſſe puta-lij Atramytteū in Aſia, à Pharnace permiſſum, pro lu-iſq; inhabitārūt. Poſt finitū induciarū tēpus, Cleō per-theniēſiū, quadraginta cum navibus, Atheniēſibusq; ucētis, trecētis equitibus, & ſociorū maiore manu, in es Thraciæ confines navigās: Scionē primò, obſidione inſtam attigit, & militib. indidē expræſidio ſumptis, phōniorū portū, nō longè ab urbe diſtantē, pervenit. quā ex transfugis, nec Braſidam Toronæ eſſe, nec qui rent, ſatis validos ad reſiſtēdum, cognovit. copias ipſe iitinere ad urbem ducit, decē naves ad portum circū-t. Ad munitionem primò venit, quam urbi Braſidas dederat, ut ſuburbium intra mœnia concluderet, deie-illa parte veteribus muris, * unā fecerat urbē. * Eò auſſa Paſitelidas Lacedæmonius præfectus, cū præſi-id aderat accurrens, impetum Atheniēſiū excepit. cæ-ùm nec vim eorū ſuſtinere poſſet, & ſimul circūmiſſæ d portū propinquarēt: veritus Paſitelidas, ne præveni-, & deſertā invaderēt urbē, ipſeq; expugnata munitio-retur, ea relicta, * ad urbē curſum intēdit. Verū enim-henienſes iā ex navib. ceperant Toronen, & pedeſtres er patefactū veterem murum uno impetu irruperant. lopōneſios Toronæosq; cū ipſo præfecto Paſitelida, os qui cominùs prælià do ceciderāt, vivos omnes ce-Braſidas auxilium Toronæ accelerans, accepto in iti-ptæ urbis nuntio, receſſit; quadraginta ſolùm ſtadijs ad tendum reliquis. Gleon Athenienſesq; trophæa duo, ad portum, alterum iuxta munitionem, ſtatuerūt: To-

Delios inſula pellūt Athen.

Cleonis in Thraciam expeditio.

Cleon Toronen capit.

roneos, uxoribus earum liberisq; venundatis, & Peloponeſios, & ſi quis præterea Chalcidenſis erat, ſeptingentos univerſos, Athenas miſerunt. Ex his Peloponneſii poſtea fœdere icto liberati ſunt; reliquos Olynthij, permutatione facta captivorum, redemerunt. Sub idem tempus Bœoti quoq; Panactum, Athenienſium in confinijs caſtellum, prodtione ceperunt Cleon præſidio Toronæ relicto, Athos montem, ut Amphipolin petiturus, circumnavigavit.

Bœoti Panactum occupant.

ribus, neq; ſecum re ſatis deliberata, uniq; tantū viro con
qui cum magiſtratu in exercitu erant cōmunicata; 4. men
paciſcitur, quo ſpatio ea quæ dixerant, præſtarent. Inde pr
nùs copias abduxit, nulli ſociorum ea de re quidquā effat
Itaq; Lacedæmonii quidem ſociiq; eius imperium, metu
gum, ſequuntur: inter ſe verò vehementer Agidem increp
bant, quòd tantam opportunitatem, cùm hoſtes undiq; a
quite & pedite circumdatos incluſosq; invadere potuiſſe
propè ex oculis raptam amiſiſſent, nec ulla re geſta tanto
gna apparatu abiſſent. Exercitus enim is longè pulcherrim
omnium fuit, qui ad præſens uſq; tempus ex Græco nom
congregati ſunt: actum præcipuè cōſpicuus cernebatur, c
univerſus adhuc in Nemea erat conjunctus. ibi enim Lace
moniorū univerſæ copiæ, ibi Arcades & Bœoti & Corint
& Sicyonii & Pellenenſes & Phliaſii & Megarenſes, lecta
ſingulis civitatib. virorū robora erant; qui non Argivis ſolū
cōfœderatis, ſed aliis inſuper adjunctis acie pares eſſe videb
tur. Hic ergò exercitus iratus vehementer Agidi diſceſſit, d
mosq; ſuas ſinguli dilapſi ſunt. Multò verò magis Argivi *
ſuos cōmoti erāt, quòd ſine cōſenſu multitudinis ſponſio
feciſſent. Nā & ipſi nunquā opportuniùs oblatos Lacedæm
nios, è manib. ſuis evaſiſſe credebat; cùm ad ipſam urbē ſua
cùi

Argivi ab Lacedæmoniis incluſi, Agidis beneficio evadunt.

cùm multorum & fidelissimorũ sociorum auxiliis, certamen subituri fuissent. Itaq; ubi domum reverterunt, Thrasyllum * ad Charadrum (ubi militaria judicia, priusquã urbem ineant, fieri solent) lapidibus cooperuissent; ni ad arã confugiens, sibi salutem quæsisset. bona tamen eius publicata. Posthæc mille armatis & 300. equitib. ab Athenien sibus, Lachete & Nicostrato ducibus, auxilio missis: Argivi, qui inducias cum Lacedæmoniis qualescunq; tamen servare volebant, abire eos jusserunt, neq; potestatẽ ad populum, quod petebant, agendi fecerunt; donec Mantinei Eleiq;, qui ad hucaderãt, precib. suis id impetrârunt. Itaq; sic Athenienses (Alcibiade s legatus erat) ad Argivos socios q; locuti sunt; ut negarent, rectè id fœdus sine aliorum sociorũ consensu factum. proinde jam, quando quidem ipsi in tempore adessent, bellum rursus capessendum. Moti hac oratione socii, protinùs universi, præter Argivos, ad Orchomenum Arcadicũ copias adduxerunt. Argivi licet nec ipsi dissentirent, primò relicti sunt. postea tamen ii quoq; advenerunt. Castris igitur ad Orchomenum positis, urbem universi circumsessam oppugnant; cùm præterquam quòd ipsã urbem in potestatem redigere volebant, Arcadiæ quoq; obsides ibi ab Lacedæmoniis depositi essẽt. Orchomenii & mœnibus invalidis diffisi, & hostium multitudine perculsi, postquam nulla auxilii spes erat: ne in suam perniciem resisterẽt, pacti sunt, ut in societatem recepti, obsides darent; Mantineis quoq; suos, quos ibi Lacedæmonii deposuissent, obsides restituerent. Occupato Orchomeno, cùm quò deinceps primò signa ferrent agitarent; ac Elei quidem Lepreum peti vellent, Mantinei Tegeam, hisq; Argivi etiã Athenienses q; consentirent: ira succensi Elei, quòd nõ Lepreũ petendũ decrevissent, domum abierunt. Reliqui socii Mantineæ congregati, ut Tegeam copias ducerent, sese parârunt. nam ipsorũ quidam Tegeatarũ spẽ fecerant eis proditionis. Lacedæmonii verò, postea quam 4. mensium fœdere facto recessêrunt ab Argis, vehementer in Agidem exacerbati sunt, quòd tanta, quanta non unquã aliâs, opportunitate occupãdi Argos oblata, è manib. tamẽ ipsos dimisisset. nec n. facilè tot tales q; socios in unum deinceps cogi posse. Vt aũt jam Orchomenũ captũ nuntius est allatus, tum verò impensiùs eis indignitas crevit: præcipites q; ira, confestim decretũ, * præter morẽ suũ, fecerunt; ut domus eius dirueretur, & mulcta ei esset centũ millia drachmarũ. Hæc illo ne fierẽt deprecãte, & laudabili aliquo in bello facinore se id crimẽ deleturum dicente; quòd si nõ fieret, tunc suo arbitrio uterẽtur: decretũ quidẽ illud, de domo destruẽda

Argivi socii, & Orchomenum capiunt.

Elei ab sociis decedũt.

Lacedæmoniorum in Agidem ira

& mulcta, remiserunt; legem verò, quæ nunquā ante fuerat, in præsentia tulerūt. Decem enim viros Spartanos * ei legârunt, quorum consilio uteretur, & sine quorū voluntate exercitum ipsi ab urbe ducere non liceret. Dum hæc agunt, nuntium Tegeā ab suis partis hominib. accipiunt, quòd nisi quamprimùm adessent, Tegeam ad Argivos sociosq; defecturam, parumq; quin jā desciverit abesse. Tūc verò magna festinatione Lacedæmonii, quanta non aliās, ipsi Helotesq, universi in auxiliū iis accelerârunt. Arcadibus, qui ipsorū socii erant, ubi cōvenissent, è vestigio Tegeam se sequi jussis, Oresteum Mænaliæ cōtenderunt quo postquam universi venerunt, sexta inde suarū parte, in qua graves ætate & juniores erant, domū remissa, ut ibi custodias agerent, cum reliquis copiis Tegeam adveniunt. mox ea ex Arcadia quoq; socii adfuerunt. Mittunt etiā Corinthum & ad Bœotos & Phocēses Locrosq;, & nulla interposita mora ad Mantineam cum auxiliis venire jubent. Cæterùm iis nuntius hic inexpectatò venit, nec facilè poterant, nisi invicē operientes & congregati, hostilē penetrare regionem (media enim interjacebat) tamē ut id fieret maturabāt. Lacedęmonii cum iis qui aderant ex Arcadib socijs Mantinicū ingressi agrū, & * ad Herculis metati, agros populabātur. Quos ubi Argivi & eorum socii cōspexerūt. locum arduum difficiliq; aditu capiunt; acieq; directa potestatē pugnæ faciunt. Nec Lacedęmonii detrectarunt certamen: & cōtrà progressi jam ad lapidis telive conjectū pervenerāt, cùm quidā seniorū, loco arduo ipsos succedere cernens, Agidem, quod * malum malo sanare cogitaret, inclamat; significās, quòd infamiam ob discessum ab Argis intempestiva hac audacia sarcire vellet. Agis sive ea increpatione motus, seu alia de caussa subito mutato consilio ocyùs exercitum, antequam manus consereret, abduxit: & Tegeatarū ingressus fines, * aquam in Mantinicum agrū avertit. de ea enim, utpote quæ cum magno damno per alterum utrumcunq; agrum labitur. Mantinei & Tegeatæ armis contendūt. Ea verò caussa aquam avertebat, ut si Argivos sociosque, re cognita prohibendi caussa properātes, ab colle detraxisset. loco plano & æquiore decerneret itaq; eam diē ibi subsistens aqua avertenda absumpsit. Argivi sociiq; perculsi initio subito eorum discessu, quid rei esset, nemo satis pro certo scire. Cæterùm pesteaquam illos digressos ex oculis amiserūt, ipsiq; quieti in loco manentes, nec ad insequendum ducebātur: tunc verò redintegrata est in duces ira; antea in magna opportunitate ad Argos circumvētos Lacedęmonios de manibus emissos; & nunc fugientes neminem insequi; ac ipsos

Lacedæmoniorum contra Argivos expeditio. & subsequens bellū

quidem

lem per otium nemine inſtante evadere, ſuam verò ſalu-
deſeri atque prodi. Hic tumultus primò conſternaverat
es; * poſtea tamen ab colle eos deducunt, progreſſiq; in
itiem, caſtra, ne moram dimicandi facerent, ponunt. Po- *Pugna inter Lacedæmonios Argivosq; & utrorumq; ſocios, ad Mantineam*
die Argivi ſociiq; in aciem procedunt, pugnaturi, ſi ho-
topiam faceret Lacedæmonii ab aqua in priora ad fanum
ulis caſtra revertentes, ſubitò haud procul inde hoſtes,
inſtructa ab colle digredientes, aſpiciunt. Ibi verò tanta
dæmonios, quanta non ulla hominum memoria, formi-
œpit. repentinus enim ſubitariusque omnis ipſorum erat
ratus. * Extemplò igitur magna cura in ſuos ſinguli or-
s diſceſſerunt, Agide rege omnia ſecundū leges imperan- *Acies Lacedæmoniorum.*
uando enim rex exercitum ducit, * omnia imperio ejus
ita ſunt; * præfectisq; belli ipſe, quid opus facto ſit, edit;
inde præfectis cohortium; illi centurionib.; rurſus hi de-
nibus, qui cum ſuæ quilibet decuriæ rem indicat: impe-
i quid volunt, * hoc ordine per ſingulos vadunt, celeri-
ad omnes perferūtur. nam propemodum omnis exerci-
acedæmoniorum, præter paucos, ex præfectis cōſtat, ali-
ſe habentibus præfectos, unde cura rei agēdæ ad mul-
extēdit. Tunc verò in ſiniſtro ipſorum cornu * Sciritæ
iterunt: qui ſoli Lacedæmoniorum eundem hunc ſem-
acie per ſe locum obtinere ſolent. his adjuncti erant, qui
raſida in Thracia militaverat, & cū ipſis * novi ex He
us cives. Inde deinceps ipſi Lacedæmonii cohortes ſta-
nt: ac prope ipſos Heræenſes Arcades. Hos ſecuti Mæna-
in dextro cornu Tegeatę pauciq; Lacedæmonii extremi
nt. equites utrinque in cornibus poſiti. Sic Lacedæmonii
iterant. Apud hoſtes, dextrum cornu Mantinei, quòd in *Acies Argivorum.*
um agro res gerebatur, tenuerunt juxtà ſocii ex Arcadia
unt. inde mille Argivorum delecta manus, quas civitas
o tēpore publicè in re militari exerceri curaverat. hos ſe-
ęteri Argivi cum ſociis ſuis Cleonæis & Orneatibus. Ex-
i Athenienſes lævum cornu cum ſuis equitibus tenebant.
acies, hic apparat⁹ utriuſq; exercitus erat. Maior Lacedę- *Magnitudo exercitus.*
iorum exercitus viſus eſt; numerum autem ſive ſingula-
ıtrinq; gentium, ſive univerſorum qui tunc in acie ſtete-
ſubtiliter exequendo haud ſanè commemorare queam,
dæmoniorū enim numerus, propterea quòd omnia fer-
n Repub. occultant. non potuit cognoſci: cæterorum, ob
am ingeniis humanis jactantiam, ſtudiumq; ſuorum nu-
am augendi, anceps fides habetur. Ex his tamen Lacedæ-
iorum numerum ratiocinādo colligere licet. Cohortes,

præter Sciritas, quorum 600. ſunt, 7. in pugna affuerunt. * Cohors unaquæque centurias habet 4. * centuria 4. * decurias: ex decuriis 4 in primo ordine pugnabant. Introrſus non æquali numero, ſed uti præfectis cohortium viſum, locabantur. Vt plurimum verò octoni milites ſingulos ordines tenebant. * Vniverſè autem in prima acie, præter Sciritas, quadringenti & duodequinquaginta erant. Cùm jam inſtructæ ad concurrēdam acies conſtitiſſent, tum vero ſuos ſinguli duces milites cohortari. Mantinei, pugnaturos pro patria & penatib⁹, pro imperio ſimul ſervitioque: quorum illud ſemel experti fuerint, hoc verò non amplius experiri velle deberent. Argivis antiquum priſtinumq; imperium, & * æqualis quondam in Peloponneſo potentia, oſtendebatur; ne planè ubiq; oppreſſi, homines infeſtos pariter ſibi & finitimos pro tot tantisque injuriis paterentur inultos. Athenienſes docebantur, honeſtū eſſe ac præclarum, cum tot tam fidelibus ſociis certamen ſubeuntes, nemine ſe inferiores declarare: qui ſi * in Peloponneſo Lacedæmonios fudiſſent, imperium firmius & majus habituri eſſent, tutamque deinceps ab hoſtium impetu & incurſione ſuam regionem facturi. Tales apud Argivos ſociosque erant adhortationes. Lacedæmonii, qui diuturni temporis uſum ac exercitationem, quàm * magnificas exigui temporis cohortationes, majoris momēti eſſe ſciebant: * ſeipſos inter ſe viri fortes, ex diſciplina ſua depromptis, quas quiſque noverat, cohortationibus virtutis commonefaciebant. * Secundum hæc moveri utrinq; acies cœpta. Argivi ſociiq; * citato gradu pleniq; irarum ferebantur. Lacedæmonii verò ſedatè ad plurimorum tibicinum concentum incedebāt: quos inter ordines patria diſciplina non tam religionis cauſſa interponebant, quàm ut * æquabili gradu * ad numerum incedens moveretur acies, * nec ordines diſtraherentur; quod maximi exercitus in cōgreſſu facere ſolent. Cùm jam coirent acies, Agis rex tale conſiliū capit: Solet hoc in omni acie fieri, ut quando cōgrediuntur dextra cornua magis in exteriorē partem declinent, & in latera ſiniſtri hoſtium cornu utrinque extendātur. Singuli quippe ſibi metuentes, nudas partes, quātum fieri poteſt, clypeo eius qui ipſis ab dextris conſiſtit applicant; rati tunc ſe * maximè tegi, ſi conferta denſitate clypeorum teſtudine incedant. Itaq; ob eam cauſſam ſemper in dextero cornu anteſignanus, nudas partes ſuas ab hoſte avertere conatur: ſequuntur deinceps alii, ob eundem metū. Tunc verò Mantinei Sciritarum cornu multum excedebant: magis verò Athenienſibus Lacedæmonii Tegeataq; , quantò majo-

Cohortationes militares.

Congreſſus acierum.

res

res copias habebant, superabant. Veritus proinde Agis, ne sinistro suorũ cornu Mantinei, quos nimium extendi rebatur, se circũfunderent: Sciritis Brasideisq; militib. signũ dedit, * ut subductis ex acie quibusdam, exæquarent sese Mantineis in locum verò vacuum, Hipponoidam & Aristoclem præfectos bellicos duas ab dextero cornu cohortes ducere, & sinum illum explere jussit. hac enim ratione judicabat in dextero cornu nihilominus satis copiarum esse, & adversus Mantineos aciem firmiorem futuram. Fortè ita accidit, ut cùm Hipponoidas & Aristocles, quòd * in ipso congressu agminum momẽto q; id imperasset, nollent trãsire (qua de causa postea, quoniam per timorem id fecisse videbantur, * solum ab Spartanis vertere sunt coacti) hostes priùs infesti concurrerent. Itaque cùm Agis ipsos transire ad Sciritas jussisset, idq; non fieret ab illis: jam non potuerunt ad suos redire, neq; locum suũ explere. Enimverò ab omni parte inferiores tunc peritia Lacedæmonii, virtute se non parùm superiores ostenderunt. Nã postea quã ad manus ventum est, Mantinei qui in dextro constiterant cornu, Sciritas Brasideosq; loco moverunt: & cùm se insinuassent, ipsi sociiq; & mille Argivorum delecti, in dehiscentem intervallo ipsorum aciem, Lacedæmonios cædebant, circumfusiq; ab omni parte in fugam versis, & usque ad plaustra propulsis, seniores aliquot ibi locatos occiderũt. Ab hac parte inferiores Lacedæmonii, cæteris copiis ac medio maximè agmine, quà ipse rex Agis cum trecentis, quos vocant, equitibus erat: Argivorum veteranos & & quinq;, uti appellant, cohortes Cleoneosq; & Orneatas & Athenienses contrà instructos adorti, haud secus quàm torrentis modo fundunt sternuntq; eos, cùm plurimi ne tentato quidem certamine ad primum Lacedæmoniorum incursum terga dedissent: adeò ut quosdam ne antè effugerent, pedibus conculcarent. Postea quam ab ea parte cesserunt Argivi sociique, tum verò ab utroq; latere disjecta acie, dextrum Lacedæmoniorum & Tegeatarum cornu Athenienſibus se circumfuderũt. ita ancipiti circumstante eos periculo, hinc ab hoste inclusos, illic jam pulsos superatosque, * maximam omnium cladem accepissent, ni equitum suorum insigni opera adjuti fuissent. Ea quoque iis res saluti fuit, quòd Agis, ubi laborare sinistrum suorum adversus Mantineos & mille Argivos cornu intellexit: signum dedit universo exercitui, * ut illò quà vincerentur concurrerent. quo facto, Athenienses & cæteri qui jam fugam capessebant Argivi, dum aversi ab eis hostes illuc signa transferebant, nullo instante fine periculo se recepe-

Conflictus.

Lacedæmonij vincunt Argivos.

runt. Mantineis verò ſociisque & Argivorum delectis, non ampliùs ad inſtandum hoſtibus animus erat. ubi enim ſuos profligatos, Lacedæmonios ſe invehentes viderunt: fugam extemplo ceperunt; cæſique ſunt * Mantineorum aliquantò plures, Argivorum verò delecti major pars incolumes evaſerunt. Fuga ipſorum ac diſceſſus, nec effuſus nec in lõgum ſpatium erat. Lacedæmonii enim, donec fundant hoſtes, in multum temporis extrahere pugnam ſtabili obnixi gradu ſolent; * ubi verò jam terga dederunt, modicè nec longè inſequuntur. Talis ferè omninò pugna hęc, ut commemoravimus, extitit: multoq; ea maxima inter Græcas omnium quæ multis tempeſtatibus factæ ſunt, & ab clariſſimis maximeq; inſignibus urbibus commiſſa eſt. Lacedæmonii propoſitis occiſorũ hoſtium armis, trophæum confeſtim erexére; ſpoliatisq; cęſis, ſuos ſuſtulerunt: quibus Tegeam devectis, ſepulturam in eo loco fecerunt. hoſtibus ſuos per inducias reddiderunt. Cæſi ſunt Argivorum & Orneatarum & Cleonęorum ſeptingenti, Mantineorum ducenti: itemq; Athenienſium * & Æginetarum ducenti, cum utroq; duce, occubuerunt. Socii Lacedęmoniorum nulla memorabili clade ſunt affecti. ipſi quot deſideraverint, difficile fuit certò explorare: trecenti tamen circiter ferebantur cecidiſſe. Iam propinquo certamine, Pliſtoanax rex alter, cum ſenioribus & junioribus ſuppetias ſuis laturus. Tegeam uſque pervenit. ibi audita victoria, revertit. Auxiliis ab Corintho ſociisque extra iſthmum venientibus, Lacedæmonii obviam miſerunt qui eos reverti juberent. Ipſi dimiſſis ſociis, reverſi, * Carneorum feſtum egerunt: objectumque hactenus ab Græcis ignaviæ probrum, ob calamitatem in inſula acceptam, cæteramque imprudentiam & tarditatem, hoc uno facinore diluerunt. fortuna ſiquidem, uti videbantur, adverſa debilitati, * animos tamen priſtinos retinuerunt. Priore quàm pugnatum eſt die, Epidaurii univerſi Argivum agrum, ceu nudatum præſidiis, infeſto agmine ingreſſi: multos, quos diſcedentes Argivi cuſtodiæ cauſſa reliquerant, occiderunt. Itaque cùm poſt prælium tria millia gravis armaturæ ab Eleis, & mille Athenienſes ad priores, ſubſidio Mantineis veniſſent: Epidaurum protinùs hi omnes ſocii movent, dum Carneis peragendis Lacedæmonii tenebantur; partitique inter ſe urbis loca, muro eam cinxerunt. Ceſſantibus autem aliis, Athenienſes arcem (Iunonis eſt illic fanum) ubi ipſi locati erant, communierunt. huic caſtello relicto ex omni exercitu præſidio, in ſuas ſinguli civitates diſceſſerunt. Ita æſtas finita.

Epidaurus obſidetur.

Princi-

ipio hyemis inſequētis, extemplò poſt celebrata Car- *Lacedæmo-*
rcitum Lacedæmonii eduxerunt. Tegeam ubi venũ *nij pacem*
Argos conditiones mittunt. Erant jampridem ibi ci- *dant Argi-*
am eis amici, & popularis potentiæ diſſolvendæ cu- *vis.*
oſtquam pugnatum eſt, jam multò valentiores erant
nda plebi pacificatione, cogitabantq; pace priùs cum
moniis, inde ſocietate facta, poſtmodum plebem ag-
nit itaq; Argos Lichas Arceſila hoſpes Argivorum,
Lacedæmoniis ſecum conditiones afferens; bel-
erere velint, an pacẽ agere malint. Hæc cùm diu du-
ltercationem eſſent, (nam & * Alcibiades aderat) *Pacis con-*
dæmoniæ factionis erant, jam propalàm agere auſi, *ditiones.*
ut pacis conditiones acciperent perſuaſerũt. Eæ tales "
tem facere cum Argivis his legibus viſum eſt concilio "
moniorum. Reddant pueros obſides Orchomeniis, "
Mænaliis, itemq; cives Lacedæmoniis, qui Mantineæ "
ntur. reſtituant; Epidauro abſcedant; murum diruãt. "
erò Athenienſes cedere nolint, pro hoſtibus habean- "
visq; & Lacedæmoniis, & ſociis Lacedæmoniorum, "
Argivorum. Quòd ſi quem Lacedæmonii puerum ob- "
abent, reſtituant ſingulis civitatibus. * De Deo vero "
tur Epidauriis, ut ſuo jurejurando utantur. ut verò "
nt, nos curabimus. Vrbes Peloponneſi, ſive magnæ "
parvæ, liberæ legibus ſuis more majorum utantur. Si "
ra Peloponneſum nocendi cauſſa Peloponneſiam "
m fuerit ingreſſus, ei communi conſilio, utiæquiſſi- "
loponneſiis viſum fuerit, reſiſtant. Quicunq; verò ex- "
ponneſum ſocii fuerint Lacedæmoniorum, idem jus "
t, quod Argivorum Lacedæmoniorumq; ſocii, ſuum- "
ant agrum. Sociis etiam id ſignificent: qui ſi aſſen- "
pacificatio fiat. quòd ſi verò aliud ſociis videatur, do- "
ſerant. Has conditiones poſtquam acceperunt Argi- "
itus Lacedæmoniorum domũ ab Tegea eſt reverſus.
n jam invicem congrederentur commerciaq; agita-
on multò pòſt quidam homines effecerunt, ut Argivi
Mantineorum & Athenienſium Eleorumq; ſocietate,
s ſocietatemq; cum Lacedæmoniis his legib. inirent:
ocietatemq; annorum quinquaginta his conditioni- "*Argivi*
edæmoniis & Argivis facere eſt viſum. Iudicia de ſin- "*fœdus fa-*
gua & bona exerceantur admittanturq; more majorũ. "*ciunt cũ*
e urbes Peloponneſi participes huius fœderis & ſocie- "*Lacedæ-*
s legesq; ſuas & ſuum agrum teneant, judicia de reb' "*moniis.*
; bona more majorum exerceant & admittãt. Qui ve- "

ro extra

» rò extra Peloponneſum ſocii ſunt Lacedæmoniorum, e
» quo Lacedęmonii jure fruantur: itemq; Argivorum ſo
» dem quo Argivi jure fruantur, ſuumq; obtineant agrur
» ubi expeditione communi fuerit opus, Lacedęmonii &
» vi deliberent & decernant, uti juſtiſſimum fuerit adverſi
» cios. Si qua verò controverſia civitatib⁹, tam extra qu
» tra Peloponneſum, ſive de agrorum finib. ſeu alia re q
» fuerit: judicio tranſigatur. Sin ſociorum aliqua urbs cu
» urbe litiget, ad aliquam ſe urbem, quæ utriſq; placeat,
» rant: ea rem ſociorum more majorum diſceptet. Hoc
fœdus ſocietasq; inter hos juncta eſt. De cæteris quoq;
bus, quæ vel bello vel alia ratione invicē occupârāt, co
inter ipſos: cōmuniq; jam conſilio rem gerentes, decr
cerunt; ut neq; caduceatorē neq; legatum admitterent
nienſium, ni Peloponneſo * relictis munitionib. exce
neq; vel bellum vel pacem cum ullo, niſi ex omnium ſe
facerent. Inde cùm alia ira animisq; elati fecerūt, tum a
diccam miſſis utriq; legatis, ut ſecum fœdere jungeretu
runt. Non tamen is protinùs Athenienſiū ſocietatem re
quamvis id ab Argivis factum cernens, ab eo conſilio
horrebat. nam & ipſe antiquitùs * genus ab Argis du
Cum Chalcidenſib. etiā * fœdus antiquum renovârun
liud inſuper addiderunt. Et ad Athenienſes Argivi miſſi
tis, munitione ad Epidaurum abſcedere jubent. hi quia
runt, * pauciores ſuos in cuſtodia eſſe, Demoſthenem,
abducerēt, mittūt. Is ubi venit, propoſito de induſtria g
eo extra caſtellū certamine, cùm reliqui præſidiarii ex
portas clauſit. Inde tamen ipſi Athenienſes id caſtellu

Mantinei ad Lacedæmoniorum ſocietatem redeunt.

dauriis, renovato fœdere, reſtituerunt. Cùm primi Arg
ſeruiſſent Athenienſiū ſocietatē, Mantinei quoq;, qui
reſtiterant; quoniā non poterant Argivorum amicitia
cum Lacedæmoniis ſocietatē fecerunt, & * urbium ir
remiſerunt. Lacedæmonii & Argivi, mille utrinq; miſſis

Lacedæmonij Oligarchiam Argis inſtituunt.

nem militibus. * Remp. ad paucorum principatū dedu
Inde deinceps Argis plebis potentia deſtructa, * pauco
tum, ſuis convenientem inſtitutis, erexerunt. Hæc pr
jam ad æſtatē hyemē geſta. Sic 14. huius belli annus ex

Argivorum plebs, pulſis Oligarchicis Athenienſium amicitiā repetit.

Inſequente æſtate Dictidienſes, qui in Atho incolu
Athenienſibus ad Chalcidenſes defecerunt: & Lacedæ
in Achaja quæ ipſis diſplicebant, mutārunt. Argivorū i
plebs factis paulatim conſpirationibus, & reſumptis a
captoq; opportunè tempore, quo * Gymnopædiis La
monii occupati erāt, in optimates cōſurgit; & in ipſa u

rœlio, superior facta, alios interfecit, alios expulit. La-
onii vocati à suæ factionis civibus, nõ in tempore af-
; quãvis prolatis Gymnopædiis auxilio maturassent:
n postquã venerunt, victos ibi optimates acceperunt.
et obsceramib. exulibus cùm progredi noluissent, do-
:versi Gymnopædias celebrârunt. Posthæc legati, &
ii in urbe erant Argivis, & ab exulibus, venerunt ade-
oq; socii. Multis autem ab utrisq; habitis sermonibus,
sse eos qui in urbe essent censuerunt, & expeditionem
s Argos decreverunt. Quæ quia tardiùs fiebat, interea
rgivorum, & Lacedæmonios reformidãs, & jam rur-
thenienſium inclinans societatem, quam sibi perutи-
icabat: muros longos ad mare perducere cœpit, ut si
Lacedæmoniis occupata intercluſi essent, mari ab
ensib. res necessarias accipere possent. eius rei conſciæ
rbes quædam Peloponnesi fuerunt. Argivorum autẽ
à civitas, viri fœminæque & servitia, murum ædificâ-
bri & lapidicidę ab Atheniẽsib. accepti. Ita æsta sabiit.
me insequente cognita ea re, Lacedęmonii ipsi socioq;
Corinthios, Argos, Agide Lacedæmoniorum rege
copias miserunt. Nec deerant in ipsâ urbe qui ipsorum
a juvarent. quę spes tamen cum fefellit eos, muri quod
tum erat ceperunt atq; diruerunt. Hysiis etiam Argivi
pido capto, omnes ingenuos interemerunt. Inde re-
omos suas singuli sunt dilapsi. Posthæc Argivi Phlia-
nòd exules suos recepissent (multi enim eorũ ibi sedes
it) cum exercitu ingressi, perpopulato agro abscessêrũt.
:am quoq; ea hyeme in Macedonia Athenienſes cõ-
us intercluserunt. crimini dabant, sancitam cum Ar-
Lacedæmoniis jure jurando societatem; & quòd cùm
:rcitum adversus Chalcidenses in Thraciam & Amphi-
Nicia Nicerati duce, mittere constituissent, fidemque
:ietatis fefellisset, ea expeditio ipsius maximè discessu
ucta esset. His de caussis pro hoste habebatur. Ita hyems
& quintus decimus huius belli annus.

cuta æstate Alcibiades 20. navibus Argos veniens, Ar-
:ives 300. suspectos & Lacedęmoniis favere visos, inde
it. quos Athenienses in vicinis suæ ditionis insulis cu-
dos deposuerunt. Adversus Melum quoque insulam
n miserunt. in ea erant ipsorum naves triginta, Chiæ 6.
e duæ: gravis armaturæ Athenienſium mille ducenti
it, sagittarii trecenti, hippotoxotæ viginti. Sociorum
ex insulis copiæ, mille ferè & quingenti gravis arma-

turæ

Lacedæmoniorum cũ Argivis bellum.

Argivi suspecti comprehensi.

Athenienses in Melum classem mittunt.

turæ fuerunt. Melii Lacedæmoniorum coloni sunt: & tum imperium Atheniensium, quod aliæ insulæ acceperant, ipsi aspernabantur. Primò enim medios se gesserāt. inde cùm eos Athenienses agros populantes vi adigere vellent arma aperte ceperunt His itaq; cum copiis advenientes Cleomedes Lycomedis & Tisias Tisimachi duces, positis castris, priusquam læderent eorum agros, legatos qui ipsorum animos tentarēt, miserunt. Eis Melii plebis concionē non dederunt. cæterùm jussi magistratibus optimatibusq; caussam sui advētus exponere Atheniensiū legati: * Quandoquidē, inquiunt, prohibemur ad populū verba facere, ne si nos perpetua oratione utamur, multitudo æquitate & firmitate nostræ caussæ semel audita deciperetur scilicet: (non enim nos fugit, hanc esse caussam, quòd cum pauciorib agere sumus jussi) agitedum vos qui in consilio assidetis, insuper tutius id consilium reddite. Nam & vos distincta nec una utimini oratione, ita ut si quid minùs rectè vobis dicere videamur, protinùs interfati vestram sententiā subjungatis. Ac primùm, utrùm placeat vobis nos audire indicare. Ad ea * Meliorum senatus: * Æquitatem istam, uti nos invicem doceamus moneamusq;, nemo nostrū arguit. Quòd autem bellum nobis non imminere demum, sed jam præsens adesse cernimus: id verò illi minimè convenire videtur. intelligimus enim, vos ipsos judices eorum quæ utrinq; dicentur, advenisse, & quis sit exitus illius judicii futurus, facilis conjectura est: nimirum uti, si jure superiores cedere nolimus, bellum habeamus; sin nobis persuaderi patiamur, servitutis jugum accipiamus. ATHENIENSES. * Quòd si vos de futuris ex suspicionibus divinaturi, aut alia de caussa, convenistis, potiùs quàm ut ex præsentibus & quæ ante oculos vobis sunt posita, de salute Reipub. vestræ consultetis: supersedebimus loqui ad vos. Sin hac de caussa adestis, dicemus. MELII. * Æquum profectò est veniaque dignum, quorum in talibus angustiis res sunt, ad multa verba & multas suspiciones converti. Cæterum conventus hic salutis nostræ caussa factus est: & sermo quo petiistis modo, si ita videtur, fiat. ATHEN. * Proinde neque nos speciosa verba quærentes, quòd vel Medo debellato jure imperium teneamus, vel injuriam illatam arceamus, longa vos potiùs quàm facili ad fidem oratione fatigabimus. Vos quoque æquum censemus, neq; quòd cùm Lacedæmoniorum coloni essetis, bello tamen ipsos non juveritis, aut quòd nulla injuria nos affeceritis, nobis persuadere velle. Sed illa quę fieri possunt, de quibus utrique verè sentimus, agamus: * cùm & nos sciamus, & vos

Colloquium inter legatos Athenien sium & principes Meliorum, de deductione Meliorum ad Athenienses.

vos non ignoretis, ſic inter homines eſſe comparatum; * ut æquis quidem viribus inſtructi, de jure diſceptent; valentiores autem quæ fieri poſſunt injungant; & inferiores non derectent. MEL. * Nos quoq; (quando quidem omiſſa juris diſceptatione, de utilitate nobis loquendi imponitis neceſſitatē) utile cenſemus eſſe, ne commune omnium bonum deſtruatis: ſed ſemper cum eo qui in diſcrimine verſatur, ſecundū jus fasq; agatis; ſic ut etiam ſine accuratiore perſecutione, utilitatis nomine moveatur. * idq; non minus è veſtra re futurū eſt; qui ſi quando fortuna veſtra labetis, exemplum ita acerbiſſimis in vos ſuppliciis ſæviendi prodetis. ATH. * Nos verò nequaquā imperii noſtri, ſi quæ etiam futura eſſet, finē pertimeſcimus. non enim qui in alios imperium tenere conſueverunt, ut Lacedæmonii, adeò ſunt victis acerbi. Sed nobis non cum Lacedæmoniis certamen eſt: verùm illud enixè pugnamus, ne ſubditi in eos qui imperiū tenent conſurgentes, ſuperiores evadant. Cæterùm id periculum nobis curæ futurū eſt. * Quòd verò ob imperii noſtri commodum advenerimus, & ob veſtræ Reip. incolumitatem verba inſtituerimus facere, id jam declarabimus. Cupimus enim vos ſine magno labore in noſtram ditionem redigere, & vos ex utilitate noſtra veſtraq; conſervari. MEL. * Et quemadmodum perinde nobis utilis eſt futura ſervitus, ut vobis imperium? ATH. * Eo, quòd vos, priuſquam extrema quæq; patiamini imperium accipietis; & nos vobis conſervatis, emolumentum percipiemus. MELII. * Quid ſi verò quieti, amici ſimus pro hoſtibus, ſocii neutrorum: an hoc nō ſufficiet vobis? ATH. * Non hercle verò neq; enim tantū nobis ſi hoſtes ſitis nocueritis, quantum ſi amici ſitis, infirmitatis; aut ſi odio, potentiæ, ſubditis documentū dederitis. MEL. * Siccine ergò ſocii veſtri quid æquum ſit judicant, ut eodem loco habeant eos, qui nihil ad vos attinent, & ſi qui rebelles, cùm pleriq; coloni ſint, coerceantur? ATH. * Neutros illi jure deſtitui cenſent: ſed virium cauſſa hos quidem incolumes eſſe, nos verò metu aggredi non audere judicant. Itaq; (mitto enim quòd imperium id noſtrum amplificabit) tutiores etiam nobis res noſtras ſubacti reddetis; maximè cùm vos inſulam colētes, infirmioresq; aliis, nobis maris dominis ſuperiores non fueritis. MEL. * An verò vos tutum illud non cenſetis? Nā ſicut nunc, erepta nobis de jure diſputatione, veſtræ utilitati obtemperare vultis: ita etiā hīc oportet quid in rem noſtrā ſit docendo, ſi fortè idem vobis eveniat, perſuadere velle. Quī enim nō eos qui nunc neutri* partis ſunt ſocii, hoſtes effeceritis, ſi in ea quæ hīc fiunt oculos intenden-

„ tendentes,ad ſe quoq; vos venturos certi erunt ? Quod ſi
„ quid aliud.quàm qui nunc ſunt hoſtes extoliitis, eos verò
„ nunquam futuri hoſtes fuiſſent, invitos in eam conditior
„ pertrahitis? ATH. * Minimè. Non enim nobis ab contin
„ tis cultoribus metuimus, qui ſuæ libertatis non unquam
„ verſum nos cuſtodias agent : ſed qui inſulas nullius impe
„ uti vos,ſubjecti tenent,& eos qui jam parendi neceſſitate
„ irritati. Ab his enim periculum eſt,ne abjecta ratione,ſeiz
„ & nos in manifeſtum conjiciant diſcrimen. MEL. * En
„ verò ſi tantorum periculorum aleā ſubire ſoletis, vos ut
„ perum ne amittatis, illi verò qui jam ſerviunt, ut jugum
„ cutiant: nos herclè, quorum eſt ad id locorum illibata lil
„ tas, ignaviſſimi timidiſſimiq. meritò habeamur, ſi non q
„ vis,antequam ſervitutē patiamur,perferamus. ATH. * I
„ herclè, ſi ſanæ mentis eſtis non enim fortitudinis æquale
„ bis certamē,ut cedere erubeſcatis,propoſitū eſt: ſed de ſa
„ agitur,ne longè valentiorib.pertinaciùs reſiſtatis. MEL. *
„ verò nos hoc non fugit, plus interdum in rebus bellicis
„ tunam, quæ eſt utriſque communis, quàm multitudinis i
„ qualitatē poſſe. Adhæc ſi extemplò concedamus,nihil q
„ ſperemus relinquitur, ſin illud ſequamur,non omninò rei
„ nè gerendæ ſpes deplorata eſt. ATH. * Spes equidem
„ in periculis ſolatium præbet, * ſi cæteris bonis adjunga
„ etiāſi fallat,non tamen evertit.qui verò in ſpe omnes res
„ tunasq; ſuas defixas habent (natura enim ita comparata
„ * ut nihil non polliceatur)* ii nō priùs quàm fefellerit ag
„ ſcunt,atq; etiam * dum quis agnitam cavere conatur,nū
„ cedit.Quod ne vobis,qui & infirmi eſtis,&unico ictu proſ
„ ni poteſtis,accidat,cavete. neq; idem quod pleriq; ſolent
„ mittite,quibus cùm humanis auxiliis ſervari licuiſſet,poſ
„ quā oppreſſos deſtituit manifeſta ſpes, ad occultas & dul
„ tranſiliunt divinationes & oracula aliaque, quæ cum ſp
„ præceps mortaleis dare ſolent MEL. * Enimverò nos q
„ que,uti vos probè noviſtis,dutum difficileq;æſtimamus,v
„ veſtras & fortunam,ſi inęqualis fuerit,laceſſere.Tamen
„ nobis omni criminis labe carentibus,vobiſcum parùm æ
„ rem futuram videamus: neq; fortunam nobis, deorum
„ ſubnixis, de futuram ſperamus, neq; vires quod enim no
„ robori deficit,id Lacedæmoniorum penſabit ſocietas: qu
„ juvandi nos, ſi nulla alia cauſſa,conſanguinitas certè ver
„ diam imponet. Proinde non ita ſine omni ratione fiden
„ res ſumus. ATH. * Equidem deorum benevolentiam * i
„ nobis de futuram cenſemus. nihil enim præter morem hu

num, aut adverſus deos aut homines, poſtulamus agimusve. Deos enim ſecundum leges hominum colimus: in cæteris ingenio utimur omnium hominum; ut quib. prævaleant, eis imperent. Eam legem neq; nos primi tulimus, neq; lata prima uſi ſumus: ſed * jam antè ſolitā accepimus, utimurq; ea in perpetuum permanſura; haud ignari, vos aliosq;, ſi eaſdem vires haberetis, hoc ipſum facturos. Ob hęc non injuria Deos nobis non defuturos cenſemus. Quòd autem Lacedæmonios verecundia motos auxilio vobis futuros creditis: equidem beatos vos ob illam ſimplicitatem judicamus; imprudentiam verò nō commendamus. Lacedæmonii enim in ſuis reb. domeſticisq; inſtitutis procurandis eximia virtute utuntur: erga alios aūt quales ſeſe præbeant, multis ſanè verbis commemorare poſſem. ſed ut breviſſimè omnia quæ de illis cognita habemus, & maximè diſertè complectar; ipſi quod jucundum eſt, idem honeſtum, & * quod utile, idem juſtum, judicant. Atqui talia cōſilia nihil faciunt, ut inconſideratè aliquam ab ipſis opem ſalutemve expectetis. MEL. * Imò verò ob hoc ipſum, quia utilitatem eos penſare dicitis, ſperamus eos Melios colonos ſuos non deſerturos; ne & erga Græcos ſibi benevolos parùm firmæ fidei inveniantur, & hoſtium commoda juvent. ATH. * An verò ignoratis, eos qui utilitatem ſpectant, illud quoque ut in tuto ſint curare; juſta verò & honeſta cum periculis perpetrari: quibus ut plurimùm Lacedæmonii ſe quàm minimè exponunt. MEL. * Noſtri tamen cauſſa magis ipſos in pericula ituros confidimus; ſibique quàm aliis fideliores creditiros, qui & ad Peloponneſi negotia in propinquo commodè ſiti, & animis ob conſanguinitatem firmioribus præditi ſumus. ATH. * At verò non in benevolentia auxilium implorantium, qui certamen una capeſſere debent, magnū ſibi præſidium credunt; ſed potiùs quantum virium robore præſtent expēdunt. Id quod Lacedæmonii paulò magis quàm alii ſpectant. qua etiam cauſſa diffiſi propriis viribus, non niſi magnis ſociorum adjuti auxiliis alios adoriuntur. Non itaq; credi poteſt, ipſos, dum nos tantum claſſe valemus, in inſulam trajecturos. MEL. * Alios quos mittant, habebunt. Latum præterea interjacet Creticum mare, per quod minore difficultate quis clàm effugerit, quàm alius potentior eum comprehenderit. Quòd licet hæc ratio ipſis minùs ſuccedat, in veſtram ſe regionē convertent, & reliquos ſocios, quos nō ſubegit Braſidas; ut vos proprio implicatos periculo ab aliorū oppugnatione revocent. ATH. * Id verò & vos aliquando experti eſtis, & non ignoratis, Athenienſeis ab nullius unquam urbis

» obſidione metu aliorũ eſſe amotos. * Cæterùm illa jam ani-
» mos noſtros cogitatio ſubit, quòd de ſalute veſtra deliberatu-
» ros profeſſi, nihil in tam longo ſermone, in quo aliquã homi-
» nes ſpem incolumitatis habere poſſent, dixiſtis. Firmiſſimum
» præſidium in ſpe futuri ponitis: præſentia verò ſunt admodũ
» invalida ad oppoſitas copias ſuſtinendas. Accedit imprudẽ-
» tia cõſiliorum magna: niſi fortè etiamnum, nobis ſummotis,
» aliquid hiſce prudẽtius decreveritis. * Non enim ſic ad dam-
» noſiſſimũ hominib. in fœdis & præſentiſſimis periculis pude-
» rem confugietis. Multi ſiquidẽ ſcientes videntesq; quà præci-
» pites abirẽt, * nomine illo ſpecioſo turpitudinis ſe vinci paſſi,
» reipſa in extremas calamitates præcipitárũt. Iõgeq; ſibi maio-
» rem per amentiã ſuam turpitudinẽ, quàm à fortuna tuliſſent,
» conflárunt. Id quod vos, ſi rectè deliberetis, poteritis cavere.
» Nolite enim turpe vobis ducere, ab urbe vos præſtãtiſſima fa-
» perari, quæ vos æquiſſimis conditionibus ad ſocietatem pro-
» vocat, liberam vobis & immunẽ veſtram regionem relinquit.
» Data verò vobis pacis & belli optione, nolite inſana conten-
» tione elati deterriùs conſulere. * qui enim parib. minimè ce-
» dunt, ſuperioribus ut decet utuntur, inferioribus ſe moderatos
» præbent, iiut plurimum felicitſſimè res adminiſtrãt. Deliberã-
» te igitur cùm nos receſſerimus; veniatq; vobis iterum atq; ite-
» rum illud in mentem, quòd de patria conſultatio ſit, quam u-
» nicam unico conſilio conſervare & evertere poteſtis. Poſthæc
» verba receſſionem Athenienſes fecerunt. Melii conſiliis inter
» ſe agitatis, cùm idem ipſis ut antea videretur, neq; in ſenten-
» am ipſorum concederent, ita reſpondẽrunt: * Eadem nobis,
» Athenienſes, quæ priùs, eſt ſententia. neq; enim unice brevi-
» ſimi temporis momento, urbem ſeptingentiſimùm jam an-
» num habitatam libertate ſpoliare placet. Cõſiſi autem ea qua
» adhuc divinitùs ſtetit fortuna, hominumq; & Lacedæmonio-
» rum auxiliis, tutari eam conabimur. Oramus autẽ vos, ut no-
» bis amicis, non hoſtibus, uti velitis; & ex regione noſtra, ictu
» fœdere quod utriſq; probetur, abſcedatis. Hoc Meliorum ẽ-
» dito reſponſo, Athenienſes ſolvẽtes jam colloquium: * Vos
» ergò, inquiunt, ſoli, ut nobis videmini, cõſiliis illis de futuris
» quàm præſentib. certiùs judicatis; & incerta ambiguaq;, quo-
» niam ita cupido agit, tantum non oculis cernitis. Næ vos ſigi-
» tur, Lacedæmonijs fortunaq; & ſpe plurimum innixi, maxima
Athenienſes Melum circumſidunt. quoq; clade prolapſuri eſtis. Legati Athenienſium ut in caſtra
venerunt, duces extemplò, quando jam parére Melii nollent,
bellum gerere aggreſſi, diviſis inter ſe partibus urbis, Melios
undiquaq; circummunierunt. Inde præſidiis ſuis & ſociorum

terra

rra marique relictis, maiore parte copiarum abſceſſerunt: eliqui in obſidione urbis manſerunt.

Sub idem tempus Argivi, cùm excurſionem in Phliaſiam ciſſent, inſidiis Phliaſiorũ & exulum ſuorum excepti, circir octoginta ſuorum amiſerunt. Athenienſes qui Pylũ tenent, magnam ex Lacedæmoniis prædam averterunt. * non mẽ obſd Lacedæmonii projecto fœdere bellum ipſis tulent: verùm per præconem edixerunt, ſi qui ſuorũ ab Athenieſib. prædas agere vellent. Corinthii quoq; ob privatas quaſ am controverſias bellum cũ Athenienſibus geſſerunt. reliqui eloponneſii quieti fuerunt. Melii munitionem Athenienſiũ, aà forũ ſpectat, nocte adorti ceperũt: cæſiſq; ibi hominibus, m frumentũ cæteraq; quantum poterant ad uſus neceſſaria vexiſſent, receperunt ſe, & inde quieverunt. Athenienſes diligentiores deinceps cuſtodiàs egerunt. Ita æſtas finita.

Bella in Peloponneſo.

Melij munitionẽ Athenienſium capiunt.

Hyeme inſequẽte, Lacedæmonii in Argivum agrum exerrum inducturi, cùm in finib. regionis ſacrificantes non impeaſſent deũm pacem, retroceſſerunt. Dum hi morantur, Arivi quoſdam civium ſuſpectos comprehenderũt. quidam tãen fuga ſibi ſalutem quæſierunt. Iterum Melii per id tempus unitionem Athenienſium ab alia parte, per infrequentiam uſtodum, ceperunt. Eo facto, cùm poſtea alium ab Athenis hilocrates Demeæ exercitum adduxiſſet, ſumma vi urbem; teſtina etiam adjuti proditione, oppugnârunt. Itaq; ſua ſpõe deditionem ad Athenienſes, ut ſuo arbitrio in ſe uterentur, eceruntQui omnibus, quos in poteſtate habebant, puberius interfectis. fœminas & pueros vendiderunt. Regionem pſi, miſſis deinceps quingentis colonis, tenuerunt.

Lacedæmonij cum Argivis bellum.

Melij ab Athenienſibus expugnant.

LIBER SEXTUS THVCYDIDIS.

Epitome.

Siciliæ magnitudo urbes q; & gentes eam incolentes referuntur. Adverſus quam Athenienſes, ſpecie ut Egeſtanis contra Syracuſanos auxilio eſſent, reipſa ut in ſuam ditionem redigerent inſulam, expeditionem parârunt: claſſemq; maximam & inſtructiſſimam, Nicia & Alcibiade & Lamacho ducibus, eò miſerunt. Hæc in Corcyram primò, inde Italiam venieni, paulò pòſt in Siciliam tranſmiſit. Præter Egeſtam, Naxus quoque & Catana urbes Athenienſes receperunt;

Hinc Alcibiades ob Hermarum præciſionem & al a crimina, i. profectionem agitata, revocatus, veriùs iudicium populi, vol um in exilium ivit. Cùm Athenienſes Catanæ ſe caſtris quieti Syracuſani feroces exerci: um ſuum illuc miſerunt. quæ occaſ thenienſes nocte ad Syracuſas claſſi circumvecti, & loco idone metati, Syracuſanos redeuntes acie vicerunt. inde Catanam Alcibiades exul ab Lacedæmonijs accitus, ut Syracuſanis di auxilia mitterent, ac Deceleam in Attica communirent. ſuaſis ſequente Athenienſes ad Syracuſas reverſi, Epipolis captis, aci Syracuſanis devictis, urbem circummunire orſiuntur. cum ſanis opera impedire conantibus aliquot prælijs ſecundo eve gnant: donec magna ex parte munitionibus urbem clauſerus lippus ab Lacedæmonijs dux Syracuſanis miſſus, in Italiam v thenienſes Laconicæ parte populata, propalàm fœdus Lace um ruperunt.

Athenienſium in Siciliam expeditio memorabilis.

ADEM HYEME RVRSVS A nienſes, maiore, quàm Lachetis & Eu dontis fuerat, apparatu copiisq; in Sic vigantes, inſulam eam, ſi poſſent, in ju ditionemq; redigere ſtatuerunt: * ci men pleriſque ipſorum tum magnitu multitudo incolentium eam, tam Græcorum quam ba rum, incognita erant. quin nec illud animis occurrebat multò inferius Peloponneſiaco ſibi accerſere bellum.

Sicilia magnitudinis, gentium q; incolarum, deſcriptio.

quippe * non multò minùs * octo dierum ſpatio o navi circumiri poteſt: tantaq; exiſtens, * viginti ſolùm rum ab cõtinente interſcinditur freto. * A quibus ve quitus habitatam accepimus inſulam, gentesq; omne ſam incoluerunt, nunc deinceps enarrabimus. * Ant mi ſeruntur in parte quadam regionis * Cyclopes Læ

Cyclopes & Læſtrygones

nesq; habuiſſe ſedes: quorum ego neq; originem, ne ingreſſi fuerint, aut quò venerint, quidquam pro compe beo Sufficiant quæ de illis Poetæ prodiderunt, & quæ

Sicani.

unuſquiſq. cognita habet. Primi ſecundum eos Sicani i taſſe creduntur, vel etiam ante ipſos; cum indigenæ, ut runt, exiſtant. Propius eſt vero, Iberos ipſos eſſe, ex * l flumine Sicano ab Liguribus pulſos. ab his tunc Sica pellari inſula cœpit, priùs Trinacria vocitata. nunc qu

Troiani.

occidentalem inſulæ partem ſiti ſunt. Ilio vero capto, iani quidam Achivorum manus elapſi, inq; Siciliam n delati, Sicanis finitimi conſederunt gens univerſa Ely pellati. urbes eorum Eryx & Egeſta fuerunt. Accerſeru

Ph

Phocēſes quidam, ab Troia tempeſtate in Africam primò, inde in Siciliam ſedē quęrentes, delati. Siculi verò ex Italia, ubi priùs habitaverāt, ab Opicis pulſi, in Siciliam tranſgreſſi ſunt; cùm ventis obſervatis ratibus fretum, ut credibile eſt, & fama etiam proditum, aut fortè alia quadā ratione, tranſmiſiſſent. Supersūt adhuc Siculi in Italia. * quę regio ab Italo regequodam Arcadum huius nominis appellationem traxit. Siciliam cum magna multitudine ingreſſi, Sicanos acie victos in partē inſulæ, * quæ occidentem meridiemq; ſpectat, redegerunt; inſulæ nomen, ut pro Sicania Sicilia vocaretur, cōmutārunt; & præſtantiſſimam ejus partem ipſi tenuerunt; annos propè trecentos ante Græcorum in Siciliam adventum tranſgreſſi. nunc etiam mediterranea inſulæ & ad ſeptentriones vergentia colunt. Phœnices quoq; univerſam Siciliam circumcolebant, * promontoriis maritimis & parvis circā inſulis, commerciorum cum Siculis cauſſa, occupatis. Poſteaquam verò Græci mari frequētes in inſulam ventitare cœperunt, caſtellis aliis relictis, Motyam & Soloenta & Panormū in vicinam Elymorum commigrārunt; tum ſocietate Elymorum confiſi, tum verò etiam quòd illic eſt * breviſſimus Carthaginem ab Sicilia trajectus. Hæ ex barbaris gētes Siciliam, & hoc modo, habitārunt. Græcorum verò primi ex Eubœa Chalcidenſes, cum Thucle conditore navib. profecti, Naxum condiderunt; & Apollinis Archegetæ aram (ea nunc extra urbem ſita eſt) in qua qui ex Sicilia oraculi expoſcendi cauſſa navigant, priùs ſacra faciunt, poſuerunt. Syracuſas inſequente anno Archias, ex Heraclidarum familia ab Corintho oriundus, cōdidit; Siculis primò ex * inſula (ea priùs mari circumluitur, nunc continēti annexa eſt) pulſis, in qua nunc interior urbs eſt ſita, ac poſtea exterior quoq; addita, frequens hominum multitudine facta eſt. Anno quinto poſt conditas Syracuſas, Thucles Chalcidenſesq; Naxum ſedem habentes, Siculis bello pulſis, * Leontinos condiderunt; & deinceps Catanam conditorem ipſi Catanenſes Euarchum fecerunt. Eadem tempeſtate Lamis ab Megaris coloniam in Siciliam deducturus venit, ſuperq; Pantacium amnem oppidum quoddam (Trotilum vocant) condidit. Inde exiguo tempore cum Leontinis & Chalcidenſib. Republica communiter geſta, ab ipſisq; pulſus, Thapſum cōdidit. Mortuo eo, cæteri Thapſo relicta, cùm Hyblon rex Siculorum prodidiſſet regionē, & eorum dux factus eſſet, Megarenſes, Quos Hybleos vocant, condiderunt. Ibi cùm ducentos & quadraginta quinq; habitaſſent annos, ab Gelone Syracuſano tyranno urbe agroq; pulſi ſunt. Priuſquam id fieret,

Phocenſes. *Siculi.* *Phœnices.* *Græci.*

poſt cẽtum quàm hi conditi ſunt annos, Selinuntem Pam
lo miſſo erexerunt. is ab Megaris patria ipſorum veniens,
dem apud eos fixit. Gelam verò anno, poſtquam conditę
Syracuſæ, quadrageſimo & quinto, communi opera condi
runt Antiphemus & Entimus, hic ex Creta, ille è Rhodo ce
nos adducens. Nomẽ urbis ab Gela amne deductum eſt,
in quo nũc urbs inſita, & in quo principiò habitatum eſt, Li
vocatur. inſtitutis ipſi legibusq; Doricis utebantur. Annos
rò centum propè & octo poſtquam hi ſunt conditi, Acrag
tem Geloi condiderunt. urbem ab Acragante amne appe
runt. conditores fecerũt Ariſtonoum & Pyſtilum, qui Ge
oppidum inſtitutis regerẽt. Zanclam initiò prædones, ab
ma (Chalcidica urbs eſt, in Opicia ſita) adveniẽtes, tenuer
poſtea verò ab Chalcide & cætera Eubœa turba advenien
eis habitavit. conditores Perieres & Cratæmenes fuerun
Cuma alter, alter Chalcide oriundus. Nomen primum al
culis impoſitũ Zancla fuit, quòd * in modum falcis (fal
Siculi Zanclum vocãt) urbs eſt ædificata. Inſequente tem
re hoſce Samii & alii Iones, qui ab Medis pulſi ad Siciliam
pulerant, ejecerunt. Nec ita multò pòſt Samios etiã Anax
Rheginorum tyrannus expulit, urbemq; promiſcua mult
dine frequentatam, Meſſanam ab antiqua ſua patria appe
vit. Ab Zanela Imeram condiderunt Euclides & Simus &
con. in eam coloniam Chalcidẽſium magna pars commi
vit, & Syracuſani quidam exules, qui Meletidæ vocantur
ſeditionem pulſi eis ſeſe cõjunxerunt. lingua ex Dorica C
cidenſiq; miſta erat: inſtituta verò Chalcidica prævaleban
cræ & Caſmenæ ab Syracuſanis conditæ ſunt: illæ ſeptua
ta poſt Syracuſas, hæ propè viginti poſt Acras, annos. Cam
na quoq; ab iiſdem cepit initium, annos circiter centum tri
ta & quinq; poſt Syracuſas cõditas. conditores Daſcon &
necolus. Ejectis verò ab Syracuſanis propter rebellionem
marinenſibus, tempore ſequente Gelæ tyrannus Hippo
tes, precio pro Syracuſanis * quibuſdã captivis acceptos
Camarinenſe, ipſe conditor factus Camarinam frequent
Rurſus ea ab Gelone everſa, tertium ab eodem inſtaurata
Hæ ferè ſunt gentes tum Græcæ tum barbaræ, quæ Sici
incolebant. Tantæ igitur magnitudinis inſulæ bellum
Athenienſes movere cogitabant; cupiditate, ut veriſſim

Cauſſæ expa ditionis Athenienſium in Siciliam.

cauſſam dicam, univerſæ imperandi inducti; conſangui
autem ſuis cæteriſq; confœderatis, * ut honeſta rem præ
ptione tegerent, ſuppetias ferre volentes. Præ aliis autem
maximè eos inſtigabãt Egeſtanorum legati, qui tunc ad

imp

impenſeq; auxilium eorum orabant. Bellum hi cum Selinuntiis finitimis, * ob nuptiales quoſdam contractus, & agri partem cõtroverſam, gerebant. Cæterùm Selinuntii Syracuſanis ſociis adſcitis, cùm Egeſtanos terreſtri maritimoque urerent bello: ipſi ſocietatẽ, cum Lachete priore cum Leontinis bello factam, repetentes, naves ſibi in auxilium mitti rogabant; tum alia plurima dicentes, tum, quod caput erat; ſi Syracuſani Leontinis impunè everſis, cæteris etiam ſociis oppreſſis, ipſi totius Siciliæ imperio potirentur, metum eſſe, ne aliquando ingẽtibus copiis atq; apparatu Dorienſes Dorienſibus, ob cognationem, adeoq; coloni Peloponneſiis conditoribus, auxilium ferrent, ipſorumq; unà imperium everterent. Prudentis autem animi eſſe, cum reliquis adhuc ſociis reſiſtere Syracuſanis; maximè cùm pecuniam ipſi in bellum affatim præbituri eſſent. His auditis Athenienſes, quia in omnibus concionibus Egeſtani, quiq; eorum cauſſam juvabant, ea dictitabant: legatos prius Egeſtam mittere decreverunt, qui inſpicerent, num pecunia tanta, quantam illi ferrent, in publico fanisq; eſſet, & quis belli cum Selinuntiis ſtatus explorarent. His mandatis legati Athenienſium in Siciliam miſſi.

Lacedæmoniorum cũ Argivis bellum.

Eadem hyeme Lacedæmonii ſociiq;, exceptis Corinthiis, Argivorum cum exercitu ingreſſi regionem, paucisq; populatis agris, frumentum avexerunt, & pecora quædam abegerũt. Orneas exulibus Argivorum habitandas dederunt: & paucis quibuſdam cum eis ex cætero exercitu relictis, pactisq; induciis in certum tempus, quo pacem inter ſe Orneatæ Argiviq; haberent, domum copias reduxerunt. Verùm nõ multò pòſt, cùm Athenienſes triginta navibus & ſexcentis gravis armaturæ veniſſent, Argivi cum Athenienſib. univerſi egreſſi, Orneas una die oppugnarunt nocte proxima, cùm exercitus longiùs ab urbe caſtra poſuiſſet, oppidani deſerta urbe profugerunt. Quod ubi intellexerunt die poſtero Argivi dirutis Orneis, diſceſſerunt. Athenienſium quoq; naves domum reverſæ. Methonem etiam Athenienſes Macedonię finitimam urbem maritranſportatis equitibus ſuis, & exulibus quos habebant. Macedonum, regionem Perdiccæ infeſtabant. Itaq; Lacedemonii ad Chalcidenſes in Thraciam (denum hi dierum inducias cum Athenienſibus colebant) miſerunt, ut Perdiccę ſuppetias ferrent. ſed ii noluerunt. Ita cum hyeme ſextus decimus huius belli annus finitus eſt, quod Thucydides ſcripſit.

Athenienſium contra Perdiccam bellum.

Athenienſium de bello Sicilienſi deliberatio.

Primo vere æſtatis inſequẽtis legati Athenienſium ex Sicilia cum Egeſtanis venerunt, in ſtipendium menſtruum pro ſexaginta, quas ſibi mitti petebant, navibus, non ſignati argẽti

ratio & decretum.

ſexaginta ferentes talenta. Itaq; Athenienſes concione vocata, & auditis Egeſtanis ſuisque legatis; qui cùm alia quæ ipſos incitarent mentiebantur, tum verò pecuniarum ingẽtem vim in fanis & in publico præparatam aſſeverabãt: decretum fecerunt, ut naves in Siciliam ſexaginta mitterentur. earum præfecti cũ poteſtate libera eſſent, Alcibiades Cliniæ & Nicias Nicerati & Lamachus Xenophanis. hi ut auxilium Egeſtanis cõtra Selinuntios ferrent decretum: ac ſi per bellum vacaret, Leontinos in ſuam urbẽ reducerent, & alia in Sicilia, quæ ex utilitate Reipubliçæ viderentur, adminiſtrarẽt. Quinta poſt hac die rurſus concione cõgregata, ut quemadmodum apparatus navalis quam primùm conficeretur, aliaq; quæ ducib. opus ad navigandum eſſent, decernerent: Nicias * licet ſeipſum quoque ducem creatum cerneret, tamen quia parùm rectè ei cõſilio animum adjeciſſe civitatem cenſebat; quæ levi ac ſpecioſa magis occaſione mota, Siciliæ univerſæ, tantæ moli, animum adjeciſſet: progreſſus, ut averteret ab eo propoſito, ita diſſeruit: * Etſi videam concionem hanc apparatus noſtri cauſſa, quo cum in Siciliam navigare oporteat, conveniſſe: mihi tamen de hoc ipſo etiãnum deliberandum videtur; utrum è Republica ſit haſce naves ablegare, ne præcipiti exigui temporis conſilio, de tantis rebus alienigenis obſecuti, bellum non neceſſarium moveamus. Enimverò mihi ex hoc negotio honos accedit, * & de meo corpore minùs quàm alii ſum ſolicitus. æquè tamen bonum civem judico, qui & corporis ſui & fortunarum curam gerit. maximè enim talis Rempublicã ſui quoque cauſſa proſperè rectèq; geri cupit. Veruntamen neq; præterito tempore, propter honores quos mihi habuiſtis quidquam præter animi mei ſententiam dixi, neq; nunc aliud, niſi quod optimũ judicavero, dicam. * Cæterùm, qui veſtri ſunt mores, non ignoro, parvi ponderis meam apud vos orationẽ futuram; ſi admoneam, ut veſtra tueri ſtudeatis, nec quæ jam ſunt veſtræ poteſtatis, ob res dubias & incertas in tanti diſcriminis aleam committatis. * Itaq; miſſis iis, vos & intempeſtive properare, nec ita facilè quæ ſpe cõcepiſtis obtinere poſſe, docebo. * Nimirum tanta in his regionibus hoſtium multitudine relicta, illò jam navigare intenditis, ut alios huc inſuper accerſatis. * Forſan & in fœderis præſentis firmitate ſpem aliquam reponitis; quod quidem verbotenus, dum vos nihil movebitis, fœdus erit: (tale enim illud * & noſtrùm & adverſariorum quidam effecerunt) at verò ſi vos memorabilem aliquam cladem accipiatis, nihil hoſtes prolatabunt, quin vos adoriantur; qui priùs calamitatibus adacti, fœdiore quàm nos

Oratio Niciæ bellum Sicilienſe diſſuadens.

condi-

condítione neceſſarium fœdus fecerunt. in quo tamen ipſo multa controverſa dubiaq; reſtant. * Sunt etiam quidã, qui neque huic ipſi pacificationi * unquam ſubſcripſerunt, iique non infirmiſſimi; quorum alii jam * apertè in armis ſunt, alii quoniam Lacedæmonios quieſcere vident, denum dierum * induciis continẽtur. Et fortaſſe ſi noſtras copias viderint diviſas (quod nunc enixè facere maturamus) omninò cum Sicilienſib. nos invadẽt: quos ipſi jam olim ſibi ſocios fieri omnib⁹ vobis exoptârunt. Hæc jam reputare convenit, neq; civitati, quæ non in portu, ſed alto navigat, conſulere, ut ſe temerè periculis objiciat, aut aliorum expetat imperium, priuſquã ſuũ firmaverit: cùm Chalcidenſibus, qui ſunt ad Thraciã, tot annos impunita ſit defectio, & alii quidã continentis ſocii rigida cervice imperii jugum patiantur. Enimverò nos Egeſtanis ſociis noſtris, tanquã injuriam paſſis, auxilium ferre feſtinamus: quorum verò defectione nos ipſi jampridẽ læſi ſumus, in eos pœnas expetere prolatamus. * Atqui licet hoſce de feſſos cõfectosq; detineamus, illos etiã ſubigamus; cùm & longè abſint, & complures exiſtant, difficile ſanè fuerit imperio ipſos continere. Amẽtis verò eſt illos aggredi, quos licet vincas, nõ tamẽ retinere poſſis; ſin conatu excidas, nõ eodem ſtatu, quo priùs, res tuæ ſint futuræ. * Siculi mehercle, ut nunc ſe res eorum habent, minùs mihi, ſi Syracuſanis pareant, vobis infeſti (quo metu præcipuè vos terrent Egeſtani) futuri videntur. Nunc .n. quidẽ ſinguli in Lacedæmoniorum ſortè gratiã venire poſſunt: tunc verò haud quaquam ſimile veri eſt, eos qui imperiũ tenent adverſus aliud imperium militaturos, quo .n. modo noſtrũ cum Peloponneſiis imperiũ everterent, idẽ ſibi de ſuo ab iiſdem metuendũ ſcirẽt. * Nos autem eius regionis Græcis maximæ ſumus formidini, ſi nunquã ad ipſos venia mus; aut ſi oſtenſis ſolùm viribꝰ, è veſtigio diſcedamus. quòd ſi ignominiã aliquã accipiamus, illicò * nos & contemnẽt, & cum huius regionis hominib. adorientur quæ .n. longiſſimè à nobis abſunt, quæq; minimũ opinionis documentum dederunt, maxime admirationi eſſe certũ eſt. Id quod vobis, Athenienſes, adverſus Lacedæmonios ſociosq; evenit, qui præter omnem ſpem ſuperiores iis quos timueratis effecti, nunc illis contemptis ad Siciliã animũ adpuliſtis. Verùm non in adverſa hoſtiũ fortuna tollere animos oportet: ſed ſi conſiliis ſuperemꝰ ipſos, ibi ſpiritꝰ gerere decet; itaq; habere, nõ aliud quidquã jam Lacedæmonios mẽte agitare, quàm quo pacto infamiã ſuã, ſicuti nos labemus, & maculã acceptã eluant; idq; eo magis, quo longiore tempore & majore ſtudio virtutis laudi

„ incumbūt. Quare ſi nobis ſana mens eſt, nō de Egeſtanis in Si-
„ cilia barbaris certamē propoſitū judicabimus: ſed ut adverſus
„ eam civitatē, quæ propter paucorum potentiā nobis inſidias
„ tēdit, nos quàm celerrimè muniam⁹. * Illud quoq; propone-
„ re animo veſtro debetis, cùm paulo ante ab immani morbo &
„ bello paululùm reſpiraverimus, ea q; cauſſa & opū & hominū
„ multitudine creverim⁹: æquū eſſe pro nobis ea impēdi potiùs
„ quàm in homines hoſce profugos auxilio egētes; quib. ſpecio-
„ sè mentiri eſt utiliſſimū; quiq; periculo aliorū ipſi verba ſolùm
„ addentes, ſuperiores facti, gratias dignas non habent; ſicubi
„ fortuna cadant, amicos ſecum in exitium trahunt. * Quòd ſi
„ quis autē * imperandi cupidus creatus imperator, vos ad ex-
„ peditionem iſtam ſuſcipiendam, ſuo tantum commodo intē-
„ tus, hortatur; * maximè qui nōdum ea ætate eſt, cui imperiū
„ tutò cōmitti poſſit; * ut ipſe admirationi ſit * ob ſumptus &
„ luxuriam, quam * in equis alendis exerceat, utq; ex imperio e-
„ molumenta capiat: huic vos, inquam, non concedite, ut cum
„ periculo Reipublicę privatum ſplendorem exerceat: itaq; ha-
„ betote, tales & in Rempublicā delinquere, & privatim * rem
„ familiarem profligare: hoc autem negotium majus eſſe, quàm
„ in quo juvenis conſilio credi, aut raptim aliquid agi debeat.
„ * Cui equidē viro cùm iſtos advocatos illic video aſſidentes,
„ id verò non mediocriter pertimeſco. Viciſſim autem ſeniores
„ ego hortor, ut licet quis eorum huic aſſideat, tamen ne verea-
„ tur, ut timidus vel ignavus, ſi minùs bellum jubeat, eſſe videa-
„ tur; néve idem quod illi in ſe admittat, væſana abſentium cu-
„ pidine tractus. quippe non ignarus, quæ ex cupiditatū præſcri-
„ pto gerantur, rariſſimè ſuccedere; quæ verò prudentia, felices
„ ut maximè eventus habere. * Pro patria igitur, quæ nunc in
„ maximo. ſi unquam aliās, diſcrimine hæret, refragentur & de-
„ cernant: Sicilienſes ſi ſuis ſe finibus, quos nunc habent conti-
„ neant, non id vos reprehendere; Ionio videlicet ſinu, quà in
„ continentem inſula; Siculo mari, quà in altum vergit: ſua ha-
„ beant, & inter ſe commune bonum adminiſtrent. Egeſtanis
„ verò ſeorſum dicatur, quod bellum non conſultis Athenienſi-
„ bus ipſi ſuo conſilio cum Selinuntiis cōflaverint, id per ſe ſuis
„ viribus exequantur. Deinceps verò neq; ſocios ampliùs, uti
„ ſolemus, faciamus: quibus nos fortuna preſſis ſubſidio ſimus,
„ ſin verò ipſi ab eis commodum aliquod expetimus, repulſum
„ feramus. Tu verò Prytani, ſiquidem tibi convenire cenſes cu-
„ ram Reipublicæ, ſiq; te civem bonum credi vis, iterum in ſuf-
„ fragium mitte Athenienſes. quod ſi facere dubitas, ita habe-
„ to: ſiquidem leges in hoc caſu neglexeris, non id tibi tot teſti-

bus

bus firmato crimini datum iri; sic autē Reipub. malè sibi consulenti egregium te remedium allaturum: idque esse præclarè administrare patriam, ut eam quantis fieri potest commodis afficias, aut certè tua sponte nullo damno lædas. * Hæc Nicias. Athenienses verò multi progressi expeditionē urgebāt, & ne decretum rescinderetur suadebant. * quidam etiam diversum censebant. Præ cæteris autem impensè ad expeditionem Alcibiades Cliniæ hortabatur; tum * uti se Niciæ, cuius aliàs in Repub. erat adversarius, opponeret, tum quia is contumelio: ipsius fecerat mentionem. Ingens autē ipsum imperandi libido invaserat, sperabatq; Siciliā se & Carthaginē subacturum, & privatim quoq; fortuna aspirante opes & gloriā adquisiturum. Nam quoniā auctoritate inter cives pollebat, effrænatioribus, quàm ipsius ferebant fortunæ, cupiditatibus ducebatur, tum equis alēdis, tum aliis sumptib. id quod non in postremis deinceps Athenienſium urbē evertit * Metuentes enim pleriq; licentiam ipsius, & in victu insolentiam, ingeniumque in unoquoq; supra modum hominis privati, & velut dominationem affectantis: hostili in ipsum animo fuerunt. Itaq; licet publicè * bellum felicissimè gereret, privata tamē studia eius moresq; exosi, ad alios deferendo imperiū, non multò pòst universam in præceps Rempublic. dederunt. Tunc igitur progressus ad Athenienses, tali adhortatione est usus: * Et imperatorem me, Athenienses, magis quàm alios esse convenit, (inde enim orationis meæ exordium proficisci debet, quando quidem me quoq; Nicias incessit) & ego simul non indignum eo me munere censeo * Cuius enim rei causa in ore hominum & sermone versor, id mihi meisq; majoribus gloriæ, patriæ etiam utilitati, cedit. Propter eum namq; quem in Olympiæ spectaculo exercui splendorem, Græci, qui affectam penitùs profligatamq; bello nostram civitatem rebantur, majorem eam quàm pro viribus ipsius esse judicārunt. Curribus quippe septem, quot nemo unquam antea privatus, in certamen descendi. vici autem, & secundum & quartum locum obtinui, aliaq; ex dignitate victoriæ * magnificè apparateq; feci. quæ omnia leges quidem honore remunerantur, ipsum verò factum potentiæ virtumque concitat opinionem. Cætera quin etiam quæ in urbe exerceo, magnificentia & splendor: civibus quidem (sic enim natura comparatum est) odio sunt; exteris autem potentiæ nostræ documenta. Itaque non inutilia sunt consilia istiusmodi, siquis privatis sumptibus non sua modò, sed Reipublicæ quoque, comparat emolumenta. * Neque iniquum etiam est, si quis magno

Alcibiadis consilia & mores.

Oratio Alcibiadis, belli Sicilien. suadens.

animo

» animo prẽditus * cęteris æquiparari nolit. quippe nec qui ad-
» uersa premitur fortuna, cum alio quoquã communem habet
» calamitatẽ: sed quemadmodum infelicium curã non agimus,
» eodem jure ferendum est, si ab felicioribus despiciare; vel æ-
» qualẽ te aliis gerens, idem ab ipsis postulato. * Non sum ne-
» scius, tales & quicunq; splendore aliquo excellunt, in præsen-
» ti sua vita graves esse paribus maximè, deinde & aliis quibus
» cum vivunt. posteri autem eorum consanguineos esse, licet
» id non sit, jactant: * & patria de illis, ut suis civibus, & qui nõ
» malè Rempub. sed omninõ optimè administraverint, gloria-
» tur. * Hæc ego dum sequi studeo, eaque de caussa ob privata
» studia in hominum sermone versor: advertite quæso animũ,
» sicubi ob id Rempubl. peiùs geram. Moto ego concitoq; sine
» magno vestro periculo & sumptu, universo robore Peloponne-
» nesi, Lacedæmonios eò deduxi; ut unius diei momento in
» discrimen summę rerum ad Mantineam pugnarent. quo prę-
» lio cùm vicerint, tamẽ ne nunc quidem sibi fidere aut animos
» tollere audent. Hæc ego adolescens, & ob ætatẽ demens vi-
» sus, contra Peloponnẽsiorum potentiã oratione conveniente
» effeci, minusq; fidem impetravi, ut neq; jam vos de me vereri
» debeatis. * Quare dum ego ætatis vigore valeo, dum Nicias
» felix fortunatusq; esse videtur, utimini cõmodis utriusq; no-
» strùm; neq; de expeditione in Siciliã aliquid mutate, tanquã
» cum nimium valido hoste nobis sit res futura. * Multitudo u-
» urbium omnis conventa est, quæ facilè in Rep. aliquid mutat
» & exteros recipit. qua de caussa nullus tanquã de sua patria,
» aut ad corporis sui defensionẽ armis, aut alio in regione ap-
» paratu, sufficienter est instructus. Ad id verò se quisq, compa-
» rat, quod vel verbis se impetraturum sperat, aut seditione ex
» publico subtracturum, aut certè si non succedat, ut in aliã re-
» gionem migret. talem multitudinem quis credat uno animo
» consilium accipere, aut ad res gerendas communẽ operam
» conferre posse? mox hercle singuli, si quid acceptũ iis dicatur,
» in nostras partes transibunt: in primis cùm, ut fama est, ipsi in-
» ter se discordes odiis intestinis flagrent. * Enimverò nec ar-
» matos tot habent, quot vulgò jactant; sicut neq; alii Græci tot
» fuisse comperti sunt, quantum suorum quilibet numerum fe-
» cerunt. itaq; maximis in hac re Græcia mendaciis abusa, vix
» in hoc bello sufficienti apparatu instructa est. In hunc modũ,
» uti ego auditum habeo, multoq; opportuniùs, res ibi cõpara-
» tæ sunt. Quid? * quòd barbarorum multi odio Syracusanorũ
» socia nobis arma jungent, * & præsens hic rerum status ni-
» hil, si rectè consuluerimus, impedimenti inferre potest. Majores

quippe

ſtri,cùm hos ipſos,quos ſi navigemus hîc nos in vil-
i relicturos ajunt, & inſuper Medum, hoſtes habe-
ɛrium hoc adquiſiverunt: nō alia mehercule ratio-
qui navium copia abundārunt. * Illi ſanè non ma-
quàm in præſentia, licet admodum animis erecti,
ſubigendis ſpem habere poſſunt. quippe ut regionē
oſtros invadāt,etſi nō navigemus,ſatis ſunt validi:
autē copiis nullum nobis detrimentū dabunt,cùm
os & parē ipſis habeamus claſſem. Quare quid ſatis
ſſæ afferri poteſt,ob quam nos tergiverſemur? aut
endi,quo minùs ſocios auxilio juvemus? * juramē-
ulat religio,ut ſuccurramus eis. * Nec illud animo
is,quòd ipſi nobis auxilio nunquam fuerunt.quippe
ſſa ſocios fecim⁹, ut in has regiones auxilia ſua mit-
ut hoſtib. noſtris,quos illic habemus,incumbentes,
c invadant impedimento exiſtant.* Auxilium enim
am barbaris quàm Græcis implorantib.ferendo,im-
os noſtrum,* &ſi qui alii habuerunt,cōparavimus.
i quieti omnes eſſe velimus,aut inter nos cui auxilio
ercantes,exiguum interim ac leve quiddam impetio
us: de hoc ipſo profectò nobis periculum creabitur.
ri namq; nō invadenti ſolùm homines reſiſtunt, ſed
id poſſit prævertere ſolent. Non nobis imperii noſtri
diſponere licet: * ſed quoniā id ſemel amplexi tene-
eſſe eſt,ut aliis inſidias ſtruamus, aliis aliter in cervi-
ɛeamus;quandoquidem niſi aliis nos imperemus,ne
is imperent,ſit metuendum: nec ut aliis quieti ac paci
udere licet, niſi noſtra quoq; ſtudia & inſtituta * adi-
ıtiones cōparemus. Quocirca cùm videamus,expedi-
ıc noſtrū imperiū eximiis incrementis auctū iri: * agi-
:onſcendamus naves, ut elatos Peloponneſiorū ani-
ntundam⁹; quo nos deſpiciēteis,neq; gaudēteis præ-
ce,ultrò claſſem in Siciliā mittere cernāt. * Simul illis
ſubactis, aut Græciā univerſam (quod nobis fortuna
t)ſubigemus,aut clade Syracuſanos memorabili affli-
quæ & nobis & ſociis noſtris utilis exiſtat. * Adhæc ut
bis liceat,ſeu faveat fortuna, manere, ſeu inde abſce-
ves præſtabunt.id enim noſtrę poteſtatis erit,etiamſi
i conentur obſiſtere Sicilienſes. * Quamobrē ne vos
ini Niciæ verbis averti, quæ & pacem ſegnē atq; otio
diſſidium ſeniorū ac juventutis,quærunt. Quin potiùs
diſciplina inſtitutoq; majorum noſtrorum, qui ſenio-
a junioribus conſilia conferebāt, ad hoc faſtigium

Rempub.

„ Rempubl. evexerunt: vos quoq; eosdem mores sequentes, i-
„ pſam augere contendite; itaq; habete, nihil absque mutua o-
„ pera senes juvenesq; posse. namq; & quod est deteri⁹, & quod
„ omninò exactum perfectumque, & inter hæc medium, si hæc
„ omnia jungantur misceāturq;, maximum haud dubiè robur
„ habent. * Neq; ambigitur, civitatem quietam & ignavam ja-
„ centem, marcescere otio situque; & cùm ipsam sese, * uti alia
„ quoque, atterere, tum peritiam omnium & scientiam conse-
„ nescere; sin certaminibus perpetuò acuatur, semper aliquid
„ experientiæ accedere, ac potiùs factis quàm verbis homines
„ ad pugnandum resistendumq; assuefieri. Vniversè autē ego
„ ita censeo, civitatem negotiis assuetam, si in otium conversa-
„ tur, quàm proximam exitio fieri: eosq; homines quàm tutis-
„ simè degere, qui præsentibus institutis legibusque, licet fortè
„ pejoribus, Rempub. sine certaminibus administrent. Talis
Alcibiadis oratio fuit. Athenienses, cùm & ipsum audissent,
& Egestani Leontinorūq; exules progressi, precibus eos ex-
posceret, & jurejurādi memorata religione, suppliciter au-
xilium orarent: longè majore, quàm prius, studio ad bellum
exarserunt. Igitur Nicias, ubi eos priore oratione nō amplius
de sententia dimoveri posse vidit; * si fortè apparatum ma-
gnum imperando; absterrere eos magnitudine posset, pro-
Oratio Nicie de apparatu in bellum. „ gressus hujuscemodi orationem habuit: * Maximè vellem,
„ Athenienses, expeditionem hanc, quando eam omninò vo-
„ bis propositam cerno, ex animi vestri succedere sententia. In
„ præsentia autem quid mihi videatur, audite. * Vrbes quibus
„ nos bellum paramus, ut ego audio, magnę sunt, neq; invicem
„ subditæ, vel sic affectæ, ut aliquā rerum cōmutationem exo-
„ ptent, aut intolerando pressi servitio vicissitudinem aliquam
„ facilioris imperii expetant. itaq; haud quaquā verisimile est,
„ imperiū eas vestrū pro sua libertate accepturas. Ad hæc mul-
„ titudine, cùm unica sit insula, multas Græcas æquare possunt
„ Præter enim Naxum Catanamq;. quas ego urbes ob Leonti-
„ nam cognationē nostrā sectā secuturas spero, alias sunt * sē-
„ ptem, instructæ omninò æquali cum nostris copiis apparatu:
„ ex quibus nō postremæ, quib. nos arma movemus, Selinus &
„ Syracusæ. Plurimi his armati suppeditant, multi sagittarii &
„ jaculatores, multæ triremes, magna hominū vis qui conscen-
„ dant; pecunias partim in privato, partim in fanis habent Seli-
„ nuntii; Syracusani etiā à barbaris quibusdā proventus habēt.
„ ad hæc, quo nos admodū superant, equorū numero abundāt;
„ & frumento ex sua regione, non importato, utuntur. * Ad-
„ versus tales copias nō classe solùm & paucis militib. est opus;

sed pe-

[redacted]natum non contemnendũ in naves imponere opor- "
[redacted]quid dignum ijs, quæ animo concepimus gerere volu- "
[redacted]ce equitatu multitudine terrâ ateeri: idq; inprimis, si no- "
[redacted]ri urbes vires suas conjungent, & nostrorum socio rum "
[redacted]præter Egestanos, equitatũ, quo resistamus, præbebit. "
[redacted]fortè, si viro pulsi abscedere cogemur, aut ea quæ "
[redacted]omiserimus, postea modò accersere debebi- "
[redacted]igitur nos justo cum apparatu movere oportet, "
[redacted]quòd procul ab nostra regione navigaturi sint, "
[redacted]hostib. belli gerendi cõmoditates habitu- "
[redacted]in subdita regione bellum alicui inferre, unde "
[redacted]habere ex socio agro cõmeatus necessarios possi- "
[redacted]longinquas terras iter molientibus: nec hybernis tẽ- "
[redacted]4. mensibus nusquam habere potestis. * Gravis "
[redacted]; milites complures ea sæpe mittendos, & non "
[redacted]subditorumq;, & si quem ex Peloponneso "
[redacted]aut alium undecunque conducere possimus. ad hæc sa- "
[redacted]plurimos & fundilores ipsorum equitatui opponc- "
[redacted]viũ verò antũ esse numerũ oportet, ut equitatus "
[redacted]here possint. Sequantur etiam cum cõmeatu, "
[redacted]hordeo q; tosto, & pistoribus ex insulendinis, aliis coactis, "
[redacted]de conductis: ut sicubi tempestate retinearmur, ali- "
[redacted]habeat exercitus; quem ob magnitudinem nõ quævis "
[redacted]pere valebit. * Cætera etiã quantũ fieri poterit, præ- "
[redacted]oportet, nec ulla parte spes nostras * in alijs defigam. "
[redacted]per pecunias hunc quàm maximam vim nobiscũ sumã- "
[redacted]ium quas apud Egestanos paratas ferunt, eas verboten. "
[redacted]s esse scitote. * Quòd si nos hinc contra ipsos (adversus "
[redacted]illorũ duntaxat animaturam) non æquali solùm appara- "
[redacted]ructi veniamus, sed etiã aliis rebus omnibus superiores "
[redacted]; ægrè tamen illos devincere, & res nostras incolumes "
[redacted]mus præstare. * Itaq; hoc etiã vobiscum reputate, quòd "
[redacted]rbem inter hostes alienigenasq; sitã nobis subjicere co- "
[redacted]oporteat nos prima die, qua classis terrã attigerit, ex- "
[redacted]ò omnem regionẽ nostræ potestatis facere; aut pro cer- "
[redacted]re, quòd si cubi conatu frustremur, omnia undiq; hostilia "
[redacted]aq; simus habituri. * Quæ omnia cùm ego metuã, & in- "
[redacted]ios & recto consilio & inprimis fortuna secunda plu- "
[redacted]opus habere (qua re nõ alia mortalibus difficilior "
[redacted]) ita hoc iter ingredi statui, ut me quàm minimè fortu- "
[redacted]bitrio permittã, omnibq; idoneo & necessario apparatu "
[redacted]ctus navigabo. Hæc enim & universæ Reipub. utilissima "
[redacted]o, & nobis militaturis utilissima. Quòd si quis aliter sen- "

mo sen-

„ mo ſentit, ei ego imperium hoc lubens permittã. Tanti
rè Nicias verborũ fecit, ratus magnitudine rerum & ap
tus, aut mutaturos eos ſententiã, aut ſi omninò in expe
nem ſibi eſſet eundum, ita quàm tutiſſimè navigaturũ.
Athenienſium ad bellum Siculenſe ardor. nienſibus verò multitudine apparatus non modò cu
exempta nõ eſt, ſed multò magis animi ad navigandi
cenſi: adeoq; contrarium ipſi accidit. egregiè enim mc
viſus eſt, eaq; de cauſſa jam omni ex parte omnia tuta
Simul univerſos ſenes pariter juvenesque, ingens nav
libido cepit; illos, quia ſe aut ſubacturos hoſtes quo
bant, aut certè ob magnitudinẽ exercitus nullam clad
cepturos, ſperabant; hos verò ob deſiderium videndi ſp
diq; longinquam regionem, & quòd pleni erant bonæ
iterum incolumes redituros. Cætera militaris turba j
ſentia optimã mercedẽ, inde imperio aucto perpetua
dia ſibi proponebant. Itaq; ob tantum multitudinis a
ſi cui etiam diſplicebat, tamen ne repugnans malè in
Apparatus expeditionis affectus videretur, ſilentium agebat. Tandem verò A
enſis quidam progreſſus, Niciamque cohortatus, juſſ
miſſis ambagibus aperte coram omnibus effari, quale
apparatum ab Athenienſibus decerni vellet. Ille invi
cere, ac malle cum collegis ſumpto ſpatio ea de re delib
cæterùm videri ſibi ajebat, triremibus non paucioribu
tum navigandum eſſe. navium verò Athenienſium, c
matos veherent, quantum videretur: cæteras ex ſocii
candas. gravem armaturam univerſam, Athenienſium
ciorum, non minorem quinq; millibus eſſe debere; aut
poſſit etiam majorem. reliquas copias pro portione, ſi
Athenienſes imperatoribus belli ſummam poteſtatem decernunt. riosq; ex urbe & Creta, & ſunditores, & ſi quid prætere
eſſet, ea nomina ſe præparata ducturos. His auditis, At
ſes legem protinùs tulerunt, ut imperatores ſummam
ſtatem imperiumque haberent, & de magnitudine exe
deque cæteris, quæ ad navigationem opus eſſent, ſtatu
prout ipſis è Repub. Athenienſium eſſe videretur. Hi
apparatus fieri cœpit: miſſique ad ſocios, qui delectur
eos haberent: & ipſi in urbe copias ſcribebant. Reſpir
jam civitas à morbo & continenti armorum ſtrepitu, j
ob belli laxamentum & nova ſobole & pecuniarum
Statuæ Mercuriales præciſæ, & inde ortus motus. aucta erat. qua de cauſſa magis omnia in expedito era
Dum hæc geruntur apparanturque, ſtatuæ Mercur
urbe Athenarum (Hermas vocant, * quadratum opus
plurimi in privatarum * ædium veſtibulis * & templi
patrio habentur) una nocte pars major juxta ora p

ſunt; *nec ad quos pertineret facinus quiſquã ſciebat; publicè tantum in iſtos, magnis indicio præmiis propoſitis, inquirebatur. Huic additum decretum, ut ſi quis vel civis vel peregrinus aut ſervus aliud aliquòd in rem ſacrã commiſſum ſcelus noſſet, id omni metu liber deferret. Cæterùm factum illud in majus acceptum, in religionem etiam verterunt; expeditionis omnem augurium q; eſſe rati, & conjurationem de novãdis rebus diſſolvendo q; populari ſtatu portendere. Defertur itaq; indiciũ ab inquilinis quibuſdam & famulis: ſed non illud Hermarum crimen, verùm de aliis quibuſdam ſtatuis quę ab adoleſcentibus per luſum & vinum priùs fuerant præciſæ. ſimul quòd ſacra arcana, * quæ myſteria vocant, in privatis ædibus per ludibrium agerentur. In Alcibiadem quoq; facti ejus * ſuſpicio conferebatur: eaq; ſedulò obſervabant ipſius inimici, quẽ obſtare ſibi, quò minùs plebi omninò præeſſent, rebantur. itaq; cùm eo ejecto principem in Republica locum ſe habituros ſperarent, augebant id crimen; clamitantes, popularis ſtatus diſſolvendi cauſſã ſacra arcana & Hermarum præciſionem factam. nihil autem eorum ſine Alcibiadis conſilio actum arguebant. Simul argumenta colligebant, ex cæteris moribus ejus inſtitutisq; ab popularibus abhorrentibus ſtatu. Alcibiades & in præſentia indicia diluebat, & judicio, utrũ illa ſe auctore facta eſſent, priuſquam navigaret (jam enim omnia apparata erant) ſeſe offerebat; ut ſi quid horum perpetraſſet, pœnas lueret; ſin abſolveretur, imperium demandatum retineret. Obteſtatus eſt etiam Athenienſeis, ne calumniis de abſente ſparſis aures præberent; ſed ſi quid deliquiſſet, jã protinùs necarent. Sic enim prudentiùs acturos, quam ſi tali crimine oneratũ, incognita cauſſã cum tanto exercitu mittãt. Ob hæc cùm inimicos ejus metus cepiſſet, ne ſi in præſentia judicium fieret, & milites haberet faventes, & populũ clementiorem, quòd in ipſius gratiã Argivi & quidam Mantinei militabant: remiſerunt de contentione, ſtudioq; declinârunt; aliis oratoribus ſummiſſis, qui eũ in præſentia navigare; neq; morari profectionem juſſerunt; ubi verò rediſſet, die certa cauſſam dicturum. volebant enim majoribus ipſum criminibus, quæ facilè per eius abſentiam collecturi erant, revocatum obruere: ita navigare Alcibiades iuſſus.

Alcibiades criminis arguitur.

Poſt hæc media iam æſtate * profectio in Siciliam mota. Edictũ primò, ut ſociorum maior pars, & quæ frumentũ vehebant onerariæ, minoraq; navigia, & quæ præterea cũ apparatu ſequerentur, * priùs in Corcyrã convenirent: unde univerſi ad Iapygiam promontorium mare Ionium tranſmiſſuri

Exercitus in Siciliam profectio.

essent. Ipsi verò Athenienses & si qui sociorũ aderant, in Piræeum ad diem præstitutã congregati, naves prima luce navigaturi cõscenderunt. * Descenderat unà omnis propè turba, non habitantiũ modò Athenis, sed advenarum quoq;; suos singulis prosequentibus, aliis amicos, aliis consanguineos, aliis filios. hi partim spe potiundi speratis, partim cum lamẽtis, uti suos ultimùm fortasse visuri, incedebant. Simul quàm lõginqua navigatione procul à patria ipsos demitterent, occurrebat. Itaq; ubi jam tempus adfuit, quo se invicem fortunę casibus mandarent, multò magis rei difficultas ad animos descẽdebat, quàm cùm decretũ de eo fecerant. rursus tamen ipso tantæ multitudinis & egregii exercitus spectaculo, animos recipiebant. Peregrini etiam cæteraq; turba ad spectandum cõcurrebant in gentibusq; incredibilis animi consiliũ stupentes.

Classis apparatu. q. descriptio:

Fuit enim verè hæc classis prima ad id tempus, unius Græciæ urbis opibus pulcerrimè & sumptuosissimè instructa quanquam si numero naviũ militumq; classes æstimares. * & Epidaurum Pericles & adversus Potidæam Agnon nõ minorem trajecerant quatuor enim millia gravis armaturæ Atheniensis & trecenti equites fuerunt; itemq; triremes centũ, & Lesbiorum Chiorumq; quinquaginta, magnæq; sociorum copiæ navigârunt. Sed & breviori profectioni cõparatæ erant, & exili simul apparatu instructæ. Hæc verò navalis expeditio, ut quæ longioris temporis futura erat, utrinq; prout opus erat, navibus & milite egregiè instructa fuit. Classis enim magnis sumptibus * trierarchorũ & Reipublicæ fuit exornata: cùm hæc drachmã cuilibet nautarum in singulos dies daret; naves præberet vacuas, sexaginta celeres, & quadraginta gravi armaturæ vehẽdæ, egregio omnes remigio instructas: illi verò ad publicũ stipendiũ adjicerẽt aliquid nautis qui longiores in puppi remos agebant; armamentis signisq; & cætero instrumento magni precii uterentur; ac quilibet in quam longissimũ sibi tempus prospiceret, ut sua navis ornatu & velocitate cæteris pręstaret. Pedestres verò copiæ * acerrimo delectu coactæ erant, armisq; & aliis corporis instrumentis summo studio & mutuo certamine instructæ. Ita evenit, ut * dum inter se suo quiiq; munere obeundo cõtendunt, cæteris potiùs Græcis suę potentiæ documẽtum darent, quàm adversus hostes instruerentur. Si enim publicos civitatis & privatos militũ sumptus æstimes, quos Respub. & jam antea erogaverat, & quibus cum duces tunc ablegavit; privatim verò, quæ quisq; in suũ corpus & trierarchus in naves insumpserant, & quæ deinceps insumpturi erant; præterea quæ secum quemlibet, præter publicum stipen-

ſtipendium, utpote longinqua expeditione, in viam acc
credibile eſt; quæq; commercii cauſſa miles aut negotiat
cum portabat: ingentem ſanè pecuniæ vim ex urbe abla
invenias. Itaq; hic exercitus nō minùs audaciæ miraculo
ſtaculiq; magnificentia celebris extitit, apud eos contra qu
tendebant, quàm copiarum magnitudine, longiſſimam via
à patria proficiſcentes, adeoq; cum maxima in futurū ſpe plu
quàm pro virili rem aggreſſi. Poſtea quam omnes conſcende
runt, omniaq; in naves quę ſecum laturi erant impoſita: ſilen-
tio tubâ facto, priuſquam ab terra ſolverent, preces ſolennes,
non ſingulæ naves, ſed univerſi præcone verba præeūte, per-
egerunt; vinumq; univerſus exercitus crateribus miſcentes,
poculis aureis & argenteis milites ac duces libārūt. Simul cę-
tera turba è terra proſpectans, civiū & ſi quis benè cupiens eā
aderat, precabātur. Inde cùm pæana cecinissent, & libationes
peregiſſent, ſolverunt. In cornu primo tendentes, certatim Æ-
ginam uſq; navigārunt. ab ea Corcyram, ubi cæteræ quoque
ſociorum copiæ conveniebant, petierunt.

Rumores Syracuſis de adventu Athenienſium

Syracuſis interea, multis de advētu ipſorum nuntiis allatis,
nihil tamen longo tempore creditum fuit: quin etiam conci
one ob id coacta, & quibuſdam de expeditione Athenienſiū
verba facientibus, alii fidem habebant, alii contrà tendebant.
Progreſſus autem Hermocrates Hermonis, qui ſibi ſatis rem
cognitam judicabat, in hanc ſententiam eos adhortatus eſt:

" *Oratio*
" *Hermo-*
" *cratis Sy-*
" *racuſanii,*
" *ſuos ad*
" *bellum*
" *contra*
" *Athenien-*
" *ſes ani-*
" *mantis.*

* Incredibilia forſan, ut & alii quidam, vobis de adventu Athe-
nienſium narrare videbor. compertum etiam habeo, quicūq;
vel exponūt vel nunciant, quæ abſona vobis fidei videtur, e-
os adeò nihil perſuadere, ut omninò dementes inſaniq; judi
centur. * Nec tamē eo deterritus, periculis Reipub deeſſe vo
lo: quandoquidē ſic mihi perſuaſi, me paulò certiùs aliis rem
exploratā afferre poſſe. * Athenienſes igitur adverſum nos
(quod adeò miramini) cum ingentib. copiis terreſtribus na
valibusq; veniunt; ſpeciē quidē, ut & Egeſtanis ſociis auxili-
um ferant, & Leontinos reducant, reipſa autem ea ditate Si
ciliæ, & inprimis noſtræ civitatis potiūdæ, qua occupata, par-
vo ſe deinde negotio cætera perdomituros ſperant. * Itaq;
cùm mox adfuturi ſint, cogitate, quo pactoeis in præſentia re-
ctiſſimè obviam eamus; ne aut contemnendo ipſos inermes
deprehendamini, aut fidem abrogando, ſummam rerum ne-
gligatis. * Quòd ſi quis veſtrūm nuntiis iſtis credit, is audaci
am ipſorum viresque non pertimeſcat. * non enim maiore
clade nos afficere poſſunt, quām à nobis invicem exercēre.
* Id ipſum quòd tanto cum exercitu veniunt, adeò nobis in-

„ tile non eſt ut omninò plurimùm aduerſus cęteros Sicilien-
„ ſes conferat; qui eo perculſi, tanto magis in noſtrā confugiēt
„ ſocietatem. * Tum ſiquidem devicerimus ipſos, aut ſpe ſua &
„ cupidine deceptos repulerimus, (nec enim vel minimum, ut
„ voti ſui compotes fiant, metuo) pulcerrimum ſanè, quod fu-
„ turum haud deſpero, facinus perpetrabimus. Paucæ enim
„ magnæ claſſes. ſive illæ Græcorum, ſive barbarorum, felici-
„ ter in remotis regionibus rem geſſerunt. quippe non majore
„ numero veniunt, quàm incolarū & finitimorum exiſtit; ubi
„ omnium animos cōmunis timor coniungit. Quòd ſi verò cō-
„ meatuū inopia incommodū in regione aliena accipiant: iis
„ tamē nihilominus quib. arma intulerunt, licet ſua maximè
„ culpa cladem contraxerint gloriam victoriæq; famam relin-
„ quunt. quo modo hi ipſi Athenienſes, cùm Medus Athenas
„ petere viſus præter ſpem * multa adverſa paſſus eſſet, creve-
„ runt. nec nobis igitur, quin idem poſſit accidere, deſperandū.
„ * Quocirca bonum animum habete; & cum ipſos vos inſtruite
„ atq; parate, tū verò circa Siculos legatos mittite. qui alios
„ in fide confirment, cum aliis amicitiā ſocietatemq; facere ten-
„ tent. In cæteram quoq, Siciliam mittamus, qui cōmune hoc
„ omniū periculum eſſe doceant; & in Italiam, ut aut ſocietatē
„ nobiſcū faciant, aut ne recipiant Athenienſes. Quin etiā Car-
„ thaginem nos mittere conſultū judico. nam quia * perpetuo
„ in metu ſunt, ne aliquando Athenienſes ſuam urbem veniant
„ oppugnatū, minimè prçter opinionem id eis accidet. Itaq; pro
„ certo habētes, ſi nos negligant, extemplò poſtquam nos con-
„ flagraverimus ad ſe id incendiū trajecturū: auxilia nobis ſive
„ aperè, ſive clàm, ſeu alia quadam via, ſubminiſtrabūt. Et hoc
„ jam inprimis, ſi velint, præſtare poſſunt. auri enim argentiq;
„ (quę cùm in aliis reb omnibus, tum bellicis prçcipuè maximū
„ habent momentū) vim magnam poſſidēt. Lacedæmonē item
„ Corinthumq; mittamus, orantes, ut & ſubſidia nobis quam-
„ primùm mittant, & bellum Athenienſib. in ſua regione faciant.
„ * Cæterum id maximè opportunū cenſeo (dicam enim licet
„ id vobis ob inſitū animis quieſcendi ſtudium ægrè perſuaderi
„ poſſit) ut omnes, ſi velint, Siciliēſes, aut certè, ſi id fieri neque-
„ at, maior pars vobiſcum, univerſa quam habent claſſe in mare
„ deducta, aſſumptisq; duūm menſium cibariis: Athenienſibus
„ ad Tarentū & Iapygiam promontoriū occurrant, oſtēdantq;
„ ipſis, non priùs quàm Ionium mare tranſmittant de Sicilia fu-
„ turū certamen. * Hæc maxima ſpes eſt terrendi eos. Simul ea
„ cogitatio animos ſubibit; nos adverſū ſe ex regione ſocia (re-
„ cipiet enim nos Tarentū) cuſtodiç cauſſa venire; ſe verò vaſtā

mare

mare cum omni apparatu trajicere, ac perquam difficile futu- "
rũ, ut in tam diuturna navigatione ordines ſervent. Itaq; à no- "
bis, ſiquidẽ lentè & paulatim occurrerint, facilè invadi pote- "
runt. quòd ſi exoneratis navibus, cum velocioribus conferti "
in nos eant, ſiquidẽ remis incubuerint, laboranteis adoriri, "
aut ſi quid ſecus videbitur, Tarẽtum recedere licebit. Ipſe ve- "
rò, qui ut prælium inituri cum exiguo cõmeatu tranſmiſerint, "
in regione inopi deſtituentur: ac ſive manſerint, obſidionem "
patientur; ſive præternavigare conati fuerint, cæteras copias "
& apparatum relinquent; incertique de fide urbium, utrùm "
ab eis recipiantur, animis fluctuabunt. His ego rationibus in- "
ductus, exiſtimo, adeò à nobis intercipi ipſos includique poſ- "
ſe, ut ne ex Corcyra quidem moveant claſſem; ſed deliberan- "
do, explorandoque quàm multi nos & ubi locorum ſimus, in "
hyemem extrahantur; aut perculſi inexpectata reſolvant ex- "
peditionem: * maximè cùm periiſſimus ex imperatorib. in- "
vitus, ut audio exierit, & cupidè cauſſam aliquam ſit arreptu- "
rus, ſi quid apud nos ſatis firmi conſpiciatur. nec dubium, "
quin de nobis plura vero rumor ſit nuntiaturus. Solent autem "
ex fama hominum animi conſiliaque pendére, * ac eos qui "
priores inferunt arma, aut intentantib. ſe obviam ituros pri- "
ùs oſtendunt, magis metuunt; quia ad diſcrimen tentandum "
æquè paratos cernunt. Id nunc ſanè Athenienſibus evénit. "
adverſus nos enim tanquam nihil reſtituros tendunt; non e- "
quidem injuria, quia ipſos non unà cum Lacedæmoniis priùs "
oppugnavimus. Sin autem nos præterſpem audere videbunt, "
nec opinata re magis, quàm juſta vi aliqua, percellentur. "
* Huic igitur meo conſilio obtemperate; ante omnia quidem "
ut hæc audeatis; aut certè cætera, quæ ad bellum opus ſunt, "
ſine mora præparetis. idque unicuique fixum certumque in "
animo eſto; * quòd contemptum hoſtium ipſis factis & viri- "
bus declarare, in re verò præſenti cum metu apparatum fir- "
miſſimum, tanquam in haud dubio periculo, comparare, lon- "
gè utiliſſimum exiſtat. Adveniunt iſti homines, & quòd nunc "
in itinere, ac jamjam ad futuri ſint, exploratum habeo. Poſt- "
quam Hermocrates finem dicendi fecit, magna contentio in-
ter populum Syracuſanum exarſit; alii neque vera eſſe quæ
dicerentur, neque ullo modo venturos Athenienſes, cenſe-
bant; alii ſi maximè venirent, qua ſe clade affecturi eſſent, ut
non maiorem acciperent, inquirendo exequebantur; quidam
penitùs pro ludibrio habentes, rem in riſum vertebant. Pauci
quidam Hermocrati fidem habebant, in futurum ſolliciti e-
rant. Progreſſus autem ad ipſos Athenagoras princeps po-

Oratio Athenag. ve contra Hermocra-tem.

„ pulo & ea tempestate multitudini acceptissimus: * Enimverò,
„ inquit, si quis non tali amentia capi Athenienses, eosque huc
„ venientes in nostras incidere manus exoptat: eum aut igna-
„ vum aut malevolo erga Remp animo esse oportet. Verùm qui
„ tales nuntios perferunt, & formidinem vobis injicere tentant:
„ eorum ego non audaciam, sed potiùs dementiam, quòd non
„ animadverti fraudem suam intelligunt admiror. Etenim qui
„ privatim aliquo metu tenentur, ii Reipub timorem inferre
„ studeant, ut suum metum publica consternatione tegant. Id
„ ipsum jam præsentes nuntii quærunt; non forte quadam & ca-
„ su, sed ab iis qui assiduè talia movere solent, conflati. * Vos
„ verò si quidem rectè judicare vultis, non ex horum nuntiis de
„ rebus conjectare debetis; sed ea potiùs considerare, quæ viros
„ prudentes, multarum que rerum usu & experientia præditos,
„ quales esse Athenienses judico, certum est facturos. Non enim
„ simile est veri, eos relictis Peloponnesiis, nec dum ibi satis ter-
„ minato bello, aliud non inferius illo moturos bellum: quos
„ ego lætari certum habeo, quòd nos tot tantaq; urbes ipsos nō
„ adoriamur. * Quod si omninò, ut ajunt, veniant, * magis
„ utriq; parem bello Siciliam quàm Peloponnesum, quanto me-
„ liùs ab omni parte instructa est, arbitror. quin hæc ipsa civitas
„ nostra, isto quem nunc adventare jactant exercitu, et si dupli-
„ catus fieret, multò superior est. * Nam illud indubium est, eos
„ neq; equitem secum ducere, neq; hic comparare, niti paucos
„ ab Egestanis, neq; gravem armaturam nostræ parem navibus
„ advehere, posse. magnum enim foret tantum cursum expe-
„ ditis, nec oneratis, navibus emetiri: nedum tali cum apparā-
„ tu, qualem adversus tantam urbem fieri necesse est. Hæc mi-
„ hi reputanti vix hercle videntur, si urbem parem Syracusis at-
„ que etiam in vicinia tenentes, aggressi nos bello lacesserent,
„ evadere sine internecione posse: multoq; jam minùs, quan-
„ do omnem infestam sunt habituri Siciliam. Angustis enim
„ ex classe communitis castris, & tabernaculis, necessarioq; ap-
„ paratu * continebuntur, nec se movere longiùs metu equitū
„ nostrorum poterunt. Omninò autem ne in terram quidem
„ nostram egressuros puto. tanto vires nostras valētiores judi-
„ co. Verùm hæc quæ dico, Athenienses is non ignoranteis sat
„ scio rebus suis aliter consulturos. * Nostri verò quibus nihil
„ pensi est homines, quæ neq; existunt neq; fieri possunt fabu-
„ lantur. quos ego non jam primùm, sed semper novi, aut ora-
„ tionibus hujusmodi & his multò sceleratioribus, aut factis,
„ multitudini terrorem offundere conari, ut urbis ipsi imperium
„ habere possint. * Atq; ita me diament, vereor, ne quando sæ-

pè ten-

ò è tentata re potiantur; nos verò tanta ſegnities teneat, ut ne- "
que priuſquam opprimamur nos muniamus, neq; ubi ſenſeri- "
nus obviam eamus. Itaq; ob hæc * civitas noſtra rarò quie- "
te & tranquillitate fruitur; ſeditiones verò complures & atro- "
ciſſima certamina, non cum hoſtib. plura, quàm cum ſuis, ex- "
ercet, adeoq; interdum tyrannide & injuſto dominatu op- "
preſſa tenetur. * Horum ne quid noſtris temporib. commit- "
tatur, ego ſi mihi voluerit is obſequi, curabo; vobis quæ recta "
ſunt ſuadendo, eos autem qui talia machinantur plectendo, "
non nodò ſi in ipſo facto deprehenſi fuerint, quod difficilius "
foret, ſed etiam ob ea quæ cupiunt, nõ tamen efficere poſſunt. "
Inimicè enim non facta ſolùm, ſed conſilia etiam & cogitata "
pœna prævertere oportet. nam & illi qui ſe non præmunit "
damno prævenitur. Optimates verò partim redarguendo, "
partim præcavendo, partim docendo, maxime video à ſce- "
lere mihi revocare poſſe. * Nam per Deum immortalẽ, quod "
ſæpè mecum agitavi, quid vobis vultis adoleſcentes? an jam "
imperium? at leges obſtant; quæ non ad ignominiam ve- "
ſtram, ſed * quia idonei nondum eſtis, latæ ſunt. * An pari cũ "
cæteris jure vivere recuſatis? quomodo verò æquũ fuerit, eoſ- "
dem nõ eodem loco haberi? * Forſan aliquis dicat, populare "
ſtatum neq; prudentiæ in ſe neq; æquitatis quidquam habere: "
eos verò qui opibus pecuniisq; pollent, maximè idoneos eſſe "
ad imperandum. † Huic ego reſpondeo; populi primò nomẽ "
univerſam Remp. complecti; paucorum verò potentiam, par- "
tem, tum cuſtodes quidem pecuniarum dexterrimos eſſe o- "
pulentos; conſilia verò optima dare prudentes; de auditis "
* rectiſſimè multitudinem judicare. Atque hæc pariter in po- "
pulari ſtatu omnes & ſinguli æqualiter obtinent: paucorum "
verò principatus periculi plebi demandat; in commodis au- "
tem percipiendis, nõ ipſi ſolùm potiorem partem trahunt, ſed "
in univerſum ea abſepta ſibi vindicant, quod hi qui apud vos "
potentia ſunt præditi adoleſcentes, cùm non poſſint ob urbis "
magnitudinem obtinere, enixo tamen ſtudio contendunt. "
* Jam etiam ſtolidiſſimi homines, niſi vos in exitium præcipi- "
tes abire ſentitis, aut imperitiſſimi eſtis omnium, quos ego no- "
vi, Græcorum aut iniquiſſimi, ſi ſcientes intelligentesque iſta "
auderis. * Nunc verò tandem edocti, reſipiſcite, & commune "
Reipub. bonum adaugere ſtudete: idq; & juſtum & melius qui "
veſtrum boni viri eſſe volunt, judicate; quàm avaræ multitu- "
dinem opprimere. Alia ſi in animum inducatis, etiam atque "
etiam videte, ne univerſa ſimul amittatis. Quin & ab nuntiis "
talib. abſtinete, præſenſimus enim nos & haud quaquam pa- "

» tiemur. Civitas autem noſtra, ut maximè veniant Athenien-
» ſes ipſis ex dignitate ſua obviam contendet. adhæc duces, qui-
» bus ea curæ ſint, habemus. Et cùm iſta, quod omninò judico,
» falſa exiſtant: nunquam veſtris exterrita nuntiis, ad vos de-
» rendo imperium, in voluntariam civitas ſeipſa ſervitudinem
» deſet. Cæterùm ipſa ſecum deliberans, orationes veſtras, ut
» factis pares judicabit; nec iſtam quam poſſidet libertatem, ex
» rumoribus his ſibi eripi patietur; ſed reipſa factisq; talia pro-
» hibendo incolumem ſervare nitetur. Cùm hæc dixiſſet Athe-
nagoras, quidam è ducibus conſurgens, prohibitis alii dice-
re, ipſe in rem præſentem: * Convitia, inquit, neq; dicere in-
Ducis cu- » vicem, neq; auribus ſecundis accipere, prudentis eſſe animi vi-
inſtitam » detur. Itaq; ad ea potiùs quæ nuntiantur cõvertamur, & tum
media e- » ſingulitum univerſi omnia paremus inſtruamusq; ut quam
rasio. » rectiſſimè hoſti reſiſtere valeamus. Atque ſi maximè his opus
» futurum non eſt, nihil tamen incommodi feret, nos publicè e-
» quis armis, & aliis queis bella geruntur, exornari. hæc nos cu-
» rabimus, & copias inſpiciemus, ſimul exploratum mittemus
» circa ſingulas urbes: & ſi quid præterea utile viſum erit, provi-
» debimus. quæ partim quidem jam curavimus. ſin autem quid
» ampliùs cognoverimus, ad vos id perferemus. Secundum hæc
ducis dicta ex conſilio Syracuſani diſceſſerunt.

Athenienſes in Corcyram veniunt, & ſe bello comparant.

Athenienſes ſociiq; jam in Corcyra univerſi erãt. Ac primò duces luſtraverunt copias, & compoſuerat, quo ordine navigandum, quo caſtra metandum eſſet; partitisq; trifariam copiis, ſorte inter ſe comparârunt, ut ſingulis agminib. ſingulis ducibus præfectis, nec aqua inter navigandum deficeret, nec portus & alia neceſſaria appellentibus deeſſent; utiq; in cæteris quoq; rectiùs ſinguli ordinati ad regendum aptiores eſſent. Exindè in Italiam Siciliamq; tres naves præmiſerũt exploratum, ecquæ urbes portu ac mœnib. ſe eſſent recepturæ. eas ſibi occurrere juſſerunt, ut præſciretur quâ claſſi decurrendum eſſet. His peractis, cum omni apparatu Athenienſes ſolvunt ex
Numerus navium militumq; in Attica claſſe. Corcyra, inq; Siciliam tranſmittunt, triremibus in univerſum centum triginta quatuor, & duabus Rhodiis quinquagenũm remigum navibus. Ex horum numero Atticæ erant centum, quarum quinquaginta celeres, cæteræ militem portabant. reliqua claſſis Chiorum aliorumq; ſociorum erat. Gravis autem armatura quinque omninò millium & centum numerum explevit. ex quibus Athenienſes mille quingenti ex delectu, ſeptingẽti verò * mercenarii cives claſſici milites. Cæteri qui ſequebantur ſubditi & Argivi, quingenti erant. Mantineorum item quingenti; mercenariorũ ducenti & quinquaginta. Sagittarii erant

univerſi

ſi octoginta * (hi Cretenſes fuerunt) & quadringenti.
ores Rhodii ſeptingenti: & ex Megarenſium exulib. le-
atu centum viginti: navisq; una hippagogos * triginta
vehens. Tantæ fuerũt, quæ primò ad bellũ tranſmiſe-
pię Sequebantur cum cõmeatu onerariæ triginta, quę
ntũ portabant & piſtores & qui lapides legũt, fabrosq;
l operis inſtrumentũ. onerariis navigia minora adjun-
runt multę præterea onerariæ minorisq; formæ naves
ationis cauſſa exercitum ſua voluntate ſecutæ. Hæ tũc ex Corcyra Ionium tranſmiſerunt ſinum: appulſaq; u- claſſis ad permontorium Iapygium & tarentum. alibi quiſque poterat, Italiam prætervehitur, nulla urbe vel ous vel foro eos recipiente; quamvis præter Tarentum ros, aqua & appulſu non arcerent: donec pervenerunt am, Italiæ promontorium. ibi jam congregati caſtra ex-em (non enim mœnibus recipiebantur) in fano Dianæ nt: ubi & * emporium habebant. Subductis inde navi-ieti, cum Rheginis agunt, ut ipſi Chalcidenſes origine, inos, qui & ipſi Chalcidenſes eſſent, ope ſua juvare ve-im verò illi, ſe quietos non interfuturos armis, confir-it, facturos autẽ quæ cæteri Italici nominis decreviſsẽt n in Siciliam intẽti, quomodo illic rectiſſimè rem ordi-agitabant. navium etiam ab Egeſta, quas præmiſerant, tũ operiebantur, ut de pecuniis cognoſcerent, utrùm ita rẽt. quemadmodũ Athenis legati dixiſſent. Interea Sy-ni, cùm ex locis plurimis & ab exploratoribus allatũ eſ-Rhegiũ jam Athenienſium ſtare claſſem: tandem facta extemplò omni cura in apparatũ belli incumbere; circa s, alios preſidia, alios legatos, mittere; per caſtella regi-reſidia diſponere; arma & equos in urbe, quemadmodũ ſti eſſent, inſpicere; aliaq;, tanquã ad repentinũ & tan-on præſens bellum, parare. Ab Egeſta tres naves, quæ ſſæ fuerant, Rhegiũ ad Athenienſes redeuntes; triginta talenta comparere, nec quid quam promiſſæ pecuniæ ſe iſſe, nuntiarũt. quæ res extemplò ducũ animos minuit; hoc primũ adeò fefelliſſet, & inſuper Rheginі abnuerẽt ocietatem; quos primò cœperãt tentare, quia illos haud facturos ſperaverant, qui & cõſanguinei Leontinorum emper ſtudioſi fuiſſent. * Ac Niciæ quidem de Egeſta-mon inexpectata erat. cæteris autẽ duob. præter omnẽ & opinionẽ evenerat. Egeſtani ſiquidem, quando pri-ipſos inſpiciendæ pecuniæ cauſſa legati ab Athenienſib. unt, huiuſmodi dolum inſtruxerant. Deductis in Ve-

Athenienſes in Italiam veniunt.

Syracuſani ſe contra Athenienſes inſtruunt.

Egeſtanorum in Athenienſes fraus.

neris, quod est Eryce, templum, donaria ostenderunt, phialas, trullas, thuribula, aliamq; non exiguam suppellectilem: quæ cùm argentea omnia essent, multiplicē, quamvis exigui pręcii, speciem intuentibus reddebant. Privatim verò eos qui in triremibus advenerant hospitio cōvivisq; exceperunt; & partim ex ipsa Egesta pocula aurea argenteaq; corrogata, partim ex vicinis urbibus Punicis Gręcisq; mutuo sumpta, in triclinijs tanquam sua exposuerunt. Itaq; cùm omnes iisdem ut plurimùm uterentur, adeoq; ubivis magnum eorum numerum conspicerent, qui in triremib. advenerant Athenienses: ingēs eos stupor admiratioq; tenuit; ac ubi Athenas venerūt, apud omnes de ingēti pecuniæ vi, quam vidissent prædicârunt. Ita decepti ipsi, cùm & alios eodem errore replessent: postea quā pervasit rumor, non esse pecunias Egestæ, vehementer in eos milites incitati sunt. Imperatores, quid opus facto sit, consultant. Niciæ sententia fuit; ut quandoquidem adversus Selinūtem præcipuè missi forēt, illò cum omnibus copiis navigarēt; ac siquidem stipendium Egestani universo exercitui præbeāt, ampliùs consultandum; sin minùs, ab eis postulandum, ut sexaginta, quas petierant, navibus dent alimenta, atq; ita subsistendum, donec Selinuntios aut vi aut cōditione aliqua cū ipsis in gratiam reducant: deinceps obeundo cæteras urbes, ostensisq; viribus & potentia urbis Atheniensium, & studio erga amicos sociosq; declarato, domum navigandum (nisi forte subitò & ex insperato aut Leontinis cōmodare possent, aut cęterarum aliqua urbium suæ ditionis facere) nec Remp. domesticos sumptus faciendo in præcipitem casum dandam. Alcibiades verò negabat, iis qui tantis cum copiis exissent ignominiosè re infecta discedendum; legatos autē circa urbes reliquas, præter Selinuntem & Syracusas, mittendos, solicitandos etiam Siculos, ut alii ab Syracusanis deficiant alii secū societatem jungant; unde commeatum, unde militem habere possent. Primò autem omnium Messanenses tentandos, qui in trajectu maximè adituq; primo Siciliæ siti, portum copiis stationemq; commodissimā præbituri essent. Ita civitatibus adiunctis, comperto quos belli socios habituri essent, tum demum Syracusas & Selinuntem adorituros: nisi hi cū Egestanis in gratiam redeant, illi Leontinis reditum in patriā permittant. * Diversa fuit Lamachi sententia; qui pro haud dubio suadebat, Syracusas navigandum, atq; ad ipsam urbem quàm primùm * prælio decernendum, dum adhuc imparati perculsiq; trepidarent. Quemlibet enim exercitum * primo congressu maximè formidabilē esse; qui si priusquam in conspectum

Imperatorū Atheniensium consultatio.

Niciæ sententia.

Alcibiadis sententia.

Lamachi sententia.

veniat cunctando tempus terat, homines & animos
:, & ubi primùm viderint, multò magis contemnere.
verò de improviso ipsos adoriantur, dum adhuc for-
erculsi sunt, omninò si superiores & undiquaq; ipsis
futuros; cùm aspectu ipso (ingentem quippe suam
nem videri) tum expectatione eorum quæ passuri
„ sponte venientia, ad vos cōvertetis. Reditus quos ex argenti
„ metallis ad Laureum habent, quæq; ex agris & * judiciis cō-
„ moda accipiunt, è vestigio omnia intercalura sunt. Socii quo-
„ que eorū, quod nō postremū est, stipendia segniùs conferent,
„ quando vos totis viribꝫ ad bellū coortos rati, ipsos parvipen-
„ dent. Hæc ut sine mora, ut majore cum studio fiant, in vobis

Lace-

Lacedæmonii poſitũ eſt. Ego qui & fieri iſthæc neq; conſiliũ nos poſſe fruſtrari perſuasũ habeo, haud dubio ſum animo. * Atq; profectò nemini, propterea deterior debeo videri, quòd ego, qui paulò antè amiciſſimus meæ Reip. videbar, nunc adeò infeſtus adverſus eam cum infenſiſſimis hoſtibus coorior, nec etiã orationẽ meam, ceu exulũ more temerariã atq; audacẽ, ſuſpectã haberi volo. Extorris.n.ſum, & fugi improbitatẽ eorũ, qui me ejecerunt: nec obid veſtrum, ſi me audieritis, emolumentũ devitabo. * majores quippe ſunt hoſtes, nõ qui hoſtẽ, ut vos, clade afficiunt; ſed qui amicos hoſtes evadere cogũt. Nec jam ego quando injuriã accepi, ſed quando tutò in Rep. verſabar, ejus quoq; amans fui. nec adverſus patriã arma me ferre, ſed multò magis novam me adſciſcere, habeo perſuaſum. Is verè patriæ amans eſt, nõ qui eam injuſta vi ereptam invadere recuſat, ſed qui deſiderio ejus nihil nõ movet, ut eam recipere poſſit. * Nunc aũt, Lacedæmonii, aſperrima quæq; ad laborem periculumq; depoſco, meaq; vos opera uti volo; id quod apud omnes fertur reputãteis me qui hoſtis vehementer nocui, amicũ quoq; ſatis utilem futurũ; idq; tanto magis, quoniã & Athenienſium res exploratas habeo, & veſtras conjectura teneo. * Quocirca cùm de graviſſimis jam rebus conſultationẽ propoſitam cernatis, ne quid quæſo vos, quo minus in Siciliã Atticamq; copias mittatis, morari patiamini; ut & illos, paucis licet auxiliis, ingenti nihilominùs cõmodo afficiatis, & Athenienſium non præſentẽ modò, ſed futuram quoq; potentiam evertatis: itaq; deinceps in pace tuti degatis, univerſæ Græciæ, non per vim & injuriam, ſed volũtate ipſius & benevolentia præſitis. Hæc Alcibiades. Lacedæmonii, qui jam antea Athenis arma inferre cogitaverant, cõtemptim tamen illud atque otioſè fecerant: tum verò longè majore ſtudio ſunt accenſi. nam ille & ſingula docebat; nec ipſi dubitabant, quin ab eo, qui exquiſitè omnia teneret, dicerentur. Itaq; & Deceleæ communiendæ animum adjecerunt, & in præſentia in Siciliam quoq; ſubſidia deſtinârunt, Gylippumque Cleandridæ præfectũ Syracuſanis dederunt: cui mãdârunt; ut cum ipſis cumque Corinthiis agitaret, qua ratione pro præſenti facultate maximè & quàm maturrimè eis auxilia mitti poſſent. Is ſibi duas naves Corinthios Aſinam mittere juſſit: reliquas quas mittere decreviſſent inſtruerent, utubi tempeſtivum foret, paratæ profectioni eſſent. His conſtitutis, ab Lacedæmone diſceſſum. Triremis etiam Attica, pecunias equitesque petitum ab ducibus ex Sicilia miſſa, advenit. Eo cognito, decretum Athenienſes, ut utrumque eis mittere-

Lacedæmonij ſuppetias Syracuſanis ferre decernunt.

mitteretur, fecerunt. Ita cum hyeme ſeptimus decimus annus exiit belli huius, quod Thucydides ſcripſit.

Athenienſium in Sicilia excurſiones.

Primo ſtatim vere inſequentis æſtatis in Sicilia res geſtæ: Athenienſes ab Catana claſſe mota Megara navigárunt: quæ agrum Syracuſani, pulſis ſub Gelone tyrãno, ut priùs memoratum eſt, cultoribus, obtinebãt. Egreſſi agros populati ſunt, & caſtello quodam Syracuſano nec quicquam tentato, iterũ terreſtribus navalibusq; copiis ad Teriam amnem motis, cãpeſtria evaſtârunt, & ſegetes incenderunt. Syracuſanos paucos quoſdam adepti, occiſis aliquot, & tropheo poſito, ad naves reverterunt. Inde Catanam velis datis, & cibariis ibi aſſumptis, univerſas copias ad Centoripem Siculum oppidum duxerunt, quo per deditionem recepto, abierunt; agros ſimul Ineſſæorum & Hyblæorum urentes. Catanam poſtquã reditum eſt, equites ibi ducentos & quinquaginta acceperunt, qui cum alio inſtrumento, ſine tamen equis (nam illic comparare ſtatuerant) Athenis venerant. his ſagittarii equites triginta, & talenta argenti trecenta, addita fuerunt.

Bellum inter Laced. & Argivos.

Sub idem veris tempus Lacedæmonii Argos exercitu ducto, Cleonas uſque pervenerunt. Vbi poſtquam terra movit, iterum receſſerunt. Exin Argivi in Thyreaticum agrũ incurſione facta, prædam ex Lacedæmoniis ingentem ceperunt; quæ non minus 25. talentis divendita eſt. Theſpienſium quoque plebs ea æſtate adverſus magiſtratus inſurrexit: nec tãmen propoſitum tenuit. verùm cùm Athenienſes auxilio advenîſſent, alii capti ſunt, alii Athenas profugerunt.

Syracuſani inſtruunt ſe contra Athenienſes.

Syracuſani ea æſtate, ut equites Athenienſibus advenîſſe, ipſoſque jam moturos adverſum ſe, acceperunt; rati, niſi Epipolas (ſi locus eſt diruptus, ipſiq; deſuper urbi imminens) tenerent Athenienſes, haud facilè urbem, ſi maximè acie quoq; ſuperiores fierent, munitionibus clauſuros: aditus omnes loci, ne fortè clàm eò ſcanderent hoſtes, præſidiis munire ſtatuerunt. * alia nanq; haud poterat aſcendi. Cætera n. editus eſt locus, ipſiq; adeò impendens urbi totus in eam deſpectat. qua de cauſſa, quia ſupra cætera editus imminet, * Epipolas eum Syracuſani vocaverunt. Egreſſi in campũ tota civitas, primâ luce pone Anapũ amnẽ (jam inierant magiſtratũ Hermocrates cæteriq; duces) copias armaq; luſtrârunt. Ac primò omnium ſeptingentos delectos milites ſeorſum, præfecto Diomilo Andrio exule, cõſtituerunt; qui & Epipolis præſidio, & ſicubi alibi res poſceret, ocyùs confecti paratiq; adeſſent. Athenienſes die quæ illã nocte ſecuta eſt, recenſitis copiis, profecti ab Catanâ: non ſentientibus ipſis ad Leontã, quem vocant, ſex aut ſeptem

Attica claſſis Syracuſas venit.

lia ab Epipolis universa classe appulsa, & exposito
ipsum classem deduxerunt. id peninsula est, angu-
s in altum excurrens; breve terrâ iter eò, brevis
b Syracusis est. Navales Atheniensium copiæ, val-
tis Thapsi faucibus, quietæ erant. Pedites exiem-
ursu ad Epipolas contendentes, tenuerunt eas jux-
n, antequam quisquam Syracusanus adveniret.
n id autem in campum delectus agentibus nuntia-
otinùs cùm alii, quanta quisq; velocitate poterat,
Diomilus cum sexcentis suis adcurrit: via non mi-
quinq; stadiorũ erat, quàm ex campo ad hostẽ ve-
; effusè & sine ordine prælio initò, Syracusani acie
s fusi, intra mœnia se receperunt; trecentis circiter
n ipso Diomilo amissis. Post hæc Athenienses tro-
o, & cæsis Syracusanis per inducias redditis: ad ut-
postridie copias deduxerunt postquam nemo exi-
i. castellũ ad Labdalum in summo Epipolarum ver-
a spectans extruunt; quod seu pugnandi seu urbis
aussa accedentibus, impedimentorũ receptaculũ
ta multò post equites ipsis ab Egesta trecẽti, Sicu-
orumq; & aliorum quorundam circiter cẽtum, ve-
si Athenienses ducentos habebant & quinquagin-
os partim emerant, partim ab Egestanis Catanen-
eperãt. ita in universum equites sexcenti quinqua-
i. Præsidio Labdalo imposito, ad Sycen moverunt
es. ibi castris positis, cùm haud cunctanter muniti-
n cinxissent: vehementer ea celeritate Syracusanos
unt. Itaq; nõ ultra patiendũ rati, egressi acie decer-
runt. Iam instructæ utrinq; acies constiterãt; cùm
es Syracusani divulsam suorum aciẽ, nec jam facilè
mendari posse conspiciẽtes; in urbem eos reduxe-
r equitũ partem. Hi substiterant, prohibentes Athe-
: lapides legerent, aut longiùs evagarentur. In eos
a Atheniensium & universus equitatus immissi, in
erterunt, & interfectis aliquot, * trophęum pugnę
atuerũt. Postero die Athenienses alii muro septen-
rsus cingebant, alii lingua lapidesq; ad Trogilum;
ant, comportabant: qua parte brevissimo spatio ex
rtu ad alterum mare munitiones duci poterãt. Sy-
primis id Hermocrate imperatore suadente, prętis
niversi exercitus contra Athenienses abstinere de-
meliùs visum, murũ alium, quà illi suum ducturi e-
ere; quo si præoccupassent, ipsorum opera impedi-

Athen. Epipolas capiunt, acieq; ibidem Syracusanos vincunt.

Athenienses Labdalum muniũt

Athenienses equestri prę-lio vincunt.

Athenienses circummunire Syracusas incipiunt.

Syracuſani murum Athenienſib. obijciunt

rent. * Simul interea ſi in eam illi partem occurrerent, oppoſita copiarũ parte, cum cæteris aditus ſe intercepturos ſperabant, ipſosq; relictis operibus in ſe univerſos converſuros. Itaq; egreſſi, murum ab ſua urbe tranſverſum infra munitionem Athenienſium ducunt; oleisque ex luco cæſis, turreis ligneas extruunt. Nondum Attica claſſis in magnum portum tranſgreſſa erat. adhuc enim in Syracuſanorũ poteſtate mare erat. cõmeatus verò ab Thapſo terrâ Atheniẽſibus ſubvehebãtur. Syracuſani ubi ſatis omnia interſepta ſubſtructaq; viſa ſunt, & Athenienſes prohibendi cauſſa nihil moverunt; veriti * ne ſi dividerent copias, illi commodiùs pugnarẽt, ſimul ſuis munitionibus perficiendis intenti: cohorte una in præſidium loci relicta, in urbem regreſſi ſunt. Athenienſes aquæ ductu, qui in urbem cuniculis ſub terra aquas ferebant, intercidẽrũt: conſpicientesque Syracuſanos, alios tempore meridiano in tabernaculis ſe tenere, alios in urbem revertiſſe, cæteros pro munitionibus excubias negligenter ac ſolutè agere: trecentos delectos milites & leves quoſdam armatos ſelectos, nec opinato incitatos curſu invadere * ſubitructionem juſſerunt. cæteras copias biſariam diviſas, partem alter imperatorum ad urbem, ſi qua inde auxilia venirent, duxit; alter reliquam partem vallo, quod ad portulam erat, oppoſuit. Adorti munitionem trecenti illi, ceperunt; inſecutiq; cuſtodes, qui deſerta ea in propugnaculũ quod ad Temeniten eſt refugiebant, unà cũ eis ſimul irrumpunt; jamq; ingreſſi, vi iterum ab Syracuſanis ſunt ejecti. ceciderunt ibi Argivi quidam & pauci ex Athenienſibus. Exin reverſus totus exercitus, ſubſtructiones demoliti ſunt, vallumque diſcerpſerunt; vallos ſecum aſportârunt, trophæumque ſtatuerunt. Poſtero die Athenienſes * ab munitione locum quẽdam præruptum ſuper paludem muro occupârunt. inde ab Epipolis in magnum portum deſpectus eſt, poterantque illic breviſſimo ambitu, per loca plana paludes; ad portum deſcendentes, cingere urbem. Interea Syracuſani quoque egreſſi, vallum rurſus ab urbe ſua orſi, * per mediam paludem duxerunt. ſimul foſſam juxtâ fecerunt, ne ad mare uſq; Athenienſes munitiones perducere poſſent. Illi perfecto ad præcipitium opere, iterum foſſam vallumq; Syracuſanorum aggredi parant. Iuſſis ab Thapſo in magnum portum Syracuſanum circumire navibus: ipſi luce nondum certa in loca plana ab Epipolis deſcenderunt; perq; paludem quà maximè cœnoſa aridaque erat, januis latisque lignis injectis, tranſgreſſi, prima luce vallum foſſamq; capiunt, præter partem. mox hanc quoque ceperunt; & commiſſo ibi prælio, ſuperã-

Athen. capiunt murum Syracuſanorum.

Athen. alterum Syracuſanorum murum capiunt, prælioq; ibidem ſuperant.

ârunt Athenienſes. Dextrum Syracuſanorum cornu ad
m ſe recepit, lævum ad amnem fugiebat. hos ut exclu-
it tranſitu trecenti Athenienſium delecti, ad pontem cur-
tinant. Id veriti Syracuſani, (erant enim ibi equitum ma-
ırs) obviam trecentis tendunt: fuſisque iis, dextrum et-
thenienſium cornu adorti, facto impetu, magnam tre-
ionem in prima ſigna intulerunt. Quo viſo, Lamachus *Lamachus*
io ab ſiniſtro cornu cum paucis ſagittariis, Argivis etiam *cadit.*
nptis, pergit. ibi dum foſſam quandam tranſgreditur de-
us cum paucis qui unà tranſcenderant, occubuit ipſe cæ-
ıe quinque vel ſex milites. Quibus ocyùs Syracuſani
flumen in tutum raptis, ipſi aliis jam appropinquantibus
nienſium copiis, ſeſe recipiunt. Dum hæc ab ea parte ge-
ır, qui ad urbem initio fugerant, ut iſta fieri conſpexerũt:
ıptis animis, ab ſua parte redintegrant cum Athenienſib-
am; partem ſuorum adverſus Epipolarum munitiones
ınt, capi defenſoribus nudatas poſſe ſperantes. Atq; ex-
rem quidem munitionem, quæ decem jugerum erat, ce-
ıt dejecerunt que. ipſas ne caperent obſtitit Nicias, qui i-
corporis infirmitatem relictus, quando non alia ratio-
opter hominum paucitatem periculum ſe devitare poſſe
ıat: * machinas & ligna, quæ ante murum projecta e-
miniſtros ſuccendere juſſit. Et comprobavit hominis
lium fortuna. Nam Syracuſani ut flamma impediebat,
progreſſi ulteriùs abſceſſerunt. ſimul Athenienſes ex in-
ribus locis, fugatis ibi hoſtibus, auxilio munitionib. ten-
t; & naves eorum, ut prædictum, ab Thapſo in magnum
m decurrerunt. Quæ ubi illi ex ſuperiore loco viderunt,
s ipſique & reliquus univerſus Syracuſanorum exercitus
urbem ſe receperunt; abjecta ſpe, preſentibus copiis pro-
idi, quo minùs etiam mare verſus urbs munitionibus
leretur. Poſt hæc Athenienſes trophæum ſtatuerunt, cæ-
per inducias Syracuſanis reddiderunt. Lamachum ipſi
ıe cum eo occubuerant recepére. Coactis in unum uni- *Syracuſæ*
s terreſtribus navalibusque copiis, orſi ab Epipolis præ- *obſidione*
sque locis, duplici muro Syracuſas uſque ad mare clau- *premuntur.*
t. Comeatus aliaq; neceſſaria undique ex Italia ad ex-
ım deportabantur. multi Siculi, qui priùs dubii eventum
ſtaverant, in ſocietatem eorum venerunt. Et ex Hetru-
es quinquagenûm remigum naves acceptæ. Aliæ inſu-
on minùs lætæ ſpes affulſerunt. Syracuſani enim jam o-
m victoriæ ſpem abjecerant; poſtquam nec ex Pelopon-
opem ullam auxiliumq; videbant. itaque & inter ſe &

cum Nicia, qui Lamacho interfecto ſolus tenebat imperium, de pacificatione egerunt. Decretum ad id locorum nullum factum erat. Sed ut homines incertis conſiliis fluctuantes; & arctiore quàm antea obſidione preſſi: multa & cũ illo, & plura in civitate agitârunt. nam & ſuſpecti invicem ob clades erant: & imperatoribus, quorum ductu res malè geſtæ erant, imperium abrogârunt; quòd aut infelicitate ipſorum aut proditione eaſe damna accepiſſe putabant. Suffecti in eorum locum Heraclides & Eucles & Tellias.

Gylippus Lacedæmonius dux ex Peloponneſo auxilia addueit.

Interhæc Gylippus Lacedæmonius & naves ab Corintho circa Leucadem jam erat; in Siciliam ſine mora ad auxilium ferendum tranſmiſſuri. Triſtibus verò acceptis nuntiis, cùm omnes in unum mendaciis congruerent, jam penitùs clauſas eſſe operibus Syracuſas: Gylippus omni Siciliç omiſſa ſpe, Italiæ retinendæ cauſſa, ipſe, & Pythen Corinthius navibus duabus Laconicis & totidem Corinthiis, properè tranſmiſſo Ionio ſinu, Tarentum veniunt: Corinthiis decem navibus, duabusq; Leucadiis, & tribus ab Ambracia, paulò pòſt ſecuturis. Gylippus miſſis priùs ab Tarento Thurias legatis, * ob patris quondam apud eos civitatem, cùm nihil æqui impetraret, ſublatis anchoris oram Italiæ legit. Ibi tum juxta Terinæum ſinum vento correptis navibus, qui inde vehementiſſimus Septentriones verſus ſpirare ſolet, in altum ejicitur: iterumque fœda vexatus tempeſtate, ad Tarentum dejectus, naves ſibi, quæ tempeſtate quaſſatę erant, ſubductas refecit. Nicias quãvis audito ejus adventu, * contempſit navium paucitatem (ut Thurini quoq;) quòd prædonum magis more inſtructi videbantur, itaq; nullam curam adhibuit.

Athenienſes aperè pacẽ cum Lacedæmonijs rumpunt.

Sub idem tempus cùm Lacedæmonii ſuis ſociorũq; copiis adverſus Argos egreſſi, magnam evaſtaſſent agri partem: Athenienſes triginta navib. in auxilium Argivorum miſſis, fœdus Lacedæmonium * propalàm ruperũt. Ante id enim tempus, latrociniis ab Pylo, & excenſionibus ab aliis potiùs Peloponneſi partib. quàm Laconicâ, Argivos Mantineosq; in bello juvârant. ſæpè etiam * orantibus Argivis, ut ſaltem appulſis cum milite in Laconicam navibus, vel minima ſecum populata parte abſcenderent: tamen abnuerant. Tunc verò Pythodoro & Læſpodio & Demarato ducibus ad Epidaurum Limeram excenſione facta, hanc Praſiamq; & alios agros populârunt. Quo facto meliorem jam Lacedæmoniis ulciſcendi cauſſam præbuerunt. Poſtquam ab Argis diſceſſerunt Athenienſium naves, & Lacedæmonii: Argivi Phliaſiam ingreſſi, agros evaſtârunt, cæſisq; aliquot, domum reverterunt.

LIBER

LIBER SEPTIMVS THVCYDIDIS.

Epitome.

Gylippus Lacedæmonius Syracuſas cum copijs veniens, primo prælio ab Athenienſibus fuſus, altero victor eos intra munimenta compulit. Hinc utrig, Peloponneſij & Athenienſes auxilia ſuis in Siciliam miſere parant: & Peloponneſij Atticam ingreſſi, Deceleã in ea caſtellum communiunt. Syracuſani terra mariq, Athenienſes ſimul adorti, Plemmyrij munitiones expugnant, ad oſtium magni portus naves eorum primo vincunt, mox ab ijſdem ſuperantur. Mycaleſſiorum in Bœotica urbs Thracum impetu deletur. Corinthij cum Athenienſibus ad Erineũ navali certamine ambigua victoria dimicarunt. Athenienſes mari ab Syracuſanis vincuntur. Demoſthenes Athenienſis dux, cum prævalidis terreſtribus maritimisq, copijs veniens, Epipolas noctu aggreſſus magna ſtrage ab Syracuſanis funditur. nec multò pòſt ab Nicia prohibui Syracuſis abſcedere Athenienſes, denuò navali acie ſuperantur. Quæ de cauſſa ipſi ad ſupremum ſe certamen accingunt, & cùm totis dimicatum viribus eſſet, maxima clade profligati, terra diſcedere ſtatuerunt. Syracuſanis autem demoranibus iter, per aliquot dies miſerè confecti, tandem Demoſthenes cum ſuis militibus ſe Syracuſanis dedidit: ac paulò pòſt Nicias quoq, cum ſuis captus eſt. Dux uterq, necatus. milites pars venditi, pars in latomias conjecti: omnesq, ſic in Sicilia Athenienſium copiæ occidione deletæ.

GYLIPPVS ET PYTHEN POST- quam refecére naves, Locros Epizephyros ab Tarento vela dederũt. ubi certiore nuntio accepto, nondum Syracuſas undiquaq; operib. ſeptas eſſe, juxtaq, Epipolas ingreſſum ſibi cũ exercitu patere: conſilio agitabant, utrùm ab dextra Siciliam legentes ingreſſum navibus tentarent, an lęva potiùs Imeram tenentes, aſſumptis ibi oppidanis, & quos præterea excire poſſent, terreſtri via venirent. Id ex duobus cõſiliis explicitius videbatur; cùm ſuper cætera Atticæ quoq; naves quatuor, quas tãdem Nicias, Locris eos eſſe certior factus, miſerat, Rhegium nondum attigiſſent. Igitur cùm eas naves antevenirent, ſuperato freto Rhegiũ primò Meſſanamq; appulſi, inde perveniunt Imeram: & ſub ductis navibus, Imerenſibus perſuadent, ut conſociatis armis & ipſi ſequerentur, &

Gylippus Lacedæmonius Imeram in Siciliam venit.

nautis ſuis arma, quib. deeſſent, præberent. Nuntios & ad Selinuntios mittunt, utiq; cum univerſis copiis loco certo ſibi occurrant hortantur. Geloi quoq. & quidam Siculorum, manum aliquã (exigua ea fuit) ſe miſſuros polliciti erant. hi enim mortuo Archonida, qui in ea parte Siculis quibuſdam imperitans, & viribus non invalidus & Athenienſibus amicus fuerat, multò magis ad amicitiam eorũ inclinabant. nec parùm Gylippi tam promptus atq; impiger ab Lacedæmone adventus movebat. Ille aſſumptis nautis claſſicisq; militibus quib. arma erant, ſeptingentis maximè; & Imerenſium utriuſq; armaturæ mille peditibus, equitibus centum; Selinuntiorumq; levibus militibus & equite; Geloorum item parva manu, & Siculorũ mille universè militibus: ad Syracuſas ducit. Ab Leucade Corinthii cæteris navibus, quanto maximo curſu poterant, auxilio properabant. & Gongylus unus ex Corinthiis ducibus, qui poſtremus fuerat egreſſus, Syracuſas primus paulò ante Gylippum delatus; cùm jam in cõcionem de pacificatione venturis ſuperveniſſet: disjecit id conſilium, bonumq; eos animũ habere juſſit; nuntians, tum alias jam adventare naves, tum Gylippum Cleandridæ ab Lacedæmoniis miſſum imperatorem. Hoc nuntio erecti Syracuſani, extemplò ut cum omnib. copiis Gylippo occurrerent, egreſſi ſunt. Iam enim haud longè abeſſe acceperãt. Ipſe legis Siculo caſtello ex itinere capto, inſtructam ad certamen aciem ad Epipolas ducit; juxtaq; Euryalum, quo loco Athenienſes quoq; priùs ſubierant, aſcendens, Syracuſanis adjunctis, adverſus munitiones Athenienſium ſigna infert. Fors ita tulit, ut eo tempore veniret, cùm ã duplicem murum Athenienſes ſeptem aut octo ſtadia magnũ portum verſus perduxiſſent; * exigua parte, quam adhuc ædificabant, juxta mare reſtante. ab ætera autem munitionum parte, juxta Trogilum, alterumq; mare, lapides maximè adjecti jacebant; & quædam haud dum perfecta quædã abſoluta relicta. adeò propè pernicie res Syracuſana venerat. Athenienſes repentino Gylippi & Syracuſanorum adventu cõterriti, trepidare initio. inde aciem tamẽ inſtruunt. Gylippus poſtquã appropinquavit, poſitis armis & caduceatore ad eos præmiſſo, ſi intra quinq; dies Sicilia eũ ſuis reb. excedere vellent, paciſci ſe paratum oſtendit. * Quo ſpreto, ac ſine reſponſo dimiſſo, inſtrui deinde acies utrinq; cœptæ. Gylippus autẽ quia turbatos Syracuſanorum ordines haud facilè refici poſſe videbat, in loca patentiora exercitũ deduxit. Nicias quietus pro munitionib. conſiſtens, nihil promovit Athenienſium copias. Igitur Gylippus, ubi eos certamen detrectantes vidit, copias in

Gylippus venit Syracuſas.

juga

juga Tegmenitis, ut vocant, abduxit: ibiq; ea nocte conquievit. Postero die majore copiarum parte instructa contra Athenienſium munitiones ne aliò ſubſidia mittere poſſent: partè contra Labdalum caſtellum miſit. id expugnatum (erat autem ſum à cõſpectu Athenienſiũ) omnesq; qui ibi deprehenſi erãt interfecti. Eadem die * triremis Athenienſis, quæ ad portũ ſtetera, ab Syracuſanis capta. Poſtea Syracuſani murũ ſimplicem, orſi ab ſuperiore urbis parte, per Epipolas ad murum tranſverſum duxerunt; ut Athenienſibus, ſi id prohibere nequirent, omnẽ deinceps facultatem claudendi operibus urbem eriperent. Athenienſes autẽ muro jam mare verſus abſoluto, in loca ſuperiora proceſſerant. Interim Gylippus nocte motis copiis, Athenienſium munitiones, qua parte infirmiores erant, invadit. Poſtquã verò Athenienſes recognita (ſtationes enim pro munimentis locatas habebant) obviam exire vidit, properè ſuos reduxit. deinceps murum Athenienſes altiorẽ factum ipſi cuſtodia obtinuerunt. cæteris ſociis reliquas munitionis partes tutandas diviſerunt. Plemmyrium quoq;, quod vocãt, Niciæ cõmunire placuit. promontoriũ id eſt è regione urbis, quod magno portui obtentum fauces ejus coarctat. Hoc loco cõmunito, faciliùs cõmeatus cæteraque uſibus neceſſaria advehi poſſe putabat. propiùs etenim Syracuſano portui naviũ ſuarũ ſtationẽ futuram: & inſuper eam cõmoditatem acceſſurã, ut nõ velut in præſentia ex intimo portus ſinu naves moliri, ſi claſſe invaderet hoſtis, cogerentur. jam enim ad maritimum bellum adpulerat animũ, quòd ſibi poſt Gylippi adventũ minus in terreſtri bello ſpei relictũ videbat. Tranſportata igitur parte copiarum navibusq;, caſtella tria extruxit, in his pleraq; impedimẽta deponebãtur, majorumq; ibi navigiorum & velocium navium ſtatio erat. Verum tunc primùm navales ſocii nõ parùm affligi cœperũt, qui & aquæ penuria laborabãt, quoniam aquari longiùs cogebãtur, & ſicubi lignatum exibant, ab equitibus Syracuſanis terram obtinentibus cædebantur. tertiam enim equitũ partem Syracuſani in Olympici caſtello locaverant, ne quid ab Plemmyrio Athenienſes damni dare poſſent. Accepto etiam de reliquarum navium, quæ Corinthiorum erant, adventu nuntio, Nicias viginti navium præſidium miſit: quas circa Locros Regiumq; & primos Siciliæ aditus in ſtatione eſſe, & ipſos obſervare juſſit. Gylippus ſimul per Epipolas murũ ducebat, lapidibus quos Athenienſes aggeſſerant uſus, ſimul quotidie Syracuſanos ſociosq; in aciem adverſus munitiones producebat. Suam quoq; aciem Athenienſes contrà in-

Gylippus Labdalum capit.

Syracuſani murum obiiciunt Athenienſibus.

Nicias Plẽmyrium cõmunit.

Gylippus prælio ab Athen. ſuſtinet.

ſtruebant. Itaq; Gylippus, poſtquam ei tempeſtivum v
tur, ſignum ſuis dedit invadendi. Concurſum utrinq;
tisq; manibus inter munitiones prælium commiſſum
equitum Syracuſanorum ſociorumq; nullus uſus erat
tur Syracuſani ſociiq;, cū ceſos per inducias recepiſſen
nienſes trophæum ſtatuiſſent: Gylippus vocatis militi
hil ab illis ignavia peccarum, ſed ſuum eum errorē fui
acie enim nimium intra munitiones directa, equitatu
latoresq; inutiles reddidiſſe jam ergò rurſus ad hoſtes
rum. Proinde pararent animos, idq; fixū deſtinatumq
haberent: ſe quidem copiis alioq; apparatu nō minùs
ctos eſſe: fœdum verò & intolerandum fore, ni eo an
certamē deſcendant, ut Peloponneſii exiſtentes Dorie
Ionas ac inſularū cultores & convenas homines victo
tosq; regione expellant. Inde ut tempus rei gerēdæ vil
iterum ad hoſtem ſigna ferri jubet. Neq; Nicias & Ath
ſes certamen detrectabant: videbant enim, ſi maxim

Gylippus vincit Athenienſes.

nare nollent, nō tamen ultra ſibi permittendum, ut ad
pinquum illi murum (jam enim præter extremas penè
munitiones deductus erat) ſibi obiicerent. quod ſi fec
ipſorum poteſtatis futurum, ſive de ſumma rerum de
tes vincere, ſeu quietem agere mallent. Gylippus gr
matura paulò magis quàm priùs extra munimenta d
prælium conſerit: equites & jaculatores contra lævum
nienſium cornu, loco patenti, quà opera utrorumq;
bant, tranſverſos ſtatuit. hi in ipſo conflictu, quanto n
poterant impetu, ab latere incurrentes, lævum Athe
cornu in fugam averterunt. quo facto, reliquus etiam
citus ab Syracuſanis ſuperatus, * cum magno tumulto
pidatione munimentis incidit. Inſequente nocte mur
præter Athenienſium munitiones duxerunt, ut n
opere deinceps impediri poſſent, & illis adimeretur
licet ſuperiores fierent, cingendi urbem facultas.
dum hæc reliquæ duodecim Corinthiorum, & Ambr
rum, Leucadiorumq; naves, fruſtratæ cuſtodias Athe
Syracuſas Eratinide Corinthio duce pervenerunt, ir

Gylippus vires ſuas augere ſtudet.

quo opere uſq; ad tranſverſum murum perficiendo,
ſanos adiutārunt. Gylippus in cateram Siciliam prof
rat, ut inde terreſtreis navaleisq; copias cogeret; ſimu
ſolicitaret, ſi quę aut minùs impigrè arma capeſſebant
mninò ſe bello ſubduxerant. Alios legatos Syracuſan
rinthii Lacedæmonem Corinthumq; miſerunt, qui m
bi mitti peterent, ſive onerariis ſive aliis navigiis, aut

que aliomodo tutiſſimè poſſent. nam idem ab ſuis Athenienſes petiſſe. Ipſi Syracuſani claſſem inſtruebant exercebantq;, uti illud quoq; genus belli tentaturi; adeoq; optimam in futurum ſpem conceperant. Quæ intelligens Nicias, hoſtium vires indies augeſcere, ſuas minui ac debilitari; miſerat ipſe quoq; Athenas cùm aliàs ſæpè, ut quæque res geſta erat, nuntios, tum verò maximè per idipſum tempus. grande enim diſcrimen impendére videbat; ac niſi quàm primùm aut ipſi revocarentur, aut ſupplementum non exiguum mitteretur, nullam ſpem ſalutis reliquam eſſe. Veritus autem, ne quos mittebat, aut dicendi imperitia, aut alia inſcitia, vel etiam ad populi gratiam loquentes, falſa nuntiarent: literas ſcripſit; ratus hoc maximè modo Athenienſes, ſuam ſententiam nihil ab nuntio immutatam audientes, de ipſis rebus, prout veriſſimè ſeſe haberēt, deliberaturos. His literis cæteris q; quæ dicenda eſſent acceptis, profecti ſunt. Ipſe exercitus curam agens, cavebat, ne quod ſua voluntate periculum ſubiret.

Nicias Athenas nuntios mittit.

Extremo æſtatis illius Euetion Athenienſis dux, cum Perdicca adverſus Amphipolim cum Thracum valida manu profectus, urbem ipſam capere non potuit: in Strymonem autem triremibus traductis, ex flumine eam oppugnavit. receptaculum ipſi Imeræum erat. Ita æſtas finita.

Amphipolis oppugnatur.

Inſequente hyeme Athenas venientes ab Nicia miſſi legati, tum quæ coràm dicenda acceperant expoſuerunt, & percunctantibus reſponderūt: tum verò literas eis reddiderunt. quas ſcriba publicus progreſſus, in concione Athenienſiū recitavit. Earū ſententia hęc fuit: * Superiores res geſtas noſtras, Athenienſes, ex complurib. epiſtolis cognitas perceptasq; habetis. nunc autem id tempus eſt, quo, ubi noſtram fortunā acceperitis, nō minor vobis deliberatio ſit futura. * Nam poſt eaquā pluribus prœliis fudimus Syracuſanos, contra quos miſſi ſumus, & munitiones, quas nunc tenemus, excitavimus: Gylippus venit Lacedæmonius cum copiis ex Peloponeſo & Siciliæ quibuſdam urbibus. Eum nos prima pugna deviçimus. altera equitū multitudine & jaculatorum rejecti, * intra munimēta nos recepimus. Nunc igitur ob hoſtium multitudinē omiſſa urbis circummunitione, quietos nos cogimur tenere. nam quia partem copiarum ad munitionum cuſtodiam dividere debemus, univerſo exercitu ipſos oppugnare haud poſſumus. Illi murum nobis ſimplicem objecerunt, ut jam operibus eos claudere nequeamus; niſi munitionem magno validoq; adorti exercitu expugnemus. Ita factum, ut nos qui alios obſidere viii ſumus, ipſi potiùs terra obſideamur. nā ne longiùs evage-

Epiſtolæ Niciæ ad populum Athenienſ.

„ mur, equites arcent. Iam in Peloponnesū legatos alias copias
„ orantes misere: & Gylippus in Siciliæ profectus est urbes, ut
„ alias quę nunc pacē agitant, ad belli societatē pelliciat, ab aliis
„ terrestres navalesque, si possit, copias cogat. Etenim, ut acci-
„ pio, in animo habēt, terrestribus simul copiis munitiones no-
„ stras, & mari nos classe adoriri. * Quòd aūt mari etiā aliquid
„ tentare audent, nemini grave aut indignū videri debet. Clas-
„ sis quippe nostra (quod nec ipsos fugit) initiò, & naviū sic ita-
„ te, & navalium sociorū incolumitate, pulcerrima & validissi-
„ ma extitit. * Iam naves, cum tanto tempore in aqua steterint,
„ putres sunt factæ, & socii navales perditi. non enim licet no-
„ bis naves subductas siccare; quòd hostes nostris numero pa-
„ res, atq; etiā superiores, assiduè speciē tanquā invasuri præbēt.
„ Nec dubiū quin id facturi sint. ipsorum enim potestatis est ut
„ invadant, & naves siccandi copia major. quippe quas non in
„ una habeāt statione. Nobis verò in magna navium copia vix
„ istud contigit: multò jam minus, quando omnes in custodiis
„ esse oportet. Quòd si enim vel paululùm custodiis subtraxe-
„ rimus, cōmeatu destituemur: quē nunc quoq; ægrè * juxta i-
„ psorum urbē importamus. Socios itaq; navales ob hæc alios
„ amisimus, alii etiamnum afflictantur: nautæ in lignatione a-
„ lii, alii in longinquis prædationibus & aquatione ab equitib⁹
„ conciſi sunt. servitia, posteaquā pares nobis facti sunt hostes,
„ transfugiunt. Externi milites, alii qui coacti sunt naves con-
„ scendere, protinùs in suas urbes dilabuntur; alii stipendii ini-
„ tiò magnitudine pellecti, cùm magis ut ditescerent, quàm ut
„ pugnarent, propositū habuissent: posteaquā præter spem na-
„ vales alias q; copias nobis oppositas vidēt, part m simulatio-
„ ne quadam & prætextu ad hostes transeunt, partim ut quisq;
„ potest (ampla enim est Sicilia) se subducunt. Quidam ibi ne-
„ gotiantes cùm ab trierarchis, ut mancipia pro ipsis Hyccarica
„ imponerentur, impetrassent: classis exquisitum apparatum
„ deformārunt. Ipsi quæ scribo novistis, omnem penè florem
„ navalium sociorum absumi, paucos supersesse nautas, qui na-
„ ves agere aut remis uti possint. * Longè autem omnium gra-
„ vissimum est, quòd ego imperator prohibere isthæc nequeo,
„ (haud facilè enim imperium ingenia vestra patiuntur) quòd
„ unde supplementum in naves scribamus nihil suppetit. cujus
„ rei hostibus undiquaq; copia est. Cogimur aūt ea quæ nobis-
„ cum adduximus impendere, & quæ jam habemus insumere.
„ quæ enim nunc sunt in nostra societate civitates, Naxus Ca-
„ tanaq;, planè invalidæ existunt. Vnum supereſt, quo si potiā-
„ tur hostes; nimirū ut urbes Italiæ quæ nobis alimenta suppe-

ditant,

int, cùm & noſtrarum rerum ſtatum & veſtri auxilii ſpem «
lam viderint, in illorum ſocietatē concedant: illicò bellū, «
is ſine ferro ſine acie expugnatis, confecerint. * His ego «
tiora jucundioraq; alia ad vos perſcribere potuiſſem: ve- «
nequaquā utiliora. ut enim de ſingulis rectè conſultetis, «
nia perſpicuè doceri oportet. Et quoniam ingenia veſtra «
i probè ſunt perſpecta; qui & quàm jucundiſſima lætiſſi- «
que audire optatis, & ſicubi res aliter eveniat nos incuſare «
tis: tutius judicavi, ut ad vos omnem veritatē & ut ſe res «
et perſcriberem. * Quocirca ſic habeatis velim, tam im- «
tores nos quàm milites ita rem geſſiſſe, cujus gratia do- «
miſſi ſumus, ut à vobis incuſari nullo modo debeamus. «
ne aūt cùm arma ſua univerſa Sicilia conjungat, atq; etiā «
'eloponneſo copias expectent: * veſtra eſt conſultatio, «
madmodū cùm hæ copiæ ne præſentib. quidē hoſtib⁹ pa- «
int, nos aut avocetis, aut alias non minores terreſtres na- «
sq; copias & pecunias non exiguas mittatis. * Mihi au- «
ſucceſſorē mitti peto, qui ob renum dolores ultrà mane- «
ullo modo poſſum. Dignus ſum qui à vobis veniā conſe- «
r. dum enim valui, ſepiſſimè ductu meo feliciter rem opti- «
; geſſiſtis * Cæterùm quod facturi eſtis, ne obſecrò pro- «
tinando differte; ſed extemplò primo vere id repræſen- «
. hoſtibus n. in Sicilia propinqua plurimarum rerū copia «
etit. cætera ex Peloponneſo accerſunt, ſegniter id quidē «
otioſè; veruntamen niſi animū attenderitis, in alios vos, «
riùs, fruſtrabuntur, in aliis antevertent. Hactenus Niciæ «
tola. Ea audita, Athenienſes Niciam nihilo magis impe- *Athenienſ. duces & exercitum novum in Siciliam decernunt.*
iberârunt: ne tamen ſolus relictus ob corporis infirmita-
ſuccumberet, duos illi de exercitu Menandrū & Euthy-
um legârunt, uſq; dum alteri ab ſe creati collegæ ad eum
irent. Copias etiā decreverunt terreſtres navalesq;, quæ
delectu Atheniēſi & ſociis ſcriberentur. Collegas ei creâ-
t, Demoſthenem Alciſthenis, & Eurumedontem Thuclis;
protinùs circa hybernū ſolſtitium in Siciliā cum 10. navi-
&220. argenti talentis miſerunt, juſſum & de ſubſidiis, quæ
ari eſſent, & quemadmodū curæ ſibi futuri eſſent, nun-
t. Demoſthenes ſubſtitit, profectionemq;, uti primo vere
ffurus, adornabat: exercitum ſociis, pecunias, naves, mi-
imperabat. Viginti præterea in Peloponneſum naves
enienſes miſerunt, quæ, ſi quis indidem aut ab Corintho
ciliā trajicere vellet, prohiberent. * Corinthii enim poſt-
am legati ipſorum redeuntes, meliorem rerum in Sicilia
um nuntiârunt: nō parùm opportunè ſe priores naves mi-

ſiſſe

ſiſſe rati, multò magis arrecti animis, id agebant, ut & ipſi in Siciliam onerariis navibus militem ſuum mitterent, & cæteri quoque Peloponneſum eodem Lacedæmonii adigerent. Naves etiam 25 inſtruxerant, ut prælium navale cum Atheniēſium navibus, quæ Naupacti ſtationem habebant, tentarent, iidemq; in triremes ſibi oppoſitas verſi, eò minùs onerariarum profectionem impedirent. Lacedæmonii, quod jamantea decreverant, in Atticam exercitum inducere paraverunt. & inſtabant Syracuſani Corinthiique, poſtquam miſſuros in Siciliam auxilia Athenienſeis cognoverant, ut impreſſione in regionem facta is apparatus diſcuteretur. Nec parùm Alcibiades rem urgebat, utiq; Deceleam communirent, & non ultrà differrent bellum, hortabatur. Augebat id maximè animos Lacedæmoniis, quòd & Athenienſes gemino, ſuo & Siciliēnſi, implicitos bello, faciliùs perdomari poſſe credebant, & ipſos quoque priores fœdus rupiſſe judicabant. * Superiore namq; bello ſuis ſe magis peccatis ſubactos, quoniam fœderis tempore Platæam Thebani adorti fuerant, ipſique Athenienſes ad diſceptandum vocanteis repulerant; cùm in priore fœdere ſcriptum fuiſſet, ne arma diſceptationem petentibus inferrentur. qua de cauſſa haud immeritò adeò adverſas fortuna in bello uſos rebantur, clademq; ad Pylum acceptam & alias in memoriam revocabant. Proinde cum Athenienſes 30. navibus miſſis, Epidaurum Praſiasq; & alios agros populaſſent; ſimulq; ab Pylo latrociniis regionem infeſtarent; & quotieſcunq; controverſiâ de fœdere obortâ diſceptationem Lacedæmonii poſtulabant, ipſi nihil admittere vellent: tum verò Lacedæmonii, idem jam peccatum, quo ipſi priùs fuiſſent lapſi, Athenienſibus incumbere rati, ad bellum univerſi accenſi ſunt; & ea hyeme ferrum per ſocios comparandum, aliaque quæ ad munitiones requiruntur inſtrumenta, edixerunt. Simul ad auxilia in onerariis in Siciliā mittenda & ipſi contulerunt, & cæteros Peloponneſios adegerunt. Ita hyems finita, & 18. belli annus exiit, quod Thucydides ſcripſit.

Lacedæmoniī bellum contrà Athenienſes inſtruunt.

Lacedæmoniī ſociīq; Atticam ingreſſi Deceleam communiunt.

Ad prima ſigna veris inſequentis, quàm maturrimè Lacedæmonii ſociiq; exercitum in Atticam induxerunt. dux ejus Agis erat Archidami filius, rex Lacedæmoniorum. Regionem priùs campeſtrem perpopulati: tunc deinceps Deceleam opere per civitates diſtributo, communierunt. Abeſt ab urbe Athenienſium Decelea centum ferè viginti ſtadia, pariq; propemodum ab Bœotia intervallo: & conditum eſt caſtellum loco campeſtri, maximeq; ad nocendum opportuno: Athenas uſq; conſpicuum. Dum hi in Attica opere occupantur Pelopon-

neſii ſociique, interea cæteri ab Peloponneſo onera- *Peloponne-*
item in Siciliam miſerunt. Lacedæmonii erant acer- *ſii in Siciliã*
quiſque ex Helotibus & * novis civibus delectus, ſex- *auxilia mit-*
trique gravis armaturæ milites: Bœotorum ejuſdem *tunt.*
ræ trecenti. Duces fuerunt, illorum Ecritus Sparta-
rũ Xenon & Nicon Thebani, & Hegeſander Theſpiẽ-
primi ab Tænaro ex Laconica ſolventes, in altum vela
unt. Non multò pòſt Corinthii 500. graviter armatos,
ex ſuis civib⁹, partim ex Arcadia mercede conductos,
cho Corinthio præfecto, cumque eis Sicyonii ducen-
lites Sargeo Sicyonio duce, miſerunt. Quinq; autem &
Corinthiorum naves, quæ jam antea per hyemem in-
fuerant, ut everterent ab onetariis Athenienſeis: op-
unt ſe viginti eorum in Naupacto navibus, donec om-
Peloponneſo copiæ ſolverunt.

dem principio veris, dum Decelea communitur, Athe- *Athenien-*
s Charicl em Apollodori ducem cum 30. navibus in Pe- *ſes naves 30.*
neſum miſerunt; Argos etiã accedere juſſam ad militẽ *in Peloppon-*
aves ex fœdere depoſcendum. Demoſthenem in Sici- *neſum, De-*
it propoſuerant, cum navibus Athenienſibus ſexaginta, *moſthenem*
nq; Chiis, gravis armaturæ militibus mille ducentis ex *cum nova*
niẽſium delectu, & ex inſulis quantũ ab ſingulis nume- *claſſe in Si-*
õparare poterant, miſerunt. ab cæteris quoq; ſociis qui *ciliam, mit-*
ales erant, ſi quid ad bellum idoneum habebant, con- *tunt.*
ant. Demoſthenes juſſus priùs Charicl em circa Laconi-
omitari, in Æginam tranſmiſit. ibi dum reliquæ copiæ
ierentur, & Argivos Charicles acciperet, morabatur.

Sicilia interea eodẽ tempore Gylippus Syracuſas rever- *Syracuſani*
nilites ex civitatibus, quot ab ſingulis impetrare potuit, *rem nava-*
xit. Convocatis inde Syracuſanis, naves inſtruere quàm *lem inſtru-*
nas, pugnæq; navalis facere periculũ, jubet. Spem nan- *unt contra*
ſſe, dignum ſe diſcrimine facinus in univerſi ſummam *Athenien-*
perpetraturos. Hermocrates quin etiam impensè horta- *ſes.*
eos, ne navibus Athenienſeis aggredi dubitarent. quip-
ipſos ita à majorib rei maritimæ peritiã accepiſſe, neq;
tuò ejus uſu calluiſſe; ſed cùm * plus quàm Syracuſa
terranei eſſent, ab Medis ad rei nauticæ ſtudiũ compul-
gendum itaq; & audendum ipſis, & pari ratione adver-
thenienſes utendum, qui non virium robore, ſed auda-
ioſa adorientes terribiles fiant. quòd ſi jam aliquis contra
ũ audaciã pari utatur ferocia, hunc maximo eis terrori
um. Quas ob res ſi nec opinatò ipſis in re navali reſiſtere
ant, nõ ſe dubitare ajebat, quin perculſis improviſo me-
tu lon-

tu longè magis ſint ſuperiores futuri, quàm illorum
Syracuſani, licet minùs exercitati, lædi poſſint. Proind
bitrarēt, neu cunctarētur fortunā navalis certaminis e

Syracuſani Athenienſes terra ma: & adoriuntur.

His Gylippi Hermocratisq; & aliorum quorundā voci
ad navale bellū Syracuſani, naves inſtruxerunt. Eo fa
lippus nocte eductis univerſis ped eſtrib. copiis, ab ter
dere munitiones Plemmyrii conſtituit. Simul ex cōpo
remes 35. Syracuſanorum ex magno portu eódem co
runt: & ex minore, ubi eorum navalia erāt, 45. circun
ut junctæ cum iis quæ intra majorē eſſent, unà ad Pler
navigantes, ancipitē * utrinq; metum Athenienſibu
rent. Athenienſes properè 60. adverſus eas comple
bus: quinq; & viginti triginta quinq; Syracuſanis, qua
gno portu erant, navibus occurrerunt; reliquis iis qua
valibus circumvectabantur obviā ierunt. Nec mora,
ſtium ipſum magni portus conſeritur prælium: diuq; i
reſtiterunt, cùm illi vi irrumpere vellent, hi contrà ob

Gylippus Plemmyrij caſtella capit

tur. Interea Gylippus, cùm Athenienſes ex Plemmyrio
re deſcendiſſent, omniumq; oculos & animos certan
cupaſſet: repentè prima luce munitiones aggreſſus, pri
petu majorem capit; inde deinceps minores duas, cùm
cuſtodes, quia majorem nullo negotio expugnatā vi
ſtationē deſeruiſſent, occupat. capta primā munition
homines, etiā qui in navigia & onerariā quandam co
rant, in caſtra evaſerunt. nam quia in magno portu *
ria navalis penes Syracuſanos erat, triremis una long

Syracuſani mari ſuccumbunt.

ciſſima eos conſectabatur. Dum autē alteræ duæ cap
interea jā verſo Marte ſubitò Syracuſani ſuccubuerunt
qui inde fuga evaſerūt, faciliùs ad ſuos ſunt revecti. N
Syracuſanorum quæ ante oſtium prælium cōmiſerant,
ſis Athenienſium navibus, * effuſæ ſine omni ordine
runt, cūq; tumultu inter ſe colliſæ atq; ja ctatæ victorii
nienſib. dederunt, qui cùm iſtas, tùm eas quoq; à quib.
portu victi fuerāt, in fugā converterunt. undecim nave
cuſanorū ſuppreſſæ, hominib. majore parte cæſis: tres
hominib captæ. Ipſi tres amiſerunt · collectiſq; fragmē
racuſanarum naviū, & trophæo in parva inſula, quæ e
gione Plemmyrii, erecto: in caſtra ſua redierunt. Hac f
in navali certamine uſi Syracuſani, caſtella tamē Pler
tenuerunt, & trophæa de ipſis tria poſuerunt. altero
duob. quæ poſteriùs ceperant demolito, reliqua du
præſidio obtinuerunt. Multi ibi homines interfecti, mu
in poteſtatē redacti: & pecuniæ magna vis univerſa ca

nam velut ærariũ fuerant Athenienſib. ea caſtella, magnæq; mercatorũ & trierarchorũ quoq; pecuniæ & frumenta inibi erant ad hæc vela triremiũ 40. & alia armamenta, triremesq; ſubductę tres in poteſtatẽ venerunt. Multò maximè ea Plemmyrii expugnatio, ſi quidquã aliud, res Athenienſiũ accidit. jam enim ne quidẽ cõmeatus ſine periculo advehere licebat, *prohibentib. id Syracuſanis, quæ ibi in ſtatione erãt, navib⁹: armisq;, ſi quid importare vellent, certandũ erat. Ad cætera quoq; conſternationẽ ea res animis militum deſperationẽq; præbuit. Poſthæc Syracuſani naves 12. Agatarcho Syracuſano duce, mittunt. earũ una in Peloponneſum avertit iter, legatos vehens; qui & rerum ſuarũ ſtatum * ſpesq; narrarent, & ad bellum illic intentiùs gerendum incitarent. Cæteræ 11. cùm audiviſſent navigia Athenienſibus, pecunia omniq; rerum copia plena, adventare: in Italiã curſum tenuerunt. adeptiq; ea pleraq; ſummerſerunt; & in Cauloniatide ligna, quæ ad naves ædificandas præparata Athenienſib. erant, cremãrunt. Inde Locros perventum ubi cùm ſtationẽ haberẽt, oneraria una ab Peloponneſo Theſpienſem vehens militẽ cò decurrit. quib. in naves receptis, domum Syracuſani navigãrũt. Athenienſiũ verò 20. naves ipſis juxta Megara inſidiatę, unã cum hominib. capiunt. cæteræ Syracuſas aufugerunt. In portu quoq; certamẽ contractũ eſt ob ſudes, quas in mari ante vetera navalia defixerant Syracuſani; ut intra eas navium ſtatio tuta eſſet, neq; invadere eas Athenienſes autlædere poſſent. Adverſus hos Athenienſes onerariam eximiæ magnitudinis, turrib. ligneis & tegumẽtis munitã adduxerunt: atq; ex parvis navigiis ſuculis ſudes alligatas extrahentes, cõfringebant. alias urinatores conciderunt. Miſſilibus utrinq; Syracuſani ab navalib., illi ex oneraria, certârunt: donec plerasq; Atheniẽſes evulſerunt. Id maximè impediebat, quòd ſudes quædã ita ſub mari defixæ ut aqua tegerentur, cõſpici non poterant. itaque plenum periculi erat navib. accedere, necubi aliqnis velut ad ſcopulum illideret navẽ. Sed has quoq; mercede data urinatores reſecârunt. iterum tamen alias Syracuſani fixerunt. Alia invicẽ plurima, qualia propinquis caſtris ſolẽt, tentârunt; levibus certaminibus, & variis omnis generis artibus atq; conatibus, ultrò citroq; laceſſentes. Syracuſani legatos Corinthiorũ Ambraciotarumq; & Leucadiorum circa urbes dimiſerunt; qui & Plemmyrii expugnationẽ nunciarẽt, & de navali prælio docerent, quòd nõ tam hoſtium vi atq; virtute, quàm ſua perturbatione, ſuperati eſſent. de cætero bonam ſpem ſe concepiſſe. orarent, ut auxilia terreſtria & maritima mitterẽt;

Syracuſani naves in Italiam mittunt.

Certamina in portu & alibi.

quã-

quandoquidē Athenienſ. quoq; alias expectarēt copias. itaq; ſi præoccupantes, præſentē exercitū opprimāt, debellatū iri

Demoſthenes in Siciliam pergit.

Dum hæc in Sicilia gerūtur, interea Demoſthenes poſteaquam convenére copiæ quas in Siciliam tranſportare debebat, ſolvit ab Ægina & in Peloponneſum navigat. Inde cum Charicle & 30. Athenienſium navibus conjunctus, militib. ab Argivis in naves quibuſdā acceptis, in Laconicam curſum tenuerunt. quo ubi perventum eſt, Epidaurii primò agri partē, quam Limerā vocant, depopulati ſunt. inde in eam Laconicæ partem quæ Cythera ſpectat (templum ibi eſt Apollinis) appulſi, agros aliquos evaſtārunt, & locum quendam arctis faucibus in peninſulæ modum excurrentem communierunt; ut & Helotes Lacedæmoniorum eò transfugerent, & prædones inde, ſicut ab Pylo, prædas agerent. Demoſthenes protinùs occupato loco, Corcyram navigare pergit, ut acceptis eius regionis ſociis in Siciliam quam primùm trajiciat. Charicles donec locus permuniretur ſubſtitit. inde relicto præſidio, ipſe cum triginta navibus, cumq; eo Argivi, domum revertit.

Mercenarij ex Thracia milites veniunt Athenas.

Eadem æſtate ex Thracibus machærophoris, * Dacici nominis, mille trecenti cetrati Athenas venerunt; quibus cū Demoſthene in Siciliam fuerat eundum. Igitur cùm ſeriùs paulò venſſent, remittere eos in Thraciam Athenienſes cogitabāt: nam ne ad bellum ab Delea retinerent ipſos, impenſæ magnitudo movebat; drachmā indies ſingulis ſtipendiū petentibus.

Deceleæ cōmunitio quanto damno Athenienſibus fuerit.

Nam poſteaquā Deceleam univerſus exercitus per æſtatem communierat: præſidio inde, ſuccedentibus invicem civitatibus, impoſito, magnis undiq; Athenienſes cladib⁹ afficiebantur. ante omnia facultatum hominūq; pernicie res ipſorum afflictæ. Priùs quippe exigui temporis factæ incurſiones, non prohibuerunt quò minùs reliquo tēpore fructus perciperent agrorū: tunc verò cùm ſine intermiſſione incūberet hoſtis, & modò majore manu invaderet, modò ſolitū præſidiū, etiam * neceſſitate cogente, regionē excurſionib. * prædabundum peragraret, ipſo Agide Lacedęmoniorū rege (qui haud ſegniter bellū ciebat) præſente: magnæ erāt Athenienſium clades. Nā præterquā quòd tota regione arcebantur, ſervitia * plus quàm viginti millia, & eorum pars major operarii homines, trāsfugerūt. perierūt oves oēs atq; jumēta; equi, quotidie exeuntibus equitib⁹, ut ad Deceleā obequitarēt agrosq; tutarētur, alii ob regionis aſperitatē & continuos labores claudi effecti, alii vulnerati. Cōmeatus verò & cętera, * quę ab Eubœa terra priùs per Oropū & Deceleā celeriùs portata fuerāt, jam mari circa Suniū magnis ſumptib. advehebantur: penitusq; omnium

nnium quæ aliunde importantur, civitatem egestas tenuit; eò ut ex urbe castellum propemodum & præsidium fieret. terdiu enim in muris invicem custodias agitabāt: nocteuni- rsi, præter equites, alii sub armis, alii in muris excubantes, m hyeme quàm æstate, labore ærumnisq; conficiebantur. per omnia geminum ipsos urebat bellum: tantumq; animis rtamen imbiberant, quod nullus auditū, nisi factum esset, edere posset. eos munitione & castello ab Pelopōnesiis pro- obsessos, ne sic quidem ab sistere Sicilia voluisse; sed invicē ri ratione obsedisse Syracusas, urbem propriis viribus Athe- s non minorem; tantamq; admirationem viriū & audaciæ ræcis præbuisse, ut cùm initio bello, alii annum, alii bienniū, ii triennium, nec quisquam longiùs, sustinere ipsos bellum sse judicassent, si Peloponnesii regionem invaderent: anno ptimodecimo post primam impressionem in Siciliam exer- um miserint, ac jam penitùs affecti fatigatiq; bello, aliud in- per, nō minus priore ex Peloponneso, sibi conflaverint. Ita- e cùm & ab Decelea multis incommodis afficerentur, præ- rea magnos sumptus facere cogerentur, pecuniæ inopia ve- menter laborārunt: & ab subditis ea tempestate pro tributo cessimam * ex maritimis exegerūt, quòd sic plus pecuniæ se bituros sperabant. Sumptus enim non iidem qui antea, sed ultò maiores, quantò etiam bellū maius erat, postulabātur. reditus intercíderant. Ob hanc in præsentia inopiā pecunia- cùm sumptus facere nollent, Thraces hos, quia seriùs post ofectionē Demosthenis venerant, extēplò dimiserunt; Dii phe, qui eos deduceret, adjūcto ei mandatū, ut sicubi in præ- rna vigando posset, (* per Euripum enim transmissuri erāt) ade ipsorū opera afficeret hostes. Is ad Tanagrā excēsione cta, depopulatus raptim agri partē: inde sub vesperē ab Chal- de Euripum ex Eubœa transmisit, militemq; in Bœotiā ex- positū, duxit ad Mycalessum. noctē eam, sic ut non nosceretur dventus, ad Mercurii fanum sedecim fermè ab urbe stadia git. Inde prima luce urbē invadit: & quia tum magnitudinis astæ, tum nullis custodiis firmata erat, primo impetu capit. on enim unquam speraverant, quenquam adeò remotos ab ari adoriri posse. adhæc mur⁹ invalidus, & partim collapsus inis, partim humilis erat; portæq;, ut nihil timentibus aper- e. Irrumpentes itaq; in Mycalessum Thraces, domos & fana iripiunt, homines obtruncant, nec ætati nec sexui parcentes, mnes pariter obvios, senes, juvenes, puerosque & fœminas ernunt; in jumentorum postremò, & quæcunq; spirantia vi- crunt, cædem versi. Thracum enim gens, si quæ alia, barba-

Athenienses Thraces domum remittunt.

Thraces Mycalessum crudeliter diripiunt.

bara eſt,& ubi animus non deficit cædis avidiſſima. Itaq; ingenti clade & trepidatione illata,omnis ſævitię crudelit que in miſeros editum eſt exemplum. * inter quæ in puer ludum impetu facto (qui ibi maximus erat:& pueri modi greſſi) omnes conciderunt. tanta calamitas tamq; inſpe univerſam hanc urbē,quanta nullam aliam,devaſtavit. T

Thraces puniuntur.

* Sub idem æſtatis tempus poſteaquam Peloponneſii, qui Mileti erant, nemo eorũ quibus id ab Tiſſapherne Aſpẽdum eunte mandatum fuerat ſtipendium perſolvebat, ac neque naves Phœnicum neq; ipſe Tiſſaphernes veniebant, Mindaroq; maritimæ rei præfecto Philippus, qui cum illo miſſus erat, & alius quidam Hippocrates Spartanus, qui tum Phaſelide erat, ſcripſerant, nuſquam adfuturas naves, & ab Tiſſapherne ipſos omnibus injuriis lædi, cumque jam Pharnabazus ea de re ipſos appellaſſet, qui vehementer cupiebat, transportata claſſe reliquas ſuæ provinciæ urbes ab Athenienſib⁹ avertere (quemadmodum & Tiſſaphernes feciſſet) eo ſe plurimùm profecturum ſperans: tum demum Mindarus, cum cura compoſitis inſtructiſq; omnib⁹, ſubitò propoſito ſigno, ut falleret Samios, tribus & ſeptuaginta navibus ab Mileto ſolvit, & in Helleſpontum iter intendit. Priùs jam ea ipſa æſtate ſexdecim eorum naves illò profectæ, Cherroneſi partem excurſionibus pervaſtârunt. Ipſe vento jactatus, & vitẽ peſtatis ad Icarum delatus, cùm quinque ſéxve dies navigandi difficultate retentus ibi manſiſſet, Chium pervenit. Thraſyllus poſtquam illum profectum ab Mileto Samum allatum eſt, ipſe quoq; quinq; & quinquaginta navibus egreſſus, reis Helleſpontum præciperet, maturavit. Vt verò Chii eſſe accep-

noraturum ibi ratus, ſpeculatores in Lesbo & adverſa
tinente poſuit, ne ſe inſcio claſſis moveret. Ipſe profectus
hymnam, farinam aliaque uſibus neceſſaria parari juſſit,
empus duceretur, ab Lesbo naves in Chio ad certamen
ferret. Simul Ereſum Lesbi urbem, quæ deſciverat, occu-
, ſi fieri poſſet, cupiebat. Exules enim quidam Methym-
rum non invalidi, tranſportatis ab Cuma quinquaginta
ter armatis, & aliis ex continente mercede conductis, ut
eorum univerſi numerum explerent, duce ab cogna-
e Anaxarcho Thebano, Methymnam adorti ſunt. unde
o incepto repulſi, (præſidium enim Athenienſe ab Mi-
ne prævenerat) iterum ante urbem prælio profligati, tra-
monte, Ereſum ad rebellandum concitârunt. Eò Thra-
cum navibus perveniens, aggredi ipſam cogitabat (jam
ſybulus etiam quinque ex Samo navibus, accepto exu-
tranſitu, antè eò venerat:) ſed quia tardiùs adfuerat, in
ne ſe continebat. Acceſſerant etiam ex Helleſponto duę
um repetentes, & Methymnæ naves, ita ut ſex & ſeptua-
a univerſę eſſent. cum hoc exercitu inſtruebant, ut machi-
Ereſum aliaq; vi, ſi poſſent, expugnarēt. * Inter hæc Mi-
is Peloponneſiorumq; in Chio naves, aſſumptis bidui ci-
is, & ab Chiis ternis Chiis teſſaracoſtis in ſingulos acce-
tertia die feſtinabundi ab Chio in altum evehuntur, ut
es ab Ereſo vitarent, relictaq; ab læva Lesbo, ad continē-
curſum dirigunt. Ibi cùm in Crateriis Phocaidis portum
iſſent, prandio ibidem capto, Cumanamque prætervecti
n, Arginuſis (in continente è regione Mitylenes ſitę ſunt)
averunt. Inde nocte intempeſta provecti, Harmatuntem
tinentis contra Methymnam tenuerunt: ciboq; ibi capto,
na feſtinatione prætervecti Lectum, Lariſſamque & Ha-
itum, ac cętera ejus regionis oppida, paulò ante mediam
tem Rhætium in Helleſponto attigerunt. quædam Sigeũ
es aliisque locis decurrerunt. Athenienſes qui Seſti cum
deviginti navibus erant, poſteaquam ignibus ſigno da-
ipſi etiam complures ſubitò in hoſtili regione ignes cō-
entes Peloponneſiorum adventum ſenſerunt: eadem
te quãta poſſunt celeritate Cherroneſum tenētes, Elæũ-
provecti ſunt, ut in apertum mare præverterent hoſtium
es. Fruſtrati ſexdecim quæ Abydi erāt naves, quãvis præ-
itas de ſuorũ adventu, ut Athenienſes ſi qua enavigarēt,
a cura obſervarēt prima luce Mindari conſpectis navib⁹,
tinùs in fugā effuſæ, non tamē omnes ſe hoſti ęripuerunt.

major

major pars in continentem Lemnumque evaſerunt, quatuor poſtremę ad Elæuntem captę ſunt. earum una quæ juxta Proteſilai delubrum impegerat, unà cum hominibus in poteſtatē venit: duæ ſine hominibus captæ: quartam ad Imbrum vacuā cremārunt. Exin navibus ex Abydo aliisq; adjunctis, octoginta ſex univerſæ Elæuntem eā die oppugnantes, poſtquam nihil ſuccedebat Abydum navigārunt. Athenienſes fruſtratis ſpeculatoribus, cùm non ſperantes fore ut ſe inſciis prætereherentur naves, per otium oppidum oppugnarent: poſtquā id acceperunt, protinùs relictā Ereſo in Helleſpontum feſtinārunt. * Duabus Peloponneſiorum navibus, quæ in altum intemperantiùs ſecutæ in ipſos inciderant, captis: poſtera die venientes, Eleuntem tenuerunt: navibusq; ab Imbro, quo illò confugerant accitis, ad navale certamen quinque diebus ſeſe inſtruxerunt. Hinc tale prælium factum, Athenienſes lōgo agmine uno cornu ad terram explicato, Seſtum petebāt. Peloponneſii etiam qui Abydi erant, poſtquam id ſenſēre, cōtrà exierunt. Inde ubi utriſq; pugnare viſum eſt: Athenienſes cornu ſuum præter Cherſoneſum ab Idaco ad Arrhianas uſq; (* octo & ſexaginta naves erant) Peloponneſii, qui ſex & octoginta naves habebant, ab Abydo Dardanum tenus, extenderunt. Apud Peloponneſios dextrum cornu Syracuſani, reliquū Mindarus cum velociſſimis navium, tenuerunt. Athenienſium lævum Thraſyllus, dextrum Thraſybulus regebat: cæteri præfecti ſua ſinguli loca tenebant. Peloponneſii priores conſerendi prælii avidi, ſiniſtro cornu longiùs evecti ſunt, ut dextram aciem Athenienſium circumvenirent, ne in apertum evaderet, & medium agmen in terram, quæ non longè aberat, ſi poſſent, propellerent. * Quo viſo Athenienſes, quā hoſtis circumire volebat, obviam egreſſi, celeritate navigandi ſuperārunt. ſiniſtrum agmen jam promontoriū, quod Cynoſſema vocant, ſuperaverat. Eo facto, media acie infirma diſſipataque relinquebantur naves. ſimul pauciores ibi erāt, & ora circa Cynoſſema projecta angulari anfractu eorū quæ ab altera parte gerebantur conſpectum interſepſerat. Igitur adorti medium Peloponneſii agmen, in terram naves Athenienſium egerunt, egreſſiq; multùm ea parte ſuperiores erāt. neq; Thraſybulus ab dextro cornu, ob multitudinem hoſtiū incumbentium, ſubſidio medio eſſe poterat, neq; Thraſyllus ab ſiniſtro. nam & promontorium Cynoſſema conſpectum prohibebat, & Syracuſāni aliiq; non minore numero oppoſiti, ipſis inſtabant. Poſteaquam verò Peloponneſii (ut fit in victoria) ſolutiore metu, alius aliam navem inſequentes, ex

Attica claſſis in Helleſpontum venit.

Navalis pugna inter Peloponneſios & Athenienſes.

parte

fusis ordinibus, incedere cœperunt: Thrasybulus
positas sibi inhiberi cernens, destitit cornua suũ cir-
re, conversisque navibus protinùs accurrens, eos a-
versúque qua parte vicerant Peloponnesii sparsas fe-
leras; etiam sine prælio metu conterruerunt. Iam *Athenien-*
ii quoq; Thrasyllo cessante, & quia cæteros fugere *sium victoria.*
ipsi quoq; in fugam inclinabant. Tandem omnes
effusi Peloponnesii, Pydiũ primò flumẽ major pars,
lum tenuerunt. Athenienses licet paucis captis na-
ugustiæ enim Hellespontí propinquos quoquo ver-
us exhibebant) plurimùm tamen hac navali victo-
erunt. Nam qui memerant ad id locorum Pelopõ-
classem, tum ob tot in exiguo temporis spatio er-
ob Siciliense infortunium: ii jam & seipsos conte-
hostium navalem apparatum suspicere, desierunt.
tamẽ hostium naves, Chias octo, Corinthias quin-
raciotarum duas, totidem Bœotorum, Leucadio-
dæmoniorum, Syracusanorum, & Pellenensium,
Ipsi quindecim amissis navibus, trophæum ad Cy-
romontorium statuerunt, naviumq; fragmentis
os hostibus per inducias restituerunt. Athenas trire-
iæ nuntia missa, ut venit, insperato gaudio affecti
es, ab clade modò in Eubœa accepta & etiam sedi-
missa: erecti animis, nondum omninò res suas
s, neq; præcisam, si rem impigrè capesserent, victo-
dicabant. Quarta post pugnam die, refectis ma-
Sesti navibus Athenienses, Cyzicum quæ rebella-
igârunt: conspectisq; 8. ab Byzantio navibus, quæ
pagum Priapumq; in statione erant, aggressi, ter-
io victores naves ceperunt. Inde Cyzicum mœni-
tem venientes, urbem receperant, & pecunias exe-
nterea Peloponnesii quoque ab Abydo Elæuntem
it, navesq; suas quæ ex captivis integræ erant (cæ-
sii concremârunt) receperunt, & in Eubœam Hip-
Epiclemque, qui naves indidem accirent, ablegâ-

des quoque id temporis in Samum ab Cauno & *Alcibiades*
cum tredecim navibus veniens, ostendit, se ne *ad classem*
n naves Peloponnesiis mitterentur confecisse, & *redit.*
nem amiciorem quàm antea Athenienſibus reddi-
mpletis inde novem ad eas quas habebat navibus,
rnassensibus vim magnam pecuniæ exegit, & Con
His actis, præfectisque in Co constitutis, jam au-
tumno

Tiſſaphernes cum Peloponneſiis in gratiam redire ſtudet.

tumno propinquo, Samum navigavit. Tiſſaphernes ut in Helleſpontum moviſſe ab Mileto naves Peloponneſiorum accepit, ab Aſpendo profectus in Ioniam contendit. Dum in Helleſponto Peloponneſii verſantur, Antandrii (Æolenſes ſunt genere) milites ex Abydo per montem Idam deductos in urbem, Aſtaci Tiſſaphernis legati injuria incitati, acceperunt. is idem Delios Atramyttium inhabitantes, ex quo ab Athenienſibus Delum luſtrantibus ejecti ſunt, diſſimulata inſita ira, cùm primum quenque eorum in militiam evocaſſet tanquam amicos & ſocios eductos, inſidiatus eis quo tempore cibum capiebant, militibus ſuis circumdatis miſſilibus peremit. Ob hoc factum veriti ipſum, ne in ſe ſimili ſcelere ſæviret, ſimul quia etiam alia injungebat, quæ ferri nequibant, præſidium ejus ex arce pepulerunt. Tiſſaphernes poſtquam ex hoc Peloponneſiorum factum accepit, ſuper ea quæ Miletii Cnidique (nam & illic præſidium ejus pulſum fuerat) acciderant: magna ſe ab iis contumelia affectum ratus, veritusque ne aliis quoque ſibi rebus nocerent; ſimul anxius, ne Pharnazus qui minore tempore ſumptuque eos aluiſſet, feliciùs res contra Athenienſes gereret: ipſe ad eos in Helleſpontum ire conſtituit, ut & de Antandrio facto cum eis conquereretur, & de criminibus quorum arguebatur, deque Phœnicum navibus, ſeſe quàm rectiſſimè purgaret. Epheſum priùs veniens, ſacrificium Dianæ fecit. Poſteaquam hyems hanc æſtatem inſequens terminabitur, primus & viceſimus complebitur annus.

FINIS HISTORIÆ THUCYDIDIS.

NARRATIONES BREVES DE PRÆCIPUIS IN HISTORIA THUCYDIDIS VIRIS.

AUCTORE
GEORGIO ACACIO ENENCKEL.

ABRONYCVS *Lyſiclis filius Athenienſis, quem cum Themiſtocle & Ariſtide Lacedæmonem ab Athenienſibus obſidem ſcribit Thucydides, cùm poſt Xerxis bellum muros ſuæ civitatis inſtaurarent: eodem illo bello terreſtribus ad Thermopylas copiis à Græcis adiunctus fuit, ni qua fortuna earum in bello eſſet, claſſe ad Artemiſium ſtanti nunciaret. Herodotus l. 8.*

AGAMEMNON *Atrei Filius, Mycenarum & Argivorum ex opibus potentiaque prævalidus, ab univerſis Græcis Troianæ expeditionis imperator lectus: poſteaquam inde everſa urbe & imperio Troiano rediit, Ægiſthi & uxoris Clytæmneſtræ ſcelere vitam amiſit. Huius res geſtas cùm & apud Homerum, & nuſquam non in Poetarum libris legantur, ſupervacaneum fuit pluribus commemorare.*

AGIS *Archidami, qui principio belli rem contra Athenienſes geſſit, filius, & inclyti illius qui poſtea regnavit Ageſilai frater: ipſe maior natu ad regnum evectus, ſeptimo belli huius anno, cum Peloponneſiorum exercitu Atticam ingreſſus eſt. Vnde Pyli communione à Demoſthene & Athenienſibus retractus, anno decimo quarto contra Argivos bellum geſſit. Quibus ad Mantineam memorabili prælio ſuperatis, non ipſos modò pacem & ſocietatem petere coegit, ſed hi quoque & patriæ priſtinum decus reſtituit. Anno decimo nono in Attica Deceleäm communivit, bellumq; inde cõtra Athenienſes gnauiter gerens, magnis Atticæ detrimentis affecit. Poſt Sicilienſem verò Atheniẽſium cladem, ipſe, cùm in primis apud ſocios auctoritate polleret: magno ſtudio ad eos evertendos conniſus, complures eorum ſocios compulit ad defectionem. Demum poſt reſtitutas iam à Thraſybulo Athenas, Eleos devicit. Vnde Delphos profectus, decimam deo dedicaturus, in reditu morbo correptus, vivus tamen Lacedæmoniã deportatus, paulò poſt de vita exceſſit, auguſtiorq; illi quàm pro humanæ conditionis ſepulturæ: ut Xenoph. lib. 3. rerum Græcarũ prodidit.*

Pauſa-

Pausanias non in patria, sed in Arcadia, decessisse scribit. Mo gesilaus frater successit: Leotychida filio, ut qui ex Alcibiade, n natus esset, Lysandri opera, imperio deiecto.

AGNON *Nciæ F. Samio bello, quando ab Pericle insu ctaest, dux fuit. Bello Peloponnesiaco contra Potidæam cum copijs profectus: morbi vi inde irrito incœpto abscedere coa Hic Amphipolin condidit. Sed cùm postea hoc in bello ad E Amphipolitani defecissent: Brasidæ, qui ad urbem ipsorum acie ceciderat, coloniam ceu conditori adscripserunt, deiectis nijs monumentis, ad Brasidam honorem transtulerunt. Thucy*

ALCÆVS *Archon fuit Atheniensium, ut lib. 5. Thu 12. Diod. scribit, cùm post decennale bellum pacem Lacedæm Atheniensibus fecerunt.*

ALCIBIADES *Cliniæ F. qua nobilitate gentis, qua longè primus in civitate Atheniensium fuit. Genus enim ad Salaminium referebat. materna stirpe Alcmæonides fuit. P Clinias, triremi propriis sumptibus instructa, ad Artemisium laude dimicavit: pòst ad Coroneam in prælio adversus Bœot buit. Tutores propinqui eius, Pericles & Alciphron Xantippi runt. Excellenti ingenio, nec natura malus adeò fuit: ni di illecebræ & circumfusæ undique voluptates, bonam eius in diversum plerunque rapuissent. Quæ animadvertens Socra losophus, eum studiosè sectatus, à voluptate vitijsq; ad vera tem traducere conatus est: ac sicubi arrogantem aut iactat videbat, oratione acri timorem incutiebat, ostendens, quàm ad veram virtutem verasq; opes deessent. Huius in equis alen gnificentia, ut celebris in tota Græcia extitit, sic invidiæ ipsi fuit. In Olympiæ enim ludicro, septem, quot nunquam ant quam vel privatus vel rex, ut ait Plutarchus, currus in certa sit: palmamq; retulit primam, & secundam, & quartam, ut refert: vel, ut Eurip. & Isocr. primam, secundam, & tertian quam ad Remp. accessit opidò adolescens, illicò cum primo qu republ. æmulationes instituit. Inprimis Niciæ infestus era quia, ob pacem cum Lacedæmoniis factam, pariter apud c stèsq; in magna gloria esse videbat, ipse nihil priùs habuit, quà pacem turbaret. Itaque & Argivos, Lacedæmoniis legatis e astutè deceptis, Atheniensium societati adiunxit: & pugnan tineam, qua tum Argivos tum Atheniensis Lacedæmonij vi ipse inprimis concitavit. Hinc belli Siciliensis præcipuus au suasor factus, postquam eò magna cum classe missus est: mox tus inimicorum opera, ut se iudicio sisteret de Hermis myst violatis, in exilium abire, quàm iudicium de se Atheniensis po ti, maluit. Ab Lacedæmoniis autem accitus, tria maximè a*

illicò perſuaſit: ut ocyùs Syracuſanis contra Athenienſes o-
ent: ut Athenienſibus ex Peloponneſo maiore vi bellum fa-
Deceleam in Attica communirent. Hæc omnia cùm ſecun-
derent Peloponneſiis, ipſe, præterquam quòd Lacedæmonio-
g, inſtitutis & moribus mirum in modum ſe accommodabat,
n honorem & dignitatem conſecutus eſt. Acciſis demum in
thenienſium rebus, Ioniæ ſolicitandæ Lacedæmonijs auctor
umq; navibus eò miſſus, brevi Chium, Erythras, Miletum
bes ad defectionem pertraxit. Sed paulò pòſt, cùm Agis rex
ores Lacedæmoniorum, quorum laudibus officere videba-
fenſi eſſent: diffiſus Peloponneſiis, ad Tiſſaphernem regis
n ſatrapam ſe contulit. eius operâ quibus poterat damnis ves
ieſiorum affecit: ſimul in patriam ſibi paulatim reditum
Nec multò pòſt ab Samio exercitu revocatus, maxima pro-
patriam beneficia contulit. Exercitum ab Samo Athenas
iſſe ire volentem, unus ipſe auctoritate ſua retinuit. Hinc ad
Athenienſibus incerto adhuc eventu pugnantibus, ipſe cum
bus ex improviſo adveniens, haud dubiam ſuorum victori-
Mox ad Cyzicum claſſem Peloponneſiorum magna ſtrage
indaro etiam Lacedæmonio præfecto peremptо. His alijſq; re-
, urbanæ quoq; multitudinis ſuffragio revocatus, Athenas
gnoq; gaudio populi exceptus, confirmatis eorum animis ad
vertit. Subitò verò, ut ſunt mutabiles vulgi animi, cùm
bſentiam Antiochus gubernator malè adverſus Lyſandrum
, iterum innoxio imperium abrogatum eſt. Itaq; pertæſus
atriæ, privatus deinceps in Helleſponto vixit. De morte Al-
arùm inter ſcriptores convenit. Vulgatior fama eſt, à Phar-
trapa in ſuis ædibus interfectum. Hæc de tanto viro, cuius
non minimam partem poſteriorum Thucyd. librorum obti-
ribus proponere viſum eſt.

MÆON filius Ampbirai fuit, qui, ab uxore proditus ad
hebanum, ubi ſe periturum præſcierat, tractus eſt. Qua de
m Alcmæon, à patre accepto mandato, ut eius necem ulciſce-
trẽ necaſſet: furijs agitari cæpit, oraculũ accepit, non priùs
e liberatum iri, quàm in ea regione conſideret, quæ neq; terra
t aſpecta fuiſſet, quando ipſe matrem necaviſſet. Secundum
lionem, ad Acheloi oſtium, ubi limi aggeſtu nova velut era
ra, ſedem fixit.

MÆONIDÆ, poſteri fuerunt, non huius, de quo dixi-
, Alcmæonis, ſed alterius, qui ex Neſtoris Pylij poſteritate ab
is Meſſenia pulſus, Athenas venit: ut eſt apud Pauſan. lib. 2.
ratidis Athenis imperitantibus pulſi, quòd ſemper tyrannis
ant: ab Lacedæmonijs conſecutiſunt, ut ciectis tyrannis ipſi

reſtituerentur. Iterum ob Cyloris ſocios ad aras interfectos, (de quo lib. 1. Thucyd.) deteſtabiles facti, puſiq; Athenis: poſtea tamen in urbem reverterunt. Ex qua ſtirpe cùm fuiſſet mater Periclis, crimini ad Athenienſes Lacedæmonijs materiam dedit.

ALEXANDER *Amyntæ filius, ſeptimus Macedoniæ rex, Perdiccæ, cuius frequens eſt apud Thucyd. mentio, pater fuit. Hic Darxis bello à Medorum patibus ſtetit: ſemper tamen occultè (unde φιλέλλην cognomen tulit) amicitiam fovens. Ab Mardonio ad Athenienſes de ſocietate legatus miſſus eſt: cumq; ad Plataeas Mardonius & Græci caſtra oppoſita haberent, intempeſta nocte ad Græcorum caſtra clàm equo advectus, Athenienſium ducibus indicavit, conſilium inopia barbarum acie in poſterum diem dimicare ſtatuiſſe. Hæc pluribus lib. 8. & 9. ſcribit Herodotus.*

AMPHILOCHVS *Amphiarai F. Argivus, reverſus ab expeditione Troiana, patria relicta, Argos Amphilochicum cæteramq; Amphilochiam condidit. Huius Athenis aram, Spartæ monumentum fuiſſe, Pauſan. tradit.*

ANAXILAS *Reginorum tyrannus, Alcidamidæ Meſſenij, qui ex Ithome ab Lacedæmonijs expugnata profugus Rhegium venerat, abnepos. Hic Meſſenijs colonis ex Peloponneſo accitis, cùm Zanclam Siciliæ urbem, quam tunc Iones Samiiq; tenebant, expugnaſſet: fædè exercuit victoriam, ut nec aræ aut templa deum ſupplices à cæde tuerentur. Zanclam à patria ſua Meſſanam vocavit. Pauſan. lib. 4. Ab Therone demum Agrigentino tyranno infigni clade affectus, iniquisq; impetrata conditionibus pace, mortuus eſt domi ſuæ: cùm imperaſſet annos decem & octo. Diod. lib. 11.*

ANDOCIDES *Leogori F. Athenienſis, dux viginti navium, quas poſt decem primas Corcyræis adverſus Corinthios ſubſidio Athenienſes miſerunt. Ob Hermarum crimen & myſteria violata (de quo lib. 6. Thuc.) inſimulatus, in vincula conjectus eſt. Unde ut ſe ipſe & de aliis delato indicio, ſeſe liberavit. A Quadringentis civitate pulſus, poſtea cum Thraſybulo recuperatis Athenis rediit. Miſſus verò de pace ad Lacedæmonios, cùm improbè id negotium geſſiſſe viderentur, aufugit. Hæc de eo Plutarchus, ab quo in Rhetorum numero ponitur, ſcribit.*

ANDROCRATES *heros, dux fuit Plataenſium: ut ex Ariſtidis vita apud Plutar. patet. Huius de lubrum in Plataenſi fuit agro: ad quod Græcos caſtra habuiſſe, quando cum Mardonio pugnaverunt, lib. 9. ſcribit Herodotus.*

ANTIPHEMVS *Rhodius cum Entimo Cretenſi Gelam in Sicilia condidit. Refert ex Ariſtaneto Stephanus Byz. Antiphemi & Lacium fratres Rhodios Delphos veniſſe: & cùm Pythia Latium ad ſolis ortum navigare juſſiſſet, ſubriſiſſe Antiphemum. Sed mox & ipſum*

ipſum ad occaſum ſolis profiſci iuſſum, ubi urbem conderet: Gelam in Sicilia, abrupſu nimirum denominatam (riſus enim à Græcis gelos vocatur) condidiſſe.

ANTIPHON Rhamnuſius, patre Sophilo rhetore natus, ab ineunte ætate eruditus, bonitate ingenii ac naturæ vim facultatemq; dicendi nactus eſt primus orationes ſcripſit, primus rhetoricum artificium, quamvis parùm accuratè (ut ex Platonis Menexeno patet) tradidit. dicebat & accuratè, & ad perſuadendum aptè: inveniebat callidè, eratq; in rebus dubiis verſutus, & ex occulto aggrediebatur. Itaq; ab Thucydide, cuius in arte dicendi magiſter fuiſſe perhibetur, commendatur inprimis. Quadringentorum formæ apud Athenienſes præcipuus auctor & commentator fuit. qua de re eversa poſtea eorum tyrannide, comprehenſus proditionis q; damnatus, projectus eſt inſepultus, & cum poſteris ſuis tabulis publicis infamiæ notatus. Sunt qui à regnante tyrannis ſublatum ſcribant. Alii ab Dionyſio Siciliæ tyranno interfectũ aſſerunt, cùm interroganti, quodnam eſſet æs optimũ, reſpondiſſet, id ex quo Harmodij & Ariſtogitonis (hi tyrannocloni fuerunt) ſtatuæ factæ eſſent.

ARCHELAVS novus macedoniæ rex, Perdiccæ ex ancilla Alcetæ fratris filius fuit. Is poſt mortem Perdiccæ, Alcetam ad ſe accerſitum, quaſi regnum quod Perdiccas abſtulerat redditurus, ipſum & filium eius Alexandrum necavit. tum fratrem quoq; ſuum, legitimum Perdiccæ filium, clàm ſuffocavit. Ita adeptus regnum ſeu tyrannidem potiùs Archelaus, ab alio demum regni cupido pari ſcelere eſt interfectus. Plato in Gorgia & Alcibiade.

ARCHIAS ex Heraclidarum familia oriundus, Corintho ob Actæonem puerum peremptum (quam hiſtoriam in amatoriis narrationibus refert Plutar.) profugus, cùm in Siciliam veniſſet, Syracuſas condidit. Ibi duabus filiabus, Ortygia & Syracuſa, ſuſceptis: à Telepho, cuius florem ætatis decerpſerat, per dolum eſt interemptus.

ARCHIDAMVS Zeuxidami F. rex Lacedæmoniorum, vir exempli egregij domi militiæq;, & magnæ habitus auctoritatis, belli Peloponneſiaci inprimis fuit diſſuaſor. Poſteà tamen trium in Atticam expeditionum Peloponneſijs dux fuit: tertio belli anno Plateam obſidione cinxit. Hujus filii Agis fuerunt & Ageſilaus, qui ambo deinceps regnárunt. fil a Cyniſca, quæ prima fœmina equos aluit, & in Olympiaco certamine vicit. Pauſan. lib. 3.

ARISTAGORAS Mileti tyrannus, cùm Ioniam & vicinas gentes adrebellandum adverſus Darium regem Perſarũ concitaſſet: auxilii quærendi cauſa Lacedæmonem eſt profectus, tabula ſecum aerea allata, in qua totius terræ ambitus, maria fluminaq; inciſa erant. Regem tum Lacedæmonii Cleomenem habebant. hoc convento, cùm Perſas & imbelles, & opibus abũdantes oſtenderet, inq; tabula univer

ſam eorum regionem & Suſas regiã demonſtraret Ariſtagoras qua
tum viæ Suſas uſque eſſet, Cleomenes interrogavit. Vbi verò tri
menſium iter reſpondit, urbe ante ſolis occaſum excedere inſſus eſt
qui ab Spartanis peteret, quæ ipſi præſtare non poſſent, & tantum
ipſos ab domo extrahere vellet. Repulſus Ariſtagoras, mox cum e
vamo ſupplex venit ad Cleomenem, & amiſſus, pecunia eum ſol
cæpit: cumq; venienti ſubind[illegible]ceret aliquid, donec quinquagi
talenta pollicerentur. Gorgo Cleomenis filia: Pater, inquit, corru
pet te hic hoſpes, niſi abis. Eo motus Cleomenes, abijt. Et Ariſtago
nihil impetrato, Athenas venit: eademq; uſus oratione, viginti
vium auxilium conſecutus eſt. Hæ verò capitis incenſis q; Sardib
paulò pòſt abſceſſerunt. Itaq; deſertus ab eis Ariſtagoras, cum Ioni
tamen & cæteris ſocijs aliquandiu Peſas ſuſtinuit. victus tandem
Thraciam confugit: ubi occupata quadam regione, dum Myrcin
oppidum, obſidet ab Thracibus eſt interfectus. Herodotus l. 5.

ARISTEVS Adimanti F. Corinthius, Potidææ cum exerc
ſubſidio miſſus, acie ab Athenienſibus victus eſt. Poſt hæc legatus
regem Perſarum profectus, in Helleſponto ab Athenienſibus comp
henſus, & interemptus eſt. Pater eius Adimantus Ocyti F. Corinth
rum in bello Perſico dux fuerat, ſemper adverſarius Themiſtocli.
Artemiſium verò, peccunia ab eo accepta, repugnare deſtitit: & ad S
luminem Themiſtocli pugnare cupienti, In certaminibus, inquit, q
ante alios profiliunt, pugnis cæduntur. Cui Themiſtocles: At nec
rum qui ſubducunt ſe, coronatur quiſquam. In prælio etiam Sala
mio primus ad fugam inclinavit. Herod. lib. 8.

ARISTIDES Lyſimachi filius, ab incunte ætate cum Them
ſtocle educatus natura, moribus, inſtitutione diſſimilis fuit. Ille lev
callidus, temerarius, impotens: Ariſtides conſtans, modeſtus, quiet
à mendacio & fraude alienus. Æquitatis verò acerrimus defenſor
honeſtatis amantiſſimus fuit: adeò ut cùm in iudicium quendam
catum accuſaret, motiq; eius auctoritate iudices rerum audire m
bent: aſſurgens, ſummiſſa oratione ab eis peteret, ut rem aud
vellent. Tanta vitæ innocentia Iuſti poſtea cognomen aſſecutus e
quod tamen invidiæ mox ei fuit, & Themiſtocli criminationum m
teriam præbuit. Itaque ergo oſtraciſmo ab urbe relegatus, tertio p
anno, cùm Xerxes Græciam invaderet, revocatus eſt: & Themiſt
reconciliatus, Remp. cum eo egregiè ad Salaminem, qua animo, q
conſilio, geſſit. Terreſtri autem cum Mardonio bello, ſolus Athe
enſium Dux creatus, eximia id virtute conſilioq; adminiſtravit. P
fligatis demum Perſis, cum Cimone quod reliquum erat belli perſe
tus, tanta comitate & æquitate in omnes Græcos eſt uſus, ut univer
reip. ſummam eorum benevolentiam conciliaret. Vnde & cenſum
rum egit, & iuſtiſſimè quantum ſinguli contribuerent deſcripſit:

ex ea profectione tanto pauperior rediit, quantum in peregrinationem insumpserat. Itaque non minorem gloriam ex diuturna paupertate, quàm tot victoriis, consecutus est. Mortuus est gloria ingenti, copijs familiaribus adeò exiguis, ut sumptus funeri deesset. Filiabus eius dotem, filio Lysimacho agrum pecuniamq; ob virtutem populus Athenienſis dedit.

ARISTON Pyrrichi F. Corinthius, gubernator in claſſe Syracuſana præcellens, in ultimo prælio, quo Athenienſes Syracuſani devicerunt, fortiter dimicans occubuit: ut in vita Niciæ refert Plutarchus.

ARRHIBÆVS Lynceſtarum Macedonum rex, genus à Bacchiadis duxit. Huius ex filia neptis fuit Eurydice, uxor Amyntæ, & mater Philippi, Macedoniæ regium. Strabo lib. 7.

ARTAXERXES Xerxis F. cognomento Longimanus, interfecto ab Artabano patre, in regnum Perſarum ſucceſſit, imperavitq;, ut lib. 11. Diod. ait, annos quadraginta. Mortuum anno ſeptimo belli Peloponneſiaci lib. 4. Thucyd. ſcribit.

BRASIDAS Tellidis F. primus Spartanæ iuventutis in bello Peloponneſiaco virtutis palmã tulit. Athenienſibus nanq; Methonem Laconicam urbem, viris mœnibusq; invalidam, adortus: ipſe cum parva manu per medios hoſtes in urbem penetravit, & ſuo adventu eam conſervavit. ex quo ſucceſſu, robore animo ſpirituq; ſumpto, audaciſſimè poſtea felicijſſimeq; iuxtà diſcrimina obijt. Hic rem Lacedæmoniam multis cladibus quaſſatam ac penè prolapſam, nõ ut Fabius Romanus, ſedendo cunctandoq;, ſed audendo atq; agendo, reſtituit. Parvo enim cum exercitu, per Theſſaliam in Athenienſium iuxta Thraciam ſocios profectus, plurimas urbes & populos, non tam vi & armis, quàm comitate, æquitate & multiplici virtute, in ſuam ſocietatem perduxit: ut Lacedæmonij qui hactenus magnis cladibus fracti, nullam æquam pacificationem ab Athenienſibus impetrare potuerant, tunc iam paribus conditionibus pacem facere poſſent. Demum ad Amphipolim magna virtute devictis Athenienſibus, in acie victor, ut urbe Spartana, ut prioribus rebus geſtis dignum erat, honeſtiſſimam mortem oppetijt.

CECROPS Athenienſium rex fuit, quem biformem veteres finxerunt, ex dracone & homine compoſitum: quòd, ut Plut. interpretatur, cùm ſub initium regni ſævus ac terribilis fuiſſet, poſtea evaſit mitis & placidus. Demoſthenes orator ideò biformem factum cenſet, quòd prudentia homini, robore draconi conferretur. Alijs quòd primus virum fœminæ legitimo matrimonio iunxerit: cùm ante ſic naſcerentur liberi, ut ſolas agnoſcerent matres. Euſebius vel ob corporis magnitudinem, vel quòd Ægyptius exiſtens Græcam pariter Ægyptiamq; linguam ſciverit, ita appellatum tradit.

CHRYSIPPVS Pelopis filius ex Danaide nympha fuit

dormiret, illius ense Chrysippum occisura sauciavit, ferru
defixum reliquit. Ob id cùm Laius in suspicionem venisset,
sippo seminece liberatus est. qui rem actam verè narravit. P
tur, Hippodamiam uxorem, Atreumq́, & Thyestem, in exili
Plut, in hist parallelis.

CIMON Miltiadis F. clarus genere factisq́, vinolenti
continens in adolescentia fuit: alias prudentia, iustitiaq́, &
liberalitate, nullo inferior: bellica etiam peritia & gloria su
duces æquavit. Nam Athenienses, qui hactenus nil nisi pro
bella, & sua ab hostibus defenderant, Cimone duce, hostes i
agros populari, insulas & urbes subigere didicerunt; & e
Rep. maximam & amplissimam fecerunt. Cimon enim
Græcos in societatem pellexit, barbaros vi & armis devicit.
nem ad Thraciam urbem eripuit, & in Pamphylia ingent
copias eadem die terra mariq́ profligavit. quo facto regen
rum pacem cum Athenienſibus, turpem illi, his gloriosam, fa
git. Thesei etiam ossibus ex Scyro insula Athenas reportatis
sibi animos conciliavit. Hinc Thasios subegit: & Lacedæmo
men oppugnantibus subsidium tulit. Quæ ne perpetua felici
inimicorum criminatione & populi invidia, ostracismi decen
lio mulctatus est. Ab eo reversus, cùm in Cyprum Ægyptum
ditionem fecisset, in Citij obsidione mortuus est. Eius reliquiæ
eam delatæ sunt, inq́ monumentis positæ quæ deinceps Cimon
Plut. in vita, & alij.

CLEARCHVS Ramphij F. Hellessionti præfectus
dæmonijs bello Ionico constitutus, Byzantio ab Alcibiade ei
Nec multò pòst iterum, cum seditione turbati Byzantini, pr
ab Lacedæmonijs petissent: remissus Clearchus, non ducem
rannum egit. Qua sævitia permoti Lacedæmonij, quia nec
rebat, misso exercitu, eum prælio victum in exilium egerunt.
in Ioniam se contulit, ad Cyrum iuniorem Artaxerxis fratre
viq́ in familiaritatem eius veniens, consilia in occupando re
invit. exercitu coacto, cum Cyro bellum fratri inferente prof
Sed cùm Cyrus intempestiva audacia dimicans cecidisset: Cl
Græcorum exercitum reducturus in patriam, ab Tissaphern
stra per speciem pacificationis pellectus, cum alijs ducibus est i
ptus. Huic ab Xenophonte, ut morum asperitas, ita summa i
litari laus tribuitur.

CLE

CLEOMENES *Anaxandridæ F. rex Lacedæmoniorum iuſtiſſimus, nunquam donis potuit corrumpi. Hic Athenienſibus Piſiſtraidarum tyrannide oppreſſis, ſubſidium tulit, victisq; eis, urbem obſedit. Sed cùm nihil obſidione proficeret: digreſſus, mox liberos illorum ubi depoſitos intercepit: itaq; pactionem eos inire coegit, ut reſtituta triſtina populo Athenienſi libertate, excederent urbe. In deos tamen impia quædam eius facta extiterunt. Vnde poſtea inſania correptus ipſum ferro laceratum interfecit. Herod. lib. 5.*

CLEON *Cleæneti F. improbæ mentis violentiq; ingenij civis, & optimo cuiq; in Rep. Athenienſium ſemper adverſarius. Vnde primò Periclem, mox Niciam aſſiduè carpſit. Mitylenæorum etiam ac Scionenſium excidium ſuaſit: perpetuusq; belli & turbarum auctor, auram favorabilis populi ſectabatur. Hos mores ſtudiaq; hominis, fortuna proſperi civilibus bellicisq; rebus ſucceſſu aluit. Nam & multitudini acceptiſſimus erat: & Lacedæmonios in inſula Sphacteria improviſa felicitate cepit. Vnde elatus vana arrogantia, cùm adverſus Braſidam in Thraciam navigaſſet: prælio ab eo ſuperatus, egregio imperitiæ & ignaviæ ſpecimine edito, in fuga eſt obtruncatus. Hunc Ælianus lib. 10. var. hiſt. cùm rempub. capeſſeret, non habuiſſe dignas libero homine fortunas, pòſt verò quinquaginta talentorum rem reliquiſſe, ſcribit.*

CONON *Athenienſis, poſtremis belli Peloponneſiaci annis, paucarum ad Naupactum primò navium præfectus fuit: inde Alcibiade ab imperio remoto, ipſe cum aliis Athenienſium claſſi præpoſitus eſt. Qua ab Lyſandro victa, captisq; Athenis, ad Evagoram Cypriũ regem & Pharnabazum ſatrapam profugiens, claſſem paulatim coegit: tandemq; ad regem ipſum Perſarum profectus, ab eo ſummam in re maritima poteſtatem accepit. Hac re peracta, Lacedæmonios ad Cnidum magno prælio ſuperavit, & imperium maris, quod exiguum tenuerant tempus, eripuit: reverſusq; Athenas, muros à Lyſandro diruros refecit, & quinquaginta talenta à Pharnabazo accepta ſuis civibus donavit. Accidit huic, quod aliis plerunq; mortalibus, ut inconſideratior in ſecunda quàm adverſa fortuna eſſet. Vnde cùm poſtea ſuæ patriæ quàm barbarorum ſtudioſior, Ioniæ & Æoliæ à barbaris recipiendæ conſilia agitaret: evocatus à Teribazo, qui Sardibus præerat, in vincula conjectus eſt. De morte eius diſcrepat inter auctores. alij ad regem deductum peremptumq;, alij effugiſſe, tradunt.*

CROESVS *Lydorum plurimarumq; gentium rex, tanta opulentia fuit, ut non alius ferè quiſquam ob divitias æquè ſit celebratus. Huic Solon vir ſapiens divitias opesq; ſuas oſtentanti, cùm alios plures in felicitate prætuliſſet, ipſum omnino beatũ negavit, & inconſtantiæ rerum humanarũ graviter admonuit. Sed tunc eum deſpectui habitum Cræſus dimiſit. mox verò ab Cyro victus, iamque rogo im-*

cremaretur, impositus: verba viri sapientis recordatus, sublata cum voce inclamavit. Id miratus Cyrus, misit quæsitum, quisnam dirâ hominúmve esset, quem unum in tali discrimine vocaret. Ita cùm Crœsus de Solonis admonitione & sapientia narraret: Cyrus, qui eventa hæc comprobata sentiebat, sapientior Crœso, alienis malis humanæ fortunæ vicissitudinem reputare cœpit: Crœsumq; non modò liberavit, sed dum vixit honore est prosecutus. Narrat Herodotus lib. 1

CYRVS Maior, Persarum rex, monarchiam Medis eripuit ad Persas transtulit: multisq; victoriis amplissimum reddidit regnũ. Huius historiam accuratè, quamvis discrepantes, Herodotus & Xenophon scripserunt.

CYRVS Minor Artaxerxis Memnonis regis Persarum frater, cùm diu Lacedæmonios in bello contra Athenienses iuvisset, interim etiam regni occupandi consilia struebat: comparatisq; valuis in occulto Græcorum & barbarorum copiis, contra fratrem duxit. Eo cum magno exercitu occurrente, haud dubiè victoria penes fuisset, ni dum audaciùs quàm cautiùs pugnat, & in fratrem invectus ipse cum eo manus conserit, interemptus fuisset. Mortuo tum capite, tum manum qua vulneratus fuerat, rex abscidit, & vtut in triumpho circumtulit. Hæc omnia, ut gesta sint, Xenophon Historicus, qui ipse ei bello universo interfuit, haud dubia fide scripsit.

DARIVS tertius Persarum rex, post morem Cambysis equi hinnitu (id enim inter principes Persarum signum convenerat) ad imperium evectus est. Babylonem rebellantem Zopyri opera recepit. Ionas deficientes domuit. Ei bello quia Athenienses quoq; se immiscuerant, iratus iis Darius; adhæc Hippia, Atheniensi priùs tyranno tunc exule, instigante: centum millia peditum, decem equitum, in Græciam misit. Quibus Athenienses ad Marathonem in Attica, decem millibus suorum civium & mille Plataensibus, duce Miltiade occurrentes: magno eos prælio fuderunt, totaq; mox Græcia expulerunt.

DARIVS Nothus, sextus fuit rex Persarum: quo cum Lacedæmonii contra Athenienses societatem primò fecerunt.

DEMOSTHENES Alcisthenis F. Athen. dux, consilio & prudentia non postremus inter suæ ætatis imperatores. Prima eius in hoc bello contra Aetolos expeditio, parùm felix fuit. Sed hanc maculam paulò pòst delevit, cùm Acarnanum dux factus, hostes eorum Ambraciotas insigni felicitate & consilio maxima ipsorum strage devicit. Ad Pylum verò gestæ rei, qua nihil maius toto bello contra Lacedæmonios Athenienses gesserunt, unus ipse auctor & dux fuit. Post hæc in Sicilia Atheniensibus gerentibus bellum, ipse cum nova classe eodem missus: quæ ibi gessit, non eius imprudentiæ, sed tum fortunæ patriæ & fatali Atheniensium malo, tum Niciæ contaminat

pertinacie, tribuenda videntur: qui si suo arbitrio & consilio rem rere potuisset, indubiè vel Syracusanos deviciſſet, vel certè exercim incolumem reduxiſſet. Consilio sanè nunquam defecit: sed cùm mia infeliciter cederent, & undique se patriamq; prosligante fornа urgeretur, captus postremò cum alijs civibus, ab Syracusanis interemptus.

DERCYLLIDAS Spartanus, bello Ionico in Helleſpontum m parva manu missus, Abydum ad defectionem pertraxit. Post victos ab Lysandro Athenienses, cùm Persas Lacetre dæmonij opgnarent, ipse terra contra illos rem gessit.

DERDAS Aridæi F. Perdiccæ Macedoniæ regis patruelis, ut holiast. Thucyd. refert, Perdiccæ cum Athenienſibus & fratre ilis Philippo bellum fecit.

DIOMEDON Athenienſis, bello Ionico dux, Chium cum onte obsidione clauſit. Postea in locum Alcibiadis cum novem alijs x creatus, Peloponneſiorum classem cum duce Callicratida egregia ctoria ad Arginusas devicit. Sed quia cæsos in prælio, vi tempeſtaprohibitus, non ſustulerat: accuſatus ea re Athenis, innoxius caiis à plebe cum collegis ſupplicio affectus eſt.

DORIEVS Diagoræ Rhodij filius fuit, qui cùm tres filios haret, unum pugilem, alterum pancratiaſten (is fuit Dorieus) ertum luctatorem: omnes eos vincere, omnesque coronari, eodem die in ympia vidit. Dorieus Rhodo ſeditione pulſus, cùm Thurijs aliquanvitam egiſſet, ut in patriam revertit, aperti ſimè Lacedæmoniorum rtes ſequens, propriis etiam triremibus adverſus Athenienſes belm geſſit. Eo tempore, vivus in hoſtium poteſtatem venit, Athenas q; rtractus eſt. Caterùm Athenienſes, qui antea vehementi in ipſum acerbati ira, extrema ei fuerant minati, ſimul atque in concionem ivi habitu productum conſpexerunt: tanti viri, cuiusque nomen n inſigni gloria fuiſſet, miſeratione adducti, dimiſerunt. Hunc m Rhodum ad Cononis Athenienſium que amicitiam adduxiſſet, prehenſum ab Lacedæmonijs maieſtatis que damnatum, noxam pitali ſupplicio luiſſe, auctor Androtion eſt. Pauſan. in Eliacis, & lius lib. 3.

ELIXVS Megarenſis, in bello Ionico dux, Byzantium ad defeonem pertraxit. Vbi poſtea ab Athenienſibus obſeſſus, prodita ab vaxilao urbe, comprehenſus & Athenas miſſus eſt. Xenoph. lib. 1. rum Græcarum.

ENDIVS Ephorus Lacedæmonius, Alcibiadem paternum hoem exulem ſecum habuit, & in Ionia expeditione maturanda adbit. Legatus verò priùs, quando adhuc florebat in Republ. Athenienſium Alcibiades, de pacificatione ab Lacedæmoniis cum libera poſtate agendi miſſus, ab eo, qui Argivorum malebas ſocietatem, fru-

de deceptus est. Postero quoque tempore, cùm ad Cyzicum P
nesios Athenienses, Mindaro navarcho cæso, vicissent: pacem
ab Lacedæmoniis missum Athenas, & re infecta abijsse. Diod.
sert.

ERECHTHEVS Athenienſium rex bellum contra
pum & Eleusinios gerens, edoctus victoriæ se compotem futu
filiam victimæ loco immolasset, re cum Praxithea uxore comm
ta, filiam mactavit. Vnde victoria potitus, Immaradum Eum
lium interfecit.

ETEONICVS Methymnæ & Antissæ ab Astyocho
monio navarcho præpositus fuit. Post in Chio militum præfect
illi clàm urbis occupandæ consilia struerent, conveniſſeique
quibus ea placerent, calamũ gestare, ut quàm multi essent, s
ſet: Eteonicus re cognita, veritus tum invidiam eius facti ap
Græcos, tum ipsos milites, ne ſi palàm contrà tenderet, resisti m
dini concitatæ non posset: assumptis quindecim armatis, per
incessit: & quem primum cum calamo obvium habuit, obtru
Concurſu verò militum facto, multis q causſam cædis sciscita
ob id, quia calamum gestasset, interfectum respondit. Eo audi
tum omnes quisque, veritus ne & ipse conſpiceretur, calamum
Eteonicus verò Chijs pecunias imperavit, & militibus distrib
coniuratio oppressa, & militum animi mitigati. Xenophon,
rum Græc.

EVMOLPVS Neptuni F. cum Thracibus Atticam a
Neptunũ priùs urbem, quàm Minervam, tenuisse asserens: ab
theo rege Athenienſium victus est. Isocr. in Panath. Hic ini
cæremonias, aliaque sacra Athenienſibus tradidit.

EVRVMEDON Thuclis F. Athenienſis dux, in Co
ſeditione turbatam cum classe missus, multa fœda facinora Co
in se mutuò edere passus est. Cum Hipponico Baotos ad Tan
fudit. In Siciliam cum classe missus: Pylum Demoſthene
communiit. quam cùm post eius discessum Peloponneſii oppu
reverſus, navali eos prælio fudit, Lacedæmonios in insula Sph
circumsedit. Hinc in Siciliam, ut proposuerat, pergens, cùm Co
veniſſet: exules captos, prava ambitione, ne ab alio Athenas d
vi possent, ab inimicis necari fecit. Itaque nihil deinceps felici
fit. In Siciliã enim veniens, cùm pacẽ inter ſe Sicilienſes feciſſe
mum reverſus pecunia ab Athenienſibus est mulctatus. Tu
ſus Syracuſano bello, cum Demoſthene collega in Siciliam miſ
navali certamine est interfectus.

EVRYSTHEVS Mycenarum rex, Herculem, quan
xit, laboribus fatigavit. ac ne morte quidem eius quiescens, l
ipsius delere instituit. Qui cùm ad Athenienſes confugiſſent, ea

Eurystheum in Attica prælio fuderunt. in quo ipse ab Hyllo Her-
filio, ut Diod. scribit, seu, ut Pausan. Iolao, est interfectus.

ELO Syracusanorum princeps, Amilcarem ducem Carthagi-
ium cum trecentis millibus militum, eodem die quo Xerxem
i devicerunt, ita profligavit, ut vix nuntius cladis relinquere-
Hinc Syracusanis iustissimè sanctissimeq; ipsorum voluntate, im-
is, urbem opibus divitijsq; amplissimam effecit. Diod. lib. 11.

ONGYLVS Corinthius, dux navium Syracusanis auxilio
rinthijs missarum. Hunc Plutarch. in Nicia, primo prælio, quo
heniensibus Gylippus fusus est, occubuisse scribit.

YLIPPVS Lacedæmonius patre natus Cleandrida fuit, qui
peditione contra Athenienses Plistoanacti admodum adolescen-
ætatem eius regeret, ab ephoris ad unctus, & pecuniæ ab Peri-
reditum acceptæ postea insimulatus, damnatusq;, Thurijs pro-
s vitam egit. Gylippus verò Syracusanis ab Atheniensibus ob-
dux missus, ob sordes & rapacitatem vilior est habitus, primoq;
conspectu cum coma & læna derisus. Postea tamen, in baculo
na insigne & auctoritatem Spartanæ urbis intuentes, frequen-
eum coïerunt, & ut duci suo promptè sunt obsecuti. Nam her-
racusani, ut ante adventum eius omnia ipsis infeliciter cesserãt,
stquam eum ducem acceperunt, secundissimè terra marique rem
a Athenienses gesserunt: ut non immeritò unus Gylippus eis
m victoriam peperisse censeatur. Hanc tantam virtutem gloriãq;
postea facinore defœdavit. Devictis nanque ad Ægos potamos
niensibus, ab Lysandro cum magna pecuniarum vi Spartam
s: sacculorum suturas in fundo solvit, & cùm ex unaquaque
iantum argenti surripuisset: iterum mox consuit: nescius, addi-
n singulis libellum qui numerum indicabat. Ingressus Spartã,
æ subtraxerat condidit sub tecto domus suæ: sacculos ephoris
dit signatos. Quibus apertis, & inito numero, cùm discreparet
dicibus argenti summa, haberetq; res ephoros suspensos, servus
pirem indicavit. Ita Gylippus post res gestas tam insignes &
as, fœdo infamique in se crimine admisso, solum vertere est coa-
Plutarch.

EGESANDRIDAS Hegesandri F. Spartanus, Athe-
ibus ad Eretriam maxima clade fusis, Eubœam occupavit: & in
sponto Thymocharem Atheniensium ducem navali prælio vicit:
.1. rerum Græcarum Xenophon scribit.

ERMOCRATES Hermonis F. Syracusanus, vir pruden-
iqúe militaris peritia & fortitudine præcellens. Hic primò post
num bellum Sicilienses, eleganti oratione, quam libro quarto
t Thucydides, in concordiam reduxit. Postea, cùm Athenienses
na illa classe contra Syracusanos venissent: Hermocrates
à prin-

à principio belli uſque ad finem eius, egregijs conſilijs patriam, ut nemo alius quiſquam Syracuſanus, adiuvit. Itaque etiam imperator ab iis creatus, infeliciùs quidem rem geſſit, conſilio tamen nunquam defecit: ipſeque præcipuè ut re navali Athenienſeis Syracuſani aggrederentur ſuaſit: ac poſtea Athenienſeis, ab Syracuſis nocte movere volenteis, callido conſilio retinuit. Perfecto bello, nihil magis ſuaſit Syracuſanis, quàm ut reliquas Athenienſium opes cum Peloponneſijs everterent. Miſſus proinde in Ioniam navium dux, cùm rem egregiè gereret, inimicorũ invidia exilio multatur. Qua de cauſſa ab Pharnabazo Perſarum ſatrapa pecuniis acceptis, Meſſanamque devectus: quinque triremes confecit, & mille milites mercede conduxit. Inde Himeraenſium exulibus adiunctis, Selinuntem à Carthaginienſibus everſam refecit: & undique convocatis Selinuntiis, ad ſex millia delectorum militum coëgit. His copiis cum Carthaginienſium ſocijs bellum faciens, fortiter rem feliciterque gereret: tandem Syracuſanos quoq; pœnituit, tantum ab ſe virum adeò indignè multatum. Quod ubi is ſenſit, cupidus redeundi in patriam, oſſa civium ſuorum, qui bello Carthaginienſium ceciderant, collecta, ornatiſque magnificè plauſtris impoſita, Syracuſas devexit. Ad fines ubi venit, ipſe ſubſtitit (non enim exulem ingredi fines licebat) currus præ ſe in urbem miſit: nimirum ut inimicis invidiam faceret, qui cives inſepultos reliquerant. quo tantum valuit, ut Diocles præcipuus eius adverſarius pelleretur. ipſe nihilo magis eſt reductus. Itaque tunc diſcedere coactus, paulò pòſt ab amicis revocatus, nocte Acradinam occupavit. Syracuſani in forum congregati, commiſſo prælio illum cum aliis interfecerunt. Diodorus lib. 13. Huius filius fuit Dionyſius, qui poſtea tyrannus Syracuſarum fuit.

HIPPIAS Piſiſtrati F. Athenienſium tyrannus æquus & iuſtus: poſt interfectum tamen Hipparchum fratrem inclementior factus. Vnde ab Lacedæmoniis eiectus, ad Perſas confugit, Dariumq; regem ad bellum Athenienſibus inferendum inciavit. Qui cùm ingentem exercitum in Græciam miſiſſet, Hippias ſimul profectus, in Marathonia pugna cecidit: ut Cicero ad Att. lib. 8. epiſt. 12. ſcribit.

HIPPOCRATES Gelæ in Sicilia tyrannus Theroni fratri ſucceſſit. Callipolitanis, Naxiis, Zanclæis & Leontinis bellum fecit: Syracuſanos ad Elorum fluvem magna ſtrage fudit, & ex primoribus complures cepit. quos ita dimiſit, ut pro iis Camarinam, quam ipſi urbem exciderant, acciperet. huc Geloos poſtea colonos miſit. Inde cum Siculis pugnans, in acie fortiter dimicans occubuit.

HIPPOCRATES Lacedæmonius, in Ioniam 10. Thurinas naves adduxit. Hunc eſſe puto, qui Chalcedonis præfectus in pugna contra Alcibiadem & Athenienſes occubuit: ut Diod. & Xenoph. referunt.

HYPER-

YPERBOLVS *improbus homo, nec ob opes aliquas au-*
verùm ob audaciam ad opes promotus. itaque nemini quidem
itus, à populo tamen ad principes exagitandos adhibitus eſt.
s de ſententia cùm populus decennale exilium, quod oſtraciſmũ
t, uni ex tribus principibus (fuerunt hi, Nicias, Phæax, &
biades) irrogare ſtatuiſſet: Alcibiades & Nicias inter ſe
unicata, utranque factionem confuderunt in unum: itaque
runt, ut neuter ipſorum, ſed Hyperbolus, nihil minùs cogitans,
etur. Id in præſentia quidem iocum & riſum populi movit.
t verò moleſtè tulerunt, rem hominis indignitate fœdatam. De-
le enim exilium pœnam eſſe ducebant, Thucydidi, Ariſtidi, &
ibus: Hyperbolo verò honorem, & occaſionem iactantiæ, quòd
ib improbitatem pariter ac ſummi viri mulctatus. Igitur nemo
eps iſto exilii genere eſt punitus. Plutarch. in Nicia & Alcib.

AMACHVS *Athenienſis, vir fortis & integer, ut Plutarch.*
it, & manu in certaminibus promptus: ſed adeò inops, ut quo-
nque dux eſſet populo Athenienſi exiguum pecuniolæ in veſtes
epidas extenſum ferret. Belli anno octavo præfectus navium
tributum ab ſociis colligentium. Poſtea cum Alcibiade & Nicia
navium in Siciliam miſſus: dum rem conſilio & viribus forti-
rit, cum Syracuſanis opera Athenienſium impedientibus præ-
lo, cecidit. Plutarchus auctor eſt, cum Callicrate Syracuſano
tore inſigni & animoſo per provocationem congreſſum, cùm
vulnus accepiſſet, inde Callicratem obtruncaſſet, unà cum eo
antem corruiſſe.

EONTYCHIDES *Sp artærex, Perſas eodem die, quo ad*
eas Mardonius ſuperatus eſt, ad Mycalen 40000. cæſis devicis.
pedizione Theſſalica dux cum libera poteſtate, magnam pecuniæ
corruptus accepit: & in caſtris deprehenſus eſt, cùm utraque
u pecuniam retineret. Itaque delatus Spartam, damnatusque,
um in exilium abijt. ibi mortuus eſt, cùm regnaſſet annos 22. ut
. Diod. ſcribit.

ICHAS *Arceſilai F. Lacedæmonius, legatus aliquoties eſt*
s: & in Ionica legatione aſperior tum Tiſſapherni tum Mileſiis,
umque odia in ſe concitavit. Hunc eo maximè celebrem evaſiſſe
Xenoph. ſcri[illegible] quòd peregrinis, Lacedæmonem ad gym-
certamina venien[illegible]s, hoſpitium præbebat. Morbo extinctus,
ti eſt ſepultus.

YSICLES *Athenienſis, dux navium tributi ab ſocijs exi-*
i cauſſa miſſarum, ab Caribus cæſus eſt. Hunc eſſe puto, quem
arch. in Peric. refert, pecorum caponem, ex homine natura
& abiecto, principem Athenis evaſiſſe.

EGABATES, *Daſcylitis ſatrapa, locum dare Artabazo*
coactus

coactus est, ut is cum Pausania Lacedæmonio, Græciam Regi Persarum subigere volenti, consilia conferre posset. Herodotus lib. 5. huius filiam Pausaniæ desponsatam fuisse refert. Ibidem scribit, quemadmodum hic Megabates maxima classe Naxum insulam quatuor menses nequicquam obsederit.

MENON dux auxiliorum, quæ Pharsalij Atheniensibus principio belli Peloponnesiaci miserunt. Menonem quendam Demosthenes in oratione de Repub. ordinanda, 12. argenti talenta ad bellum ad Etonem gestum suppeditasse Atheniensibus, & ducentos equites auxilio misisse, scribit: ac ob id immunitate ab eis donatum.

MINDARVS Spartanus Peloponnesiacæ classis præfectus, eam ex Mileto in Hellespontum, Tissaphernis iniurijs motus, transtulit. Ivit ad promontorium Cynossema, ab Atheniensibus prælio navali superatus est. Iterum mox ad Abydum ab ijsdem, Alcibiadis opera, victus. Tandem ad Cyzicum ab Alcibiade, qui se cum paucis navibus ad urbem ostendebat, mox fugam simulabat: in insidias extractus, & ab Atheniensium classe circumventus, mari primò fusus, mox in terra Atheniensibus oppugnantibus naves, fortiter dimicans ex dignitate Spartanæ urbis cecidit.

MINOS Cretensium rex, Cretæ complures urbes condidit, leges, & iura suis dedit. Classem primum Græcorum habuisse Diodorus scribit, multasq; insulas sub imperium redegisse. Dum Dædalum in Siciliam usque persequitur, ibidem est interemptus.

NICIÆ Nicerati F. clarissimi Atheniensium ducis res gestæ, quia pleræque in ipso Thucydide continentur, supervacaneum duco hoc loco commemorari.

NICOSTRATVS Dytrephis F. præsidij Atheniensium in Naupacto præfectus, seditioni Corcyræorum interfuit. Niciæ collega, Cythera insulam subegit, Laconicam populatus est, Thyream cepit, in regiones iuxta Thraciam ducto exercitu Mendam urbem occupavit. Tandem ad Mantineam Atheniensium auxiliorum præfectus, victis ab Lacedæmonijs Argivis, in acie occubuit.

PACHES Epicuri F. Atheniensis dux, Lesbum quæ defecerat ab Atheniensibus in ditionem redegit. Hinc rationem gesti imperij referens, cùm se à populo damnari cerneret, gladio se in ipso tribunali transfixit.

PANDION Atheniensium rex Erichthonij filius, Tereo Thracum regi filiam Procnen in matrimonium dedit. Qui cùm Philomelæ sororis eius, contemptis Græcorum legibus, vitium obtulisset, & insuper ferro corpus puellæ violasset, mulieres ad sceleris pœnam exequendam provocavit. Pausan. lib. 1.

PAVSANIAS Cleombroti F. Lacedæmonius, dux Græcorum, Mardonium ab Xerxe cum innumerabili exercitu in Græcia relictu, ad Plu-

ad Plataeam ingenti prælio devicit. Hinc barbarorum perſequens reliquias, primò in Cyprum expeditionem fecit. inde Byzantium cepit. Quo rerum ſucceſſu elatus, nec præſenti contentus fortuna, cùm ad altiora & non conceſſa tendens, imperium Græciæ affectaret: cum Xerxe in occulto proditionis conſilia agitavit. Quibus ad ultimum detectis, in templo, quò perfugerat, fame necatus, priorem rerum geſtarum gloriam fœdo exitu conſpurcavit.

PELOPS Tantali Phrygiæ regis filius, in Peloponneſum venit, occupatamq; regionem de ſuo nomine appellavit. Huius filius fuit Atreus, à quo Menelaus & Agamemnon deſcenderunt.

PERDICCAS Alexandri F. Macedoniæ rex, homo ad omnia infidus & inconſtans, bello Peloponneſiaco invicem modò Peloponneſiorum modò Athenienſium partibus adhæſit: uscunq; vel levi iniuria offenſus, vel commodo ſuo provocatus eſſet. Impunita tamen hæc ei infidelitas manſit, cùm Athenienſes alijs ſe negotijs implicantes, nunquam in ipſum totis viribus incumbere potuiſſent: ut ipſe alienarum cladium ſpectator, ſuam regionem ab utriuſque partis armis & iniurijs vendicaret.

PERICLES, Xanthippo patre, matre Agariſta ex ſtirpe Alcmæonide, natus fuit, vir unicus in Repub. Athenienſium princeps pace belloq;. Hic popularis gratiæ captator, colonias plurimas emiſit, ſpectacula, epulas, aliasq; ſolennitates inſtituit, quibus animos ſibi multitudinis devinciret. Adverſarium habuit in Republ. Athenienſium Thucydidem Mileſium: quem tandem poſt multa certamina eiecit. tumque iam minùs populi cupiditatibus obſequens, ſeverius eum regebat, & ad optimum ſtatum revocabat. Interim bella quoque gerens, Sicyonios acie devicit, Euboeam Samumque inſulas rebellantes domuit. Belli quidem Peloponneſiaci unus haud dubiè concitator viſus eſt, quod etiam, ſi longior vita contigiſſet, multò feliciùs rectiusque, quàm poſtea eſt factum, geſſiſſet. Moriturо cùm aſſiſtentes amici, virtutes & res geſtas atque victorias commemorarent, & novem ab ipſo erecta trophæa prædicarent: Miror, inquit, vos ea facta celebrare, quorum pars fortunæ debetur, pars mihi cum alijs communis eſt: id autem quod eſt multò maximum & præclariſſimum ſilentio præterire, quod nemo ex meis civibus mea opera pullam veſtem ſumpſit.

PHÆAX Eraſiſtrati F. Alcibiadis in Repub. Athenienſium adverſarius, claris ortus maioribus, & Alcibiadi æqualis, pariter tunc in limine incrementi poſitus fuit: ſed cùm alijs rebus, tum dicendi facultate, inferior. privatim enim affabilis eſſe potiùs, quàm pulverem forenſem ferre, videbatur: cùm loquentiæ multum, eloquentiæ parum haberet. Hæc in vita Alcibiad ſcribit Plutarch. Ab Thucydide ſemel eius lib. 5. fit mentio, cùm in Italiam Siciliamq; legatus ab Athenienſibus mitteretur.

PHOR-

PHORMIO *Asopÿ F. Athenienſis, fortis & induſt*
dux, Chalcidenſibus bellum intulit, & Potidæam munitionib
ſit, Argos Amphilochicum & Ambraciotas incolas cepit. I
tra Peloponneſios nobilem in mari victoriam obtinuit. nam
ma eius belli pugna fuit, & viginti Atticis navibus, 47. Pe
ſias fugavit. Mox iterum ab 77. Peloponneſiis navibus cum
ad certamen licet invitus extractus, æquo Marte digreſſus ef
lib. 1. ſcribit Pauſanias, cùm & vitæ integritate & maiorū
dore cuivis Athenienſium par eſſet, ære alieno obrutum, is
Pæanienſem ſeceſſiſſe. ubi à Repub. ſeiunctam vitam agenti, p
Athenienſes claſſis imperium decreverint: negaſſe id ſe rece
quòd nondum exoluto alieno ære, nihil auctoritatis eſſet apu
habiturus. Qua de cauſſa Athenienſes, ut qui omninò eum e
eſſe vellent, omnem pro eo creditoribus pecuniam diſſolv ſſe.

PHRYNICHVS *dux Athenienſis, cuius multa ef*
Thuc. libro mentio, tali occaſione ad eum honorem pervenit,
lib. 3. variæ hiſt. Ælianus: Nimirum neque gratia aut fav
que ob generis ſplendorem, aut divitias, ducem eum creaver
cùm Pyrrichiſtis in quadam tragœdia convenientes & bellic
feciſſet, adeò tenuit univerſum theatrum, ut confeſtim eum
eligerent: arbitrantes eum bellicas res utiliter geſturum
à viris armatis non abhorrentes modos poëmataque in dra
ciſſet.

PISISTRATVS *Athenienſis, principatus inter ſuos*
tum omnibus humanum, tum egentibus præcipuè benignum
buit. His ita præparatis, ſibi ipſi vulnera inflixit, rhedaq; in fo
latus, tanquam ob remp. inſidijs inimicorum appetitus, præſi
Athenienſibus petijt. Ita quinquaginta ſtipatoribus accepti
poſt adaucto numero, & ſeditioſis hominibus concitis: arce
pavit, eiectisque adverſæ factionis civibus, dominatum inva
lone optimo cive nequicquam repugnante, & facta eius Ath
bus explicante. Nec multò poſt eiectus iterum Piſiſtratus, m
demum anno, contractis tum alibunde auxilijs, tum ex civil
cunque turbarum rerumque novarum avidi erant: Athen
Marathone vicit, & priſtinum imperium occupavit. quod ch
& inſte uſurpatum, filio reliquit.

PISSVTHNES *Hiſtaſpis F. Sardium Lydiæ ſeu ſat*
tyrannus. Thucydides enim nil aliud, niſi tenuiſſe eum Sard
vit: & Cteſias, Piſſuthnen quendam ſatrapam ab rege Dario
ait, qui captus necatusq; ſucceſſorem habuerit Tiſſaphernem.

PLISTARCHVS *Leonidæ Spartani regis, cuius a*
mopylas contra Xerxem clara pugna fuit filius: in ipſis ſui re
vijs diem obijt. Pauſan. lib. 3.

STOANAX *Pauſaniæ F. rex Lacedæmoniorum, Attii*
a Peloponneſiorum copijs quartodecimo ante bellum Peloponn
o anno ingreſſus, quia ab Pericle muneribus corruptus exer
duxiſſe videbatur, in exilium actus eſt: unde Delphici oraculi
ſt undeviceſimum annum ſolennicum pompa ab ijs redactus,
um dignitatis locum eſt reſtitutus.

LYCRATES *Sami tyrannus, utraque fortuna inſignis,*
naves, mille ſagittarios habebat: quibus vbicunq; bellum ge
nper victoriam reportavit. & cùm omnes ſine diſcrimine av
ignaret, aiebat ſe magis amico gratificari, ſi ei quæ abſtuliſſet
,quàm ſi nihil ab initio ademiſſet. Itaq; multas urbes multas
inter quas & Lesbum, ſubegit. Cùm ita perpetuo ſecundæ fo
ore intactam omni clade vitam tranſegiſſet: ab Oræte ſatrapa
dem poſtremò captus, & in crucem actus eſt. Herodotus lib. 3.

THODORVS *Iſolochi F. Athenienſis, cum claſſe in Si*
iſſus, cùm pace inter Sicilienſes facta domum rediſſet: ab A
ibus, qui eum pecunia corruptum diſceſſiſſe rebantur, exilio
atus. Hunc Plato in Alcibiade, ſapientem virum & Zenonis
em appellat.

THES *Sparadoci F. Odryſarum rex, Sitalcis ſucceſſor, ad*
s opes regnum Odryſarum evexit. Huic poſtea cum Xeno
Athenienſi negotia interceſſerunt: quæ in commentarijs eius
nt.

MOS *Memphites genere, Tiſſaphernis primò legatus: poſt*
fratre regis Perſarum, quòd illius conſilia iuvabat, Ioniæ
s eſt. Cyro autem ſuperato cæſoq; à fratre, veritus regis iram,
:cunijsque in naves impoſitis, in Ægyptum ad regem Pſam
m navigavit: quem quia beneficijs affecerat, perfugium ſi
um ſperabat. Sed is pecuniarum, quas advexerat ille, cu
illectus: ſupplicem & benè meritum contra ius fasq; peremit.
. 14.

REVS *Martis filius, Thracum rex, cùm Pandioni Athenie*
egi auxilium contra finitimos tuliſſet, Prognen ab eo filiam
monium accepit. Quæ deportata in mariti regnum, cùm ex
lo Philomelam ſororem deſideraret, eius q; gratia Tereus A
d ſocerum profectus eſſet: in Philomelæ incidit amorem: de
nq; ſecum in regnum puellam ſtabulis clauſit, ut ad eam quo
u clàm commeare poſſet: ac ne quid eloqui valeret linguam
cidit, coniugi, interiſſe ſororem nuntiavit. At Philomela ea
qua prodere non poterat, veſti intexuit notis literarum, eam
ororem tranſmiſit. quæ ubi coniugis libidinem, ſororis cala
t, intellexit: conſtituit, ſe ſacra celebraturam Libero patri, &
cchantis ad ſtabula veniens, ſororem raptam in regiam duxit.

dixit. Tum filiam hymineo sacrum, &c. pluribus quibusque pleius Tereus, cùm filium defendaret Itym, apud eius insinuam abiit. Intus, inquiens, habes, quem desideras. Tereus ira concitatus, dum coniugem prosequi, eius pectus ferit, dextram volucrem vaticinatur aves; Progne in hirundinem, Philomela in luscinium, Tereus in upupam. Ovid. lib. 6. Metam.

THEAGENES *Megarensium tyrannus, Cylonis Atheniensis filiam in matrimonium ducit. Megaris aquæductum fecit, operis magnitudine, tum ornatus & columnarum numero, valdè præclarum. Pausan. lib. 1.*

THEMISTOCLES *obscurioribus ad gloriam natalibus patrem habuit Neoclem civem Atheniensem; matre nothum fuit. Puer etiamnum ardoris plenus fuit, indole sapiens, studio ad res magnas propensus, natusq; ad rempub. tractandam. Nam quando cessare ludos tempus ipse non per lusum, ut alij pueri, terebat: sed orationes ficum meditabatur & componebat. Argumentum orationum illarum accusatio erat, vel defensio puerorum. Unde præceptorem eius dixisse ferunt: Tu nihil, fili, eris mediocre, sed vel magnum bonum, vel magnum malum. Nam etiam disciplinas morales, vel ad vilipendam vel urbanitatem exquisitas, segniter & lenè arripiebat, quæ verò de prudentia vel negotijs tractarent, eas præ se ferebat prætermittere, velut ingenioso fœtus, non asternari Gloriæ amore & rerum gerendarum cupiditate tanta fuit, ut post victos in Marathone ab Miltiade Persas, cerneretur cogitabundus plerunq; noctes insomnes exigeret, Miltiadis trophæis se somno excitari dicens. Hæc & alia de ipso scribit Plut. res verò gestæ, exilium & mors, in ipso magna ex parte Thucyd. continentur.*

THERAMENES *Agnonis F. vir qua prudentia rerum & intelligentia qua oratione potens: ob inconstantiam tamen, quòd modò harum modò illarum partium esset, cothurnus nomen tulit. Primò enim Quadringentis Atheniensium optimatibus adhærens, principem inter eos locum tenuit. Sed cum nonnullis illi sibi opes struerem, cædibus & facinoribus grassarentur: ad populum rursus deficiens, plebem in eos concitavit; deiectisq; imperio Quadringentis, ipse deinceps dux navium Atheniensium cum Alcibiade, res contra Peloponnesios gessit. Deletæ verò Atheniensium à Lysandro classe, pacis à Lacedæmonijs accipiendæ Atheniensibus auctor fuit, posteaq; in triginta principes pervenit. Quibus rursus violenter agentibus, cùm se eorum factis opponeret, ab eis capitis supplicio affectus est. Thuc. lib. 8. & Xenophon de reb. Græc.*

THESEVS *Ægei filius, decimus Atheniensium rex triginta regnavit annis. Hic Helenam Tyndarei filiam rapuit, bellò cum Amazonibus gesto; Heraclidas ab Eurystheo pulsos suscepit, & defendit; Athenarum*

urbem auxit, eoq; omnes Atticos ex 12. oppidis & agris cō-
hophoria, Metœcia, Phanathenæa magna, & mysteria par-
uit; Populum in patricios, agricolas, & opifices, divisit; po-
eip. statum demonstravit. C. Sigonius de tempor. Athen.

ASYBVLVS Lyci F. Styrienses, ut Plutarch. vocat, gra-
m armaturæ præfectus in Ionico bello, ab Samio deinde ex-
x lectus, militum populq; Atheniensium caussam summa vi
. Eaq; de caussa in primis de Alcibiadis reditu connisus, à
ut reduceretur, impetravit. Nec segniùs bellica opera obijt.
m navalibus prælijs, quibus Mindarus in Hellesponto fusus
tus cum alijs fuit. Præclari quoq; illius facti Alcibiadis, qui
mios infesta classe ire Athenas conantes retinuit, non in po-
rticeps fuit: quando eum tum præsentia sua, tum clamori-
at, ut ferunt, Atheniensium vocalissimus) adiuvit.

MOCHARIS Atheniensis dux infelix, bis à Pelopon-
us est. Semel ad Eretriam, (ubi tum non Eubœam solùm,
complures, Athenienses amiserunt) iterum in Hellesponto,
cum navibus, ab Hegesandrida: ut est apud Xenoph. l. b. 3.
ecarum.

APHERNES satrapa regis Persarum, in locum Pis-
defectionem interempti suffectus, ut Ctesias scribit. Hic
n Peloponnesijs fœdus contra Athenienses icit, & pecunia
adiuvit, usque dum & ipse pleraq; Asiæ urbes regis Per-
ceret ditioni, & Athenas caperent Spartani. Exin cùm
tri regi inferens Cyrus, intempestiva audacia cecidisset,
cæterosq; Græcorum, qui in Cyri partibus rem gesserant,
olum captos, interemit. Post hæc cùm iam dissi.ijsset inter
nios Regemq; amicitia, & Agesilaus secunda fortuna rem
aphernem gerens, aliquot Asiæ populos ei eripuisset, tan-
io etiam devicisset: proditionis suspectus, ab Tithrauste iussu
truncatus est; maximo gaudio tum Agesilai, tum omnium
infestissimum Græco nomini virum interemptum cernen-
ophon. & Plutarch.

MIDAS Tolmæi F. Atheniensis, Myronidis clarissimi du-
bus æqualis, laudumq; eiusdem æmulus: classe & val dis
ab urbe profectus, Laconicam primus populatus est; Metho-
thium navale eorū cepit; Cephalleniam subegit; Naupactū
Postremò cùm, Bœotis bellum inferens, Chæroneam cepisset,
us occubuit Diod. lib. 11. & 12.

XES Darij filius, quartus rex Persarum, bellū à patre cœ-
rsus Græcos per quinquennium instruxit: & ingentibus
q; comparatis copijs, bellum magna mole & apparatu cœ-
ritè & ignaviter gessit. Primus in fuga, postremus in prælio

ſemper viſus eſt: in periculis timidus, ſicubi metus abeſſet inſtans. Itaque eius introitus in Græciam quàm terribilis, tam turpis ac fœdus diſceſſus fuit. Quo bello adeò infeliciter geſto, cùm etiam ſuis contemnui eſſet: Artabanus præfectus eius, deficiente quotidie regis maieſtate, in ſtem regni adductus, eum interemit. Hæc inuenies lib. 2. & 3. Iuſt. De rebus geſtis eius, cùm pleni ſint hiſtoricorum, Herodoti cumprimis, libri: ſupervacaneum eſt hic plura commemorari.

REGIONVM, INSVLARVM, VRBIVM, MONTIVM, fluviorum, &c. in hiſtoria Thucididis, deſcriptiones,

AVCTORE

GEORG. ACACIO ENENCKEL.

ABDERA *Thraciæ urbs, ab Abderito, quem ab Hercule adamatum Diomedis equi laceranunt, nomen accepit. Stephanus Byz. Herodotus lib. 1. Teiorum fuiſſe coloniam ſcribit, expugnata ab Harpago Cyri duce urbe in Thraciam profectorum.*

ABYDVS *Helleſponti ex parte Aſiæ ciuitas, Mileſiorum colonia: quâ Xerxes Helleſponti fauces ſeptem ſtadiorum ponte iunxit. Strabo lib. 13. Aydos hodie, Io. Leunclauio.*

ACANTHVS *Thraciæ urbs Stephano, Macedoniæ Plinio & Ptolemæo, ab Andrijs cõdita eſt; ut refert in quæſtion. Græcis Plutar.*

ACESINES *Siciliæ fluuius, quem Aſinem lib. 3. cap. 8. Plinius, Onabalam lib. 5. Appianus, appellat: Alcantara hodie Saracenicè, à ponte ad illius traiectum conſtructo olim, nominatur. hic Neetium agrum totum irrigat, feraciſſimumq; reddit. Th. Facellus lib. 2. dec. 1. rerum Sicularum.*

ACHAIA *aliàs alijs limitibus & regionibus terminata fuit. Sed quæ propriè Achaia dicitur, quæq; ab Thucyd. hoc nomine appellatur, ea totaintra Peloponneſum ſita eſt. Eius Herodotus, æqualis Thucydidis, duodecim ſua ætate urbes recenſet, Pellenem, Ægiram, Ægas, Bieram, Helicem, Ægion, Rhypes, Patrenſes, Pharenſes, Olenum, Dymam, Tritaenſes.*

ACHARNÆ *maximus pagorum Atticæ, tribus Oeneidis, ſexageſimo ab urbe ſtadio ſitus fuit.*

ACHELOVS *fluuius Poetarum fabulis notiſſimus, Æolos ab Acarnanibus diremit, à Septentrionibus & Pindo montibus verſus ſu-*

ſus fluens per Agræos Ætolicam gentem & Amphilochos. Strabo lib. 2. Dionyſius Afer in deſcriptione orbis, mediam Æoliam dividere ait. P. Iovius lib. 36. ob eximiam aquarum claritatem Aſpropo tamum hodie ab incolis appellari, ſcribit.

ACHERON Græciæ fluvius eſt, quem ex Moloſſide fluentem in ſtagna inferna accipere Theſprotium ſinum, T. Livius lib. 8. ſcribit. Hunc quod aqua erat inſuaviſſima, infernalem fecit Homerus. de quo pluribus in Phædone Plato.

ACRÆ Siciliæ urbs, ab Syracuſanis in nivoſis mõtibus, ſeptuageſimo poſt Syracuſæ anno, condita. Palazotus hodie Fazello.

ACROTHOI urbs in cacumine montis Athos ſita; ab Herod. Acrothoum, Plinio Acroton, Pomponio Acroathon, Stephano Acrothyni, appellatur.

ACTIVM Acarnaniæ oppidum; & eiuſdem nominis Actij Apollinis templum; item promontorium, quod Ambracij ſinus oſtium claudit. Actium nobile eſt, victoria Cæſaris Auguſti, de Antonio & Cleopatra. Actium Acarnaniæ portum T. Liv. l. 44. appellat.

ÆGALEON, ſive (ut Thucydidis Scholiaſt. & Herod.) Ægaleos, Atticæ mons è regione Salaminis inſulæ fuit: in quo Xerxem, cùm ad eum locum adverſus Græcos pugnaret, conſedisſe Herodotus ſcribit, ſpectatem prælium, & per ſcribæ annotari iubentem, ut quæque res vel à ſuis vel ab hoſtibus gerebatur.

ÆGINA inſula, primò deſerta fuiſſe, inde rogatu Æaci è terra Iovem homines incolas produxiſſe, feruntur. Interiecto inde temporibus, Argivorum pars ea quæ Epidaurum occupavit, in Æginã tranſmiſit, incolisq; permiſta Dorienſium mores & leges importavit. Poſt hæc tanto incremento ſunt auctæ Æginetarum opes, ut navali apparatu Athenienſes æquarent, & in prælio ad Salaminem primam ex omnibus Græcis virtutis laudem conſequerentur. Tandem non multis poſt annis, bellum contra Athenienſes gerentes, victi ſubiugatiq; infeſtis ſemper in Athenienſes animis fuerunt. Qua de cauſſa primo anno belli Peloponneſiaci ejecti inſula, alij Thyream in Peloponneſo ab Lacedæmonijs datã habitárum, alij per alias regiones diſperſi ſunt. Thyrea verò octavo belli anno capta, incolas omnes Æginetas interfecerunt Athenienſes. Devicti demum in Helleſponto Athenienſibus inſulam priſtini cultores receperunt: ad antiquas verò opes pervenire nunquam potuerunt. Diſtat inſula ab Piræeo Athenienſium portu, ut Plinius ſcribit, duodecim millia paſſuum, ut Strabo, 100 ſtadia.

ÆMVS Thraciæ mons maximus celſiſſimuſq;, mediam ferè dividens Thraciam ad Pontum uſque pertingit. T. Liv. l. 40. vulgatam eſſe opinionem ſcribit, ex eo monte Ponticum ſimul & Adriaticum mare, & Iſtrum amnem & Alpes conſpici poſſe. Idem Polybium Strabo lib. 7. ſcribere ait: ſed tam ipſe quàm Livius pro

à principio belli uſque ad finem eius, egregijs conſilijs patriam, ut nemo alius quiſquam Syracuſanus, adiuvit. Itaque etiam imperator ab iis creatus, infeliciùs quidem rem geſſit, conſilio tamen nunquam defecit: ipſeque præcipuè ut re navali Athenienſeis Syracuſani aggrederentur ſuaſit: ac poſtea Athenienſeis, ab Syracuſijs nocte movere volenteis, callido conſilio retinuit. Perfecto bello, nihil magis ſuaſit Syracuſanis, quàm ut reliquas Athenienſium opes cum Peloponneſijs everterent. Miſſus proinde in Ioniam navium dux, cùm rem egregiè gereret, inimicorũ invidia exilio multatur. Qua de cauſſa ab Pharnabazo Perſarum ſatrapa pecuniis acceptis, Meſſanamque devectus: quinque triremes confecit, & mille milites mercede conduxit. Inde Himerenſium exulibus adiunctis, Selinuntem à Carthaginienſibus everſam refecit: & undique convocatis Selinuntiis, ad ſex millia delectorum militum coëgit. His copiis cum Carthaginienſium ſocijs bellum faciens, fortiter rem feliciterque gereret: tandem Syracuſanos quoq; pœnituit, tantum ab ſe virum adeò indignè multatum. Quod ubi is ſenſit, cupidus redeundi in patriam, oſſa civium ſuorum, qui bello Carthaginienſium ceciderant, collecta, ornatisque magnificè plauſtris impoſita, Syracuſas devexit. Ad fines ubi venit, ipſe ſubſtitit (non enim exulem ingredi fines licebat) currus præ ſe in urbem miſit: nimirum ut inimicis invidiam faceret, qui cives inſepultos reliquerant. quo tantum valuit, ut Diocles præcipuus eius adverſarius pelleretur. ipſe nihilo magis eſt reductus. Itaque tunc diſcedere coactus, paulò pòſt ab amicis revocatus, nocte Acradinam occupavit. Syracuſani in forum congregati, commiſſo prælio illum cum aliis interfecerunt. Diodorus lib. 13. Huius filius fuit Dionyſius, qui poſtea tyrannus Syracuſarum fuit.

HIPPIAS *Piſiſtrati F. Athenienſium tyrannus æquus & iuſtus: poſt interfectum tamen Hipparchum fratrem inclementior factus. Vnde ab Lacedæmoniis eiectus, ad Perſas confugit, Dariumq; regem ad bellum Athenienſibus inferendum incitavit. Qui cùm ingentem exercitum in Græciam miſiſſet, Hippias ſimul profectus, in Marathonia pugna cecidit: ut Cicero ad Att. lib. 8. epiſt. 12. ſcribit.*

HIPPOCRATES *Gelæ in Sicilia tyrannus Theroni fratri ſucceſſit. Callipolitanis, Naxiis, Zanclæis & Leontinis bellum fecit: Syracuſanos ad Elorum fluvem magna ſtrage fudit, & exprimoribus complures cepit. quos ita dimiſit, ut pro iis Camarinam, quam ipſi urbem exciderant, acciperet. huc Geloos poſtea colonos miſit. Inde cum Siculis pugnans, in acie fortiter dimicans occubuit.*

HIPPOCRATES *Lacedæmonius, in Ioniam 10. Thuriinas naves adduxit. Hunc eſſe puto, qui Chalcedonis præfectus in pugna contra Alcibiadem & Athenienſes occubuit: ut Diod. & Xenoph. referunt.*

HYPER-

HYPERBOLVS *improbus homo, nec ob opes aliquas audax, verùm ob audaciam ad opes promotus. itaque nemini quidem probatus, à populo tamen ad principes exagitandos adhibitus eſt. Huius de ſententia cùm populus decennale exilium, quod oſtraciſmũ vocant, uni ex tribus principibus (fuerunt hi, Nicias, Phæax, & Alcibiades) irrogare ſtatuiſſet: Alcibiades & Nicias inter ſe communicata, utranque factionem confuderunt in unum: itaque effecerunt, ut neuter ipſorum, ſed Hyperbolus, nihil minùs cogitans, pelleretur. Id in præſentia quidem iocum & riſum populi movit. poſtea verò moleſtè tulerunt, rem hominis indigniate fadatam. Decennale enim exilium pœnam eſſe ducebant, Thucydidi, Ariſtidi, & ſimilibus: Hyperbolo verò honorem, & occaſionem iactantiæ, quòd eſſet ob improbitatem pariter ac ſummi viri multatus. Igitur nemo deinceps iſto exilii genere eſt punitus. Plutarch. in Nicia & Alcib.*

LAMACHVS *Athenienſis, vir fortis & integer, ut Plutarch. ſcribit, & manu in certaminibus promptus: ſed adeò inops, ut quotieſcunque dux eſſet, populo Athenienſi exiguum pecuniolæ in veſtes & crepidas extenſum ferret. Belli anno octavo præfectus navium fuit, tributum ab ſociis colligentium. Poſtea cum Alcibiade & Nicia dux navium in Siciliam miſſus: dum rem conſilio & viribus fortiter gerit, cum Syracuſanis opera Athenienſium impedientibus præliando, cecidit. Plutarchus auctor eſt, cum Callicrate Syracuſano bellatore inſigni & animoſo per provocationem congreſſum, cùm prior vulnus accepiſſet, inde Callicratem obtruncaſſet, unà cum eo expirantem corruiſſe.*

LEONTYCHIDES *Spartæ rex, Perſas eodem die, quo ad Plataeas Mardonius ſuperatus eſt, ad Mycalen 40000. cæſis devicit. In expeditione Theſſalica dux cum libera poteſtate, magnam pecuniæ vim corruptus accepit: & in caſtris deprehenſus eſt, cùm utraque manu pecuniam retineret. Itaque delatus Spartam, damnatus que, Tegeam in exilium abiit. ibi mortuus eſt, cùm regnaſſet annos 22. ut lib. 11. Diod. ſcribit.*

LICHAS *Arceſilai F. Lacedæmonius, legatus aliquoties eſt miſſus: & in Ionica legatione aſperior tum Tiſſapherni tum Mileſiis, utrorumque odia in ſe concitavit. Hunc eo maximè celebrem evaſiſſe Plut. & Xenoph. ſcribunt, quòd peregrinis, Lacedæmonem ad gymnica certamina venientibus, hoſpitium præbebat. Morbo extinctus, Mileti eſt ſepultus.*

LYSICLES *Athenienſis, dux navium tributi ab ſociis exigendi cauſſa miſſarum, ab Caribus cæſus eſt. Hunc eſſe puto, quem Plutarch. in Peric. refert, pecorum cauponem, ex homine naturâ inerti & abiecto, principem Athenis evaſiſſe.*

MEGABATES, *Daſcylitis ſatrapa, locum dare Arsabazo*

coactus

coactus eſt, ut is cum Pauſania Lacedæmonio, Græciam Regi Perſarum ſubigere volenſe, conſilia conferre poſſet. Herodotus lib. 5. huius filiam Pauſaniæ deſponſatam fuiſſe refert. Ibidem ſcribit, quemadmodum hic Megabates maxima claſſe Naxum inſulam quatuor menſes nequicquam obſederit.

MENON dux auxiliorum, quæ Pharſalij Athenienſibus principio belli Peloponneſiaci miſerunt. Menonem quendam Demoſthenes in oratione de Repub. ordinanda, 12. argenti talenta ad bellum ad Eionem geſtum ſuppeditaſſe Athenienſibus, & ducentos equites auxilio miſiſſe, ſcribit: ac ob id immanitate ab eis donatum.

MINDARVS Spartanus Peloponneſiacæ claſſis præfectus, eam ex Mileto in Helleſpontum, Tiſſaphernis iniurijs motus, tranſtulit. Ioi ad promontorium Cynoſſema, ab Athenienſibus prælio navali ſuperatus eſt. Iterum mox ad Abydum ab ijſdem, Alcibiadis opera, victus. Tandem ad Cyzicum ab Alcibiade, qui ſe cum paucis navibus ad urbem oſtendebat, mox fugam ſimulabat: in inſidias extractus, & ab Athenienſium claſſe circumventus, mari primò fuſus, mox in terra Athenienſibus oppugnantibus naves, fortiter dimicans ex dignitate Spartanæ urbis cecidit.

MINOS Cretenſium rex, Cretæ complures urbes condidit, legeſq; & iura ſuis dedit. Claſſem primum Græcorum habuiſſe Diodorus ſcribit, multasq; inſulas ſub imperium redegiſſe. Dum Dædalum in Siciliam uſque perſequitur, ibidem eſt interemptus.

NICIÆ Niceratì F. clariſſimi Athenienſium ducis res geſtæ, quia pleræque in ipſo Thucydide continentur, ſupervacaneum duco hoc loco commemorari.

NICOSTRATVS Dÿtrephis F. præſidÿ Athenienſium in Naupacto præfectus, ſeditioni Corcyræorum interfuit. Niciæ collega, Cythera inſulam ſubegit, Laconicam populatus eſt, Thyream cepit, in regiones iuxta Thraciam ducto exercitu Mendam urbem occupavit. Tandem ad Mantineam Athenienſium auxiliorum præfectus, victis ab Lacedæmonÿs Argivis, in acie occubuit.

PACHES Epicuri F. Athenienſis dux, Lesbum quæ defecerat ab Athenienſibus in ditionem redegit. Hinc rationem geſti imperij referens, cùm ſe à populo damnari cerneret, gladio ſe in ipſo tribunali transfixit.

PANDION Athenienſium rex Erichthonÿ filius, Tereo Thracum regi filiam Procnen in matrimonium dedit. Qui cùm Philomelæ ſororis eius, contemptis Græcorum legibus, vitium obtuliſſet, & inſuper ferro corpus puellæ violaſſet, mulieres ad ſceleris pœnam exequendam provocavit. Pauſan. lib. 1.

PAVSANIAS Cleombroti F. Lacedæmonius, dux Græcorum, Mardonium ab Xerxe cum innumerabili exercitu in Græcia relictum, ad Plu-

latæam ingenti prælio devicit. Hinc barbarorum persequens re-
as, primò in Cyprum expeditionem fecit. inde Byzantium cepit.
rerum successu elatus, nec præsenti contentus fortuna, cùm ad
ra & non concessa tendens, imperium Græciæ affectaret: cum
e in occulto proditionis consilia agitavit. Quibus ad ultimum
tis, in templo, quò perfugerat, fame necatus, priorem rerum ge-
m gloriam fœdo exitu conspurcavit.

ELOPS *Tantali Phrygiæ regis filius, in Peloponnesum ve-*
ccupatamq; regionem de suo nomine appellavit. Huius filius fuit
us, à quo Menelaus & Agamemnon descenderunt.

ERDICCAS *Alexandri F. Macedoniæ rex, homo ad omnia*
us & inconstans, bello Peloponnesiaco invicem modò Pelopon-
rum modò Atheniensium partibus adhæsit: utcunq; vel levi in-
offensus, vel commodo suo provocatus esset. Impunita tamen
i infidelitas mansit, cùm Athenienses alijs se negotijs implican-
unquam in ipsum totis viribus incumbere potuissent: ut ipse a-
rum cladium spectator, suam regionem ab utriusque partis ar-
& iniurijs vendicaret.

ERICLES, *Xanthippo patre, matre Agarista ex stirpe Alc-*
nide, natus fuit, vir unicus in Repub. Atheniensium princeps pa-
lloq;. Hic popularis gratiæ captator, colonias plurimas emisit, spe-
ula, epulas, aliasq; solennitates instituit, quibus animos sibi mul-
linis devinciret. Adversarium habuit in Republ. Atheniensium
cydidem Milesium: quem tandem post multa certamina eiecit.
que iam minùs populi cupiditatibus obsequens, severiùs eum re-
it, & ad optimum statum revocabat. Interim bella quoque gerens,
onios acie devicit, Eubœam Samumque insulas rebellantes do-
t. Belli quidem Peloponnesiaci unus haud dubiè concitator visus
quod etiam, si longior vita contigisset, multò feliciùs rectiusque,
m postea est factum, gessisset. Morituro cùm assistentes amici, vir-
s & res gestas atque victorias commemorarent, & novem ab ipso
ta trophæa prædicarent: Miror, inquit, vos ea facta celebrare,
rum pars fortunæ debetur, pars mihi cum alijs communis est: id
m quod est multò maximum & præclarissimum silentio præteri-
uòd nemo ex meis civibus mea opera pullam vestem sumpsit.

PHÆAX *Erasistrati F. Alcibiadis in Repub. Atheniensium ad-*
arius, claris ortus maioribus, & Alcibiadi æqualis, pariter tunc
mine incrementi positus fuit: sed cùm alijs rebus, tum dicendi
ltate, inferior. privatim enim affabilis esse potiùs, quàm pulve-
forensem ferre, videbatur: cùm loquentiæ multum, eloquentiæ
um haberet. Hæc in vita Alcibiad scribit Plutarch. Ab Thucydide
el eius lib. 5. fit mentio, cùm in Italiam Siciliamq; legatus ab A-
iensibus mitteretur.

PHOR-

PHORMIO *Asopij F. Athenienſis, fortis & induſtr*
dux, Chalcidenſibus bellum intulit, & Potidæam munitionib
ſit, Argos Amphilochicum & Ambraciotas incolas cepit. H
tra Peloponneſios nobilem in mari victoriam obtinuit. nam
ma eius belli pugna fuit, & viginti Atticis navibus, 47. Pel
ſias fugavit. Mox iterum ab 77. Peloponneſijs navibus cum
ad certamen licet invitus extractus, æquo Marte digreſſus eſt
lib. 1. ſcribit Pauſanias, cùm & vitæ integritate & maiorum
dore cuivis Athenienſium par eſſet, ære alieno obrutum, in
Pæanenſem ſeceſſiſſe. ubi a Repub. ſeiunctam vitam agenti, pe
Athenienſes claſſis imperium decreverint: negaſſe id ſe recep
quòd nondum exoluto alieno ære, nihil auctoritatis eſſet apud
habiturus. Qua de cauſſa Athenienſes, ut qui omnino eum el
eſſe vellent, omnem pro eo creditoribus pecuniam diſſolv ſſe.

PHRYNICHVS *dux Athenienſis, cuius mulka eſt*
Thuc. libro mentio, tali occaſione ad eum honorem pervenit, n
lib. 3. variæ hiſt. Ælianus: Nimirum neque gratia aut fav
que ob generis ſplendorem, aut divitias, ducem eum creaverun
cùm Pyrrichiſtis in quadam tragœdia convenientes & bellica
feciſſet, adeò tenuit univerſum theatrum, ut confeſtim eum
eligerent: arbitrantes eum bellicas res utiliter geſturum e
à viris armatis non abhorrentes modos poëmataque in dram
ciſſet.

PISISTRATVS *Athenienſis, principatus inter ſuos c*
tum omnibus humanum, tum egentibus præcipuè benignum
buit. His ita præparatis, ſibi ipſi vulnera inflixit, rhedaq; in fo
latus, tanquam ob remp. inſidijs inimicorum appetitus, præſid
Athenienſibus petijt. Ita quinquaginta ſtipatoribus acceptis,
poſt adauctо numero, & ſeditioſis hominibus concitis: arce
pavit, electisque adverſæ factionis civibus, dominatum invaſi
lone optimo cive nequicquam repugnante, & facta eius Athe
bus explicante. Nec multò poſt eiectus iterum Piſiſtratus, tum
demum anno, contractis tum aliunde auxilijs, tum ex civib
cunque turbarum rerumque novarum avidi erant: Atheni
Marathone vicit, & priſtinum imperium occupavit. quod cle
& inſtè uſurpatum, filio reliquit.

PISSVTHNES *Hiſtaſpis F. Sardium Lydiæ ſeu ſatr*
tyrannus. Thucydides enim nil aliud, niſi tenuiſſe eum Sarde
vit: & Cteſias, Piſſuthnen quendam ſatrapam ab rege Dario d
atis, qui captus necatusq; ſucceſſorem habuerit Tiſſaphernem.

PLISTARCHVS *Leonidæ Spartani regis, cuius ad*
mopylas contra Xerxem clara pugna fuit filius: in ipſis ſui reg
ſijs diem obijt. Pauſan. lib. 3.

PLIST

PLISTOANAX *Pauſaniæ F. rex Lacedæmoniorum, Atticam cum Peloponneſiorum copijs quartodecimo ante bellum Peloponneſiacum anno ingreſſus, quia ab Pericle muneribus corruptus exercitum reduxiſſe videbatur, in exilium actus eſt: unde Delphici oraculi juſſu, poſt undevicesimum annum ſolenni cum pompa abijs reductus, in priſtinum dignitatis locum eſt reſtitutus.*

POLYCRATES *Sami tyrannus, utraque fortuna inſignis, centum naves, mille ſagittarios habebat: quibus vbicunq; bellum gereret, ſemper victoriam reportavit. & cùm omnes ſine diſcrimine armis oppugnaret, aiebat, ſe magis amico gratificari, ſi ei quæ abſtuliſſet redderet, quàm ſi nihil ab initio ademiſſet. Itaq; multas urbes multas inſulas, inter quas & Lesbum, ſubegit. Cùm ita perpetuo ſecundæ fortunæ tenore intactam omni clade vitam tranſegiſſet: ab Oræte ſatrapa per fraudem poſtremò captus, & in crucem actus eſt. Herodotus lib. 3.*

PYTHODORVS *Iſolochi F. Athenienſis, cum claſſe in Siciliam miſſus, cùm pace inter Sicilienſes facta domum rediſſet: ab Athenienſibus, qui eum pecunia corruptum diſceſſiſſe rebantur, exilio eſt mulctatus. Hunc Plato in Alcibiade, ſapientem virum & Zenonis diſcipulum appellat.*

SEVTHES *Sparadoci F. Odryſarum rex, Sitalcis ſucceſſor, ad maximas opes regnum Odryſarum evexit. Huic poſtea cum Xenophonte Athenienſi negotia interceſſerunt: quæ in commentarijs eius legi poſſunt.*

TAMOS *Memphites genere, Tiſſaphernis primò legatus: poſt ab Cyro fratre regis Perſarum, quòd illius conſilia iuvabat, Ioniæ præfectus eſt. Cyro autem ſuperato cæſoq; à fratre, veritus regis iram, liberis pecunijsque in naves impoſitis, in Ægyptum ad regem Pſammeticum navigavit: quem quia beneficijs affecerat, perfugium ſibi futurum ſperabat. Sed is pecuniarum, quas advexerat ille, cupiditate illectus: ſupplicem & benè meritum contra ius fasq; peremit. Diod. lib. 14.*

TEREVS *Martis filius, Thracum rex, cùm Pandioni Athenienſium regi auxilium contra finitimos tuliſſet, Prognen ab eo filiam in matrimonium accepit. Quæ deportata in mariti regnum, cùm ex intervallo Philomelam ſororem deſideraret, eius q; gratia Tereus Athenas ad ſocerum profectus eſſet: in Philomelæ incidit amorem: deportatam q; ſecum in regnum puellam ſtabulis clauſit, ut ad eam quoties vellet clàm commeare poſſet: ac ne quid eloqui valeret linguam eius præcidit, coniugi, interijſſe ſororem nuntiavit. At Philomela ea quæ lingua prodere non poterat, veſti intexuit notis literarum, eamque ad ſororem tranſmiſit. quæ ubi coniugis libidinem, ſororis calamitatem, intellexit: conſtituit, ſe ſacra celebraturam Libero patri, & more bacchantis ad ſtabula veniens, ſororem raptam in regiam duxit:*

[illegible] dulcissimum [illegible], dapibus magnis, quibus[illegible] [illegible]m filium desiderantem Itym, caput eius in sinum abs[illegible] [illegible], aquam, habes, quem desideras. Tereus ira concitatus, dum [illegible] [illegible]orem, eius persequitur, diversum voluit: tale versi[illegible] [illegible]ves, Progne in hirundinem, Philomela in luscinian, Tereus [illegible] pam. Ovid. lib 6. Metam.

THEAGENES Megarensium tyrannus, Cyloni Atheniensi filiam in matrimonium dedit: Megaris aquæductum fecit, opus magnitudine, tum ornatus & columnarum numero, valde præclarum. Pausan. lib. 1.

THEMISTOCLES obscurioribus ad gloriam natalibus patrem habuit Neoclem civem Atheniensem; mare nothus fuit. Puer etiamnum ardoris plenus fuit, indole sapiens, studio ad res magnas propensus, natusq; ad rempublicam tractandam. Nam quando cessare liberos tempus ipse non per ludum, ut alij pueri, terebat: sed orationes secum meditabatur & componebat. Argumentum orationum illarum accusatio erat, vel defensio puerorum. Unde præceptorem eius dixisse ferunt: Tu nihil, fili, eris mediocre, sed vel magnum bonum, vel magnum malum. Nam etiam disciplinas morales, vel ad voluptatem vel urbanitatem exquisitas, segniter & lentè arripiebat, quæ verò de prudentia vel negotijs tractarent, eas præ se ferebat præmaturo ætatem, velut ingenio suo fretus, non aspernari Gloriæ amore & rerum gerendarum cupiditate tanta fuit, ut post victos in Marathone ab Miltiade Persas, cerneretur cogitabundus plerunq;, noctes insomnes exigeret, Miltiadis trophæis se somno excitari dicens. Hæc & alia de ipso scribit Plut. res verò gestæ, exilium & mors, in ipso magna ex parte Thucyd. continentur.

THERAMENES Agnonis F. vir qua prudentia rerum & intelligentia qua oratione potens: ob inconstantiam tamen, quòd modò harum modò illarum partium esset, cothurni nomen tulit. Primò enim Quadringentis Atheniensium optimatibus adhærens, principem inter eos locum tenuit. Sed cùm nimias illi sibi opes struerent, cædibus & facinoribus grassarentur: ad populum rursus deficiens, plebem in eos concitavit; deiectusq; imperio Quadringentis, ipse deinceps dux navium Atheniensium cum Alcibiade, res contra Peloponnesios gessit. Deleta verò Atheniensium à Lysandro classe, pacis à Lacedæmonijs accipiendæ Atheniensibus auctor fuit, posteaq; in triginta principes pervenit. Quibus rursus violenter agentibus, cùm se eorum factis opponeret, ab eis capitis supplicio affectus est. Thuc. lib 8. & Xenophon de rebus Græc.

THESEVS Ægei filius, decimus Atheniensium rex triginta regnavit annis. Hic Helenam Tyndarei filiam rapuit, bellũ cum Amazonibus gessit; Heraclidas ab Eurystheo pulsos suscepit, & defendit; Athenarum

urbem auxit, eoq; omnes Atticos ex 12. oppidis & agris cō-
ophoria, Metœcia, Phanathenæa magna, & mysteria par-
it; Populum in patricios, agricolas, & opifices, divisit; po-
tip. statum demonstravit. C. Sigonius de tempor. Athen.

ASYBVLVS Lyci F. Styriensis, ut Plutarch. vocat, gra-
n armaturæ præfectus in Ionico bello, ab Samio deinde ex-
lectus, militum popul. q. Atheniensium caussam summa vi
. Eaq; de caussa in primis de Alcibiadis reditu connisus, à
ut reduceretur, impetravit. Nec segnius bellica opera obijt.
n navalibus prælijs, quibus Mindarus in Hellesponto fusus
us cum alijs fuit. Præclari quoq; illius facti Alcibiadis, qui
nios infesta classe ire Athenas conantes retinuit, non in po-
ticeps fuit: quando eum tum præsentia sua, tum clamori-
et, ut ferunt, Atheniensium vocalissimus) adiuvit.

MOCHARIS Atheniensis dux infelix, bis à Pelopon-
us est. Semel ad Eretriam, (ubi tum non Eubœam solùm,
complures, Athenienses amiserunt) iterum in Hellesponto,
cum navibus, ab Hegesandrida: ut est apud Xenoph. l. b. 3.
carum.

APHERNES satrapa regis Persarum, in locum Pis-
defectionem interempti suffectus, ut Ctesias scribit. Hic
n Peloponnesijs fœdus contra Athenienses icit, & pecunia
adiuvit, usque dum & ipse pleraq; Asiæ urbes regis Per-
ceret ditioni, & Athenas caperent Spartani. Exin cùm
tri regi inferens Cyrus, intempestiva audacia cecidisset,
cæterosq; Græcorum, qui in Cyri partibus rem gesserant,
olum captos, interemit. Post hæc cùm iam dissiliisset inter
nios Regemq; amicitia, & Agesilaus secunda fortuna rem
phernem gerens, aliquot Asiæ populos ei eripuisset, tan-
o etiam devicisset: proditionis suspectus, ab Tithrauste iussu
truncatus est; maximo gaudio tum Agesilai, tum omnium
infestissimum Græco nomini virum interemptum cernen-
phon. & Plutarch.

MIDAS Tolmæi F. Atheniensis, Myronidis clarissimi du-
bus æqualis, laudumq; eiusdem æmulus: classe & val dis
ab urbe profectus, Laconicam primus populatus est; Metho-
thium navale eorū cepit; Cephalleniam subegit; Naupactū
Postremò cùm, Bœotis bellum inferens, Chæroneam cepisset,
us occubuit Diod. lib. 11. & 12.

XES Darij filius, quartus rex Persarum, bellū à patre cæ-
rsus Græcos per quinquennium instruxit: & ingentibus
q; comparatis copijs, bellum magna mole & apparatu cœ-
ritè & ignaviter gessit. Primus in fuga, postremus in præsio

semper visus est: in periculis timidus, sicubi metus abesset inflatus. Itaque eius introitus in Græciam quàm terribilis, tam turpis ac fœdus discessus fuit. Quo bello adeò infeliciter gesto, cùm etiam suis contemptui esset. Artabanus præfectus eius, deficiente quotidie regis maiestate, in spem regni adductus, eum interemit. Hæc inter alia lib. 2. & 3. Iust. De rebus gestis eius, cùm pleni sint historicorum, Herodoti cumprimis, libri: supervacaneum est hic plura commemorari.

REGIONVM, INSVLARVM, VRBIVM, MONTIVM, fluviornm, &c. in historia Thucididis, descriptiones,

AVCTORE

GEORG. ACACIO ENENCKEL.

ABDERA *Thraciæ urbs, ab Abderito, quem ab Hercule adamatum Diomedis equi laceraverat, nomen accepit. Stephanus Byz. Herodotus lib. 1. Teiorum fuisse coloniam scribit, expugnata ab Harpago Cyri duce urbe in Thraciam profectorum.*

ABYDVS *Hellesponti ex parte Asiæ civitas, Milesiorum colonia: quà Xerxes Hellesponti fauces septem stadiorum ponte iunxit. Srabo lib. 13. Aydos hodie, Io. Leunclavio.*

ACANTHVS *Thraciæ urbs Stephano, Macedoniæ Plinio & Ptolemæo, ab Andrijs cōdita est; ut refert in quæstion. Græcis Plutar.*

ACESINES *Siciliæ fluvius, quem Asinem lib. 3. cap. 8. Plinius, Onabalam lib. 5. Appianus, appellat: Alcantara hodie Saracenicè, à ponte ad illius traiectum constructo olim, nominatur. hic Noxium agrum totum irrigat, feracissimumq́ reddit. Th. Facellus lib. 2. dec. 1. rerum Sicularum.*

ACHAIA *aliás alijs limitibus & regionibus terminata fuit. Sed quæ propriè Achaia dicitur, quæq́ ab Thucyd. hoc nomine appellatur, ea tota intra Peloponnesum sita est. Eius Herodotus, æqualis Thucydidis, duodecim sua ætate urbes recenset, Pellenem, Ægiras, Ægas, Buram, Helicem, Ægion, Rhypes, Patrenses, Pharenses, Olenum, Dymam, Tritæenses.*

ACHARNÆ *maximus pagorum Atticæ, tribus Oeneidis, sexagesimo ab urbe stadio situs fuit.*

ACHELOVS *fluvius Poetarum fabulis notissimus, Ætolos ab Acarnanibus dirimit, à Septentrionibus & Pindo austrum versus flu-*

ſus fluens per Agræos Æolicam gentem & Amphilochos. Strabo lib. 1. Dionyſius Afer in deſcriptione orbis, mediam Æoliam dividere ait. P. Iovius lib. 36. ob eximiam aquarum claritatem Aſpropo tamum hodie ab incolis appellari, ſcribit.

ACHERON Græciæ fluvius eſt, quem ex Moloſſide fluentem in ſtagna inferna accipere Theſprotium ſinum, T. Livius lib. 8. ſcribit. Hunc quòd aqua eius ſuavissima, infernalem fecit Homerus. de quo pluribus in Phædone Plato.

ACRÆ Siciliæ urbs, ab Syracuſanis in vitioſis mõtibus, ſeptuageſimo poſt Syracuſas anno, condita. Palazolus hodie Fazello.

ACROTHOI urbs in cacumine montis Athos ſita; ab Herod. Acroathoum, Plinio Acroton, Pomponio Acroathon, Stephano Acrothyni, appellatur.

ACTIVM Acarnaniæ oppidum; & eiuſdem nominis Actij Apollinis templum; itemq; promontorium, quod Ambracij ſinus oſtium claudit. Actium nobile eſt, victoria Cæſaris Auguſti, de Antonio & Cleopatra. Actium Acarnaniæ portum T. Liv. l. 44. appellat.

ÆGALEON, ſive (ut Thucydidis Scholiaſt. & Herod.) Ægaleos, Atticæ mons è regione Salaminis inſulæ fuit: in quo Xerxem, cùm ad eum locum adverſus Græcos pugnares, conſedisſe Herodotus ſcribit, ſpectãtem prælium, & per ſcribas annotari iubentem, ut quæque res vel à ſuis vel ab hoſtibus gerebatur.

ÆGINA inſula, primò deſerta fuiſſe, inde rogatu Æaci è terra Iovem homines incolas produxiſſe, fertur. Interiectis inde temporibus, Argivorum pars ea quæ Epidaurum occupavit, in Æginã transmiſit, incolisq; permiſta Dorienſium mores & leges importavit. Poſt hæc tanto incremento ſunt auctæ Æginetarum opes, ut navali apparatu Athenienſes æquarent, & in prælio ad Salaminem primam ex omnibus Græcis virtutis laudem conſequerentur. Tandem non multis poſt annis, bellum contra Athenienſes gerentes, victi ſubiugatiq; ſunt, infeſtis ſemper in Athenienſes animis fuerunt. Qua de cauſſa primo anno belli Peloponneſiaci ejecti inſula, alij Thyream in Peloponneſo ab Lacedæmonijs datã habitarunt, alij per alias regiones diſperſi ſunt. Ægina verò octavo belli anno capta, incolas omnes Æginetas interfecerunt Athenienſes. Devictis demum in Helleſponto Athenienſibus inſulam priſtini cultores receperunt: ad antiquas verò opes pervenire nunquam potuerunt. Diſtat inſula ab Piræeo Athenienſium portu, ut Plinius ſcribit, duodecim millia paſſuum, ut Strabo, 100 ſtadia.

ÆMVS Thraciæ mons maximus celſiſſimusq;, mediam ferè dividens Thraciam ad Pontum uſque pertingit. T. Liv. l. 40. vulgatam eſſe opinionem ſcribit, ex eo monte Pontiçum ſimul & Adriaticum mare, & Iſtrum amnem & Alpes conſpici poſſe. Idem Polybium Strabo lib. 7. ſcribere ait: ſed tam ipſe quàm Livius pro

mam, Smyrnam, ab Ionibus deletam scribit Æolum gen[illegible]
ceps in Græcia fuit, ut quibus & Dores comprehendi Stra
distinguens omnes gentes Græcas, in Iones & Æoles. Sed
dide aliisq; historicis discertè Æoles ab Doribus separantur
utriq; permisti hinc inde sedes in Græcia habuerint. Et Cicer
co tria Græciæ genera facit, Iones, Æoles, Dores.

ÆTNA Siciliæ mons incendiorum fama nobilissimus
cæteris Siciliæ montibus, ac cœlo proximus: sic ut procul no
tissimis solùm Siciliæ sed Calabriæ quoq; regionibus conspic
titudo eius passuum 30000, ambitus ad radices 100000. [illegible]
dices in orbem, & subinde se rotundo ac tereti corpore sensi
quousq; in supremum desinat cacumen. Hæc Th. Fazellus S
2. dec. 1. apud quem, ut universæ Siciliæ, sic montis huius
amplissima est & copiosissima descriptio.

ÆTOLIA Græciæ regio maritima, ab mediterrane
nia, Locris Ozolis, Parnasso & Oeta montibus clauditur, &
Maliacum extenditur sinum, secundum Thucydid. Huius
principes populos cōmemorat, Apodotos, Ophionenses, & E
Vrbes Ætoliæ Strabo lib. 10 recenset, Calydona, Pleurona, M
Chalcidem, Proschium. Despotato hodie vulgo Leunclavio.

AGRÆI Ætolica gens Straboni est. inter fluit Achel
Vnde patet eosdem esse, quos Tuc. circa finē lib. 2. Agraos app
bit enim Acheloum amnem ex Pindo orientem, per Dolopi
os, Amphilochos, Acarnaniam, ferri.

AGRIANES Pæonica gens, intra Æmum & Rhod

aris fuit. Quo tandem ob sævitiam interfecto, li-
fortiter sunt tutati. Hinc Theron tyrannide occu-
a clementiaq; per 16. annos urbem rexit. Filius
ssimilis, ob scelera pulsus est. Bellum deinceps A-
Syracusanis excepit: quo ipsi se medios gesserunt:
nen sibus eversa urbs, à Timoleonte Corinthio est re-
is modò à Pœnis modò Romanis capta direptaque,
s est experta. Hæc urbs ruinis hodie totà collapsa
ta est: quæ licet veteri & magnitudine & nobili-
aranda, ornatur tamen Episcopatu, qui sua sub
continet oppida. Tho. Fazellus lib. 6. dec. 1. rerum

I Athenienſium ſocij fuerunt, ut lib. 7. Thuc. ſcri-
e urbem inter Lilybæum & Emellam Steph. collo-
Halicyenſium in Sicilia meminit.
ſive Almopij, Pæoniæ gens Plinio.
iæ in Locris Opuntijs urbs. Strabo & Plinius.
rnaniæ urbs, citra Leucadem ſtadia 120. ſita; au-
5. epiſt. ad famil.
A Theſprotiæ urbs, Stephano B. Corinthiorum co-
ſiorum in bello contra Athenienſes partis fuit. T.
racia, inquit, tumulo aſpero ſubiecta eſt. urbs quà
epos & flumen, occidentem, arx quæ poſita in tu-
ſpectat. amnis Arethon ex Acarnania fluens cadit
nomine propinquæ urbis Ambracium appellatum.
inc amnis munit, hinc tumuli, muro quoq; firmo
circuitu paulò amplius tria millia paſſuum. Hæc
Anactorios Cæſar Auguſt. Nicopolin ad Actium
exit. Pauſan. lib. 5.
A Ozolarum Locrorum urbs, ſic dicta, quòd monti-
tur. Steph.
IVM Acarnaniæ urbs, Corinthiorum colonia,
t, ut Strabo ſcribit, & in Ambracio ſinu, ut lib. 1.

: civitas eſt, è regione Sami, Stephan. B. Huius in-
. vocat.
iciliæ fluvius, ſupra Buxemam recens oppidum o-
um Syracuſanum fluens, in magnum portum ef-
s eum deſcribit Faz. dec. 1. lib. 4. cap. 1.
ſula ex numero Cycladum.
RVS, Æolica ſub Ida monte civitas.
SIA Laconica urbs, ab Ænea Troiano in Siciliam
Pauſan. lib. 8.

APHYTIS *Pallenes iuxta Thraciam oppidum fuit: cuius in-*
[illegible] Ammonem Iovem non minore cultu, quàm ipsos in Africa Am-
monios, veneratos, Paus. lib. 3. refert. Itaq; Lysandrum urbem oppu-
gnantem, per nocturnum visum monitum, meliùs Lacedæmonijs ve-
nturum, si Aphytios desissent bello vexare: & obsidionem solvisse, &
Ammonis religiosiùs colendi eis auctorem fuisse.

APIDANVS *Thessaliæ fluu. ab Pharsalo urbe decurrens*
Steph.

APOLLONIA. *Illyriæ urbs 7000. pass. à mari recedens. Pli-*
nius l. b. 3. cap. 23. Hanc primùm Illyrij habitârunt: postea Corinthij
coloniam eò, 200 civibus & Gylace conditore misso, duxerunt. Dion
Cass. lib. 41. Apollonia, inquit, Corinthiorum colonia, loco pe opportu-
no sita est, sive terram, sive maria, sive flumina, respicias.

ARCADIA *in media Peloponneso sita regio est, & undiq; ab*
mari remota, montosa & aspera, ut Strabo tradit.

ARGILVS *Bisaltiæ urbs. Herodotus lib. 7.*

ARGOS *clarissima urbs & lumen quondam Græciæ, maiore sui*
parte locis planis (ut Str. lib. 8.) sita est: arcem habet Larissam, collum
mediocriter munitum, & Iovis in eo templum.

ARNA *Thessali oppidum: unde Arna Bœotiæ urbs (hæc postea*
Chæronea dicta) oriunda fuit. Schol Thuc.

ARTEMISIVM, *Eubœæ est supra Hestiæam ad Boream ex-*
pansum littus, Græcorum adversus Xerxem navali bello insigne. Fanum
habet non amplum Artemidis (sic Dianam Græci vocant) cui lucus est
circumiectus, & columnæ ex lapide candido cingunt. Monstratur hu-
ius littoris locus, qui ex multa circumiecta arena cinereum & atrum
pulverem ex imo velut adustum edit, ubi naufragia & cadavera Græci
crem asse creduntur. Plut. in Vit. Themistoclis.

ASINA *Laconia prope Cardamylen urbs, ex genere Dryoptum.*
Herodotus lib. 8. Asinenses Parnassi olim accolæ fuerunt. Vnde ab
Hercule in Peloponnesum deducti, Asinen prope Hermionem colue-
runt. rursus ab Argivis eiecti, Messeniæ partem à Lacedæmonijs acce-
ptam habitârunt. Pausan. lib. 4.

ASOPVS *Bœotiæ fl. Plataensem & Thebanũ dirimens agrum.*

ASPENDVS *vetus & nobile in Pamphylia oppidum. Cicero.*
Sita est urbs hæc magna ex parte in aspera præruptaque rupe, quam
Eurymedon fluvius alluit. Arrianus lib. 8.

ASSINARVS *Siciliæ fl. Athenienfium clade insignis. Hodie*
Falconara nomen est: oriturq; ad urbem Notum. Fax.

ASTACVS *Acarnaniæ urbs, à quibusdam Stratus esse puta-*
tur. sed eos Thucyd. refellit, separatim has ponens urbes.

ATALANTA, *insula est parva è regione Locrorum Opuntio-*
rum. Alia est Macedoniæ urbs: cuius lib. 2. p. 100 meminit Thucyd.

ATHENÆ

LESTRYGNES Siciliæ gigantes fuerunt, in Leontino agro antiquiſſimis temporibus habitantes. Horum creſcente libidine, viribusq; indies invalescentibus ad nova ſcelera: à latrocinijs, ad cædes potiùs, quàm inſtituti videbantur, Læſtrygones ſunt appellati. Th. Fazellus lib.1. dec 1. rerum Sic.

LAMPSACVS Helleſponti civitas, portus commodo ate ubiq; memorabilis, vini etiam copia præſtat. Strabo lib. 13. Hæc urbs cum bello Ionico ad Dercyllidam ab Athenienſibus defeciſſet, mox à Strombichide Athenienſi duce vi capta & direpta eſt: manſitq; deinceps in Athenienſium ſocietate, donec rurſus à Lyſandro Lacedæmonio capta, urbs vini frumentiq; & omnium copia rerum opulenta, direpta eſt. Xenoph lib. 2. rerum Græcarum & Diod. lib. 13. ſcribunt. Lepſeki Turcis. Io. Leuncl.

LARISSA Theſſaliæ urbs ad Peneum amnem, in plano ſita fuit, & à parte campeſtri undiq; facili adiu T. L. lib.36.

LARISSA altera, de qua lib.8. meminit Thuc. Troadis eſt urbs, cuius & apud Homerum mentio habetur.

LAVRIVS mons Atticæ maritimæ, haud procul Sunio prom. Fuerunt ibi fodinæ argenti, quarum vectigal cùm inter ſe partiri ſolerent Athenienſes, Themiſtocles auſus eſt ferre ad populum, ut hac omiſſa diviſione, triremes ea prima ad bellum Ægineticum armarent. Plut. in eius vita.

LEBEDVS Ionica Lydiæ urbs. Herod. lib. 1. Strabo lib. 14 hanc à Colophone 120. ſtad. diſtare ait. Lebedizi-chiſar Turcis. Leuncl.

LECTVM Troadis prom. monti Idæ vicinum, in q; Ægæum mare procurrens. Strabo lib. 13.

LEMNVS inſula Thraciæ propinqua, oppida duo habet Hephæſtiam & Myrinam, in cuius foro mons Athos ſolſtitio eiaculatur umbram. Plin. l.b 4. cap.12. Hanc inſulam olim Pelaſgi incoluerunt, ut Thuc. & Herod. lib. 5 ſcribunt: poſtea Athenienſes occupatam ſuis colonis frequentarunt.

LEON-

LEONTINVM *ſive Leontium, Siciliæ urbs, 5. m. p. à ſuo maritimo emporio diſtans, omnium Siciliæ urbium eſt antiquiſſima. in ea nanq; primi inſulæ cultores Læſtrygones habitárunt.*

LEPREVM *Peloponneſi urbs in confiniis Elidis Laconicæque (ſub hac & Meſſenia continetur) ſita, ab Thera condita, ut Herod. in Melpomene ſcribit. Abeſt à mari, ut Strabo ait lib. 8. ſtadia 40.*

LESBVS *Inſula Aſiæ minoris, antiquiſſimis temporibus inculta exiſtens à Pelaſgis primùm habitari cœpit. inde poſt ſeptem hominum ætates, Deucalionis diluvio ad priſtinam vaſtitatem redacta eſt. Exin Iones agri amœnitate & bonitate capti tenuerunt, magnaque paulatim multitudine aucti, in vicinas quoque inſulas colonias miſerunt, Chium, Samum, Con, Rhodum. Diod. Sic. l. 5. Str. lib. 13. Lesbum matrem quodammodo eſſe ait Æolicarum urbium. ambitum 1100. ſtad. ab Malea Mitylenem 70. ſtad. Methymnam 340. Pyrrham 100. numerari. Tenedus inde Chium, & Lemnus æquali ferè ſpatio (500. ſtad. ſunt circiter) diſtant. Hodie Turcis Mitilin, Leunclavio.*

LEVCAS *Acarnaniæ civitas, in peninſula primò ſita, ſic ab T. Liv. lib. 33. deſcribitur: Quingentos fermè paſſus longa fauces erant: latæ haud amplius 120. in his anguſtijs poſita eſt Leucas, colli applicata verſo in orientem & Acarnaniã. ima urbis plana ſunt, &c. Hæc peninſula poſtea ab Corinthijs perfoſſa, urbem totam in inſula conſtituit:*

Leucada continuam veteres habuére coloni,
Nunc freta circumeunt. Ovid. lib. 15. Metam.

LEVCTRA *Laconicæ regionis in finibus ſitum oppidum eſt: colonia, ut Strabo lib. 8. Leuctrorum Bœotiæ, quæ Epaminondas Thebanus inſigni de Lacedæmonijs victoria nobilitavit.*

LIGVRES *gens bellicoſa & ferox, extremam oram Italiæ Alpibus ſubiectam, ex parte meridionali colebat. Hæc res maritimæ incumbens, navigijs piraticis uſque ad columnas Herculis provecta prædas agebat. Plut. in vita Æmil. Pauli.*

LINDVS *Rhodi inſulæ urbs monti impoſita, in q; meridiem & Alexandriam maximè verſa. Primò Lindij, ut & Camirenſes & Ialyſij Rempubl. per ſe geſſerunt. poſtea in unam urbem Rhodum coïerunt. Lindius fuit Cleobulus, unus de ſeptem ſapientibus. Strabo libro decimo quarto.*

LIPARA *inſula de numero Æoliarum ſeu Vulcaniarum, à Sicilia 20. m. p. recedit, omnium maxima, 18. m. p. in circuitu habet, Melingunis à Callimacho, Strabone, Plin. dicta. Soli natura ferax, & magno aluminis proventu, ac fructuum domeſticorum ſuavitate eſt celebris. Hæc inſula olim ignem ex pluribus crateribus evomebat: cuius veſtigia hodie cernuntur. Fazell. 9.*

LOCRI *Epizephyrij à promont. vicino appellati, in fronte Italiæ*

In ijſdem campis tumultus eſt Athenienſium qui in pugna ceciderunt : & ex eo pilæ eminent, in quibus cæſorum nomina & tribus ſunt inſcriptæ. Pauſan. lib. 1.

MARATHVSA *inſula Clazomenis imminens, Marathuſſa Steph. & Plin. dicta.*

MAREA *urbs & lacus Ægypti, Alexandriæ propinqua; qui & Mareotis appellatur. Steph.*

MASSILIA *Galliæ Narbonenſis civitas, à Phocæenſibus condita prope oſtia Rhodani amnis, in remoto ſinu, veluti in angulo maris. Sed Galli finitimi incrementis urbis invidentes, Græcas aſſiduis belli fatigabant. qui pericula propulſando, in tantum enituerunt, ut victis hoſtibus multas colonias conſtituerent. Ab his igitur Galli & uſum cultioris vitæ, depoſita & manſuefacta barbaria, & agrorum cultus, & urbes mœnibus cingere didicerunt, &c. Iuſtinus lib. 43. Vide de his Strab. lib. 4. item Cicero pro Flacco, & alij.*

MECYBERNA *Græca urbs in Pallenenſi iſthmo ſita, prope Toronem, Galepſon, Sermylam, Olynthum. Plin. lib. 4. c. 10. Herod. lib. 7.*

MEDEON *Acarnaniæ oppidum. T. L. lib. 36.*

MEGARA *ſingulari vel plurali numero (utrumque enim auctores habet) Atticæ à quibuſdam contribuitur. alij Megaridem peculiarem conſtituunt regionem. Athenienſibus hæc ſub regum tempora paruit. regnante verò Codro, cum Peloponneſij bellum Athenienſibus intuliſſent, in reditu Megaram occuparunt, Corinthios & alios eò colonos deduxerunt. quæ res effecit, ut Megarenſes linguam cum moribus mutata, ex Atticis fierent Dorienſes.*

MECARA *Siciliæ urbs, à Megarenſibus Græciæ, teſte lib. 6. Thucyd. condita appellata ſit. Strabo verò Megarenſes qui Doridem incolebant, in Siciliam veniſſe ſcribit. Hæc ab omni parte fluviis & fontibus, ac portu capaciſſimo, qui nunc Auguſtæ inſcribitur, erat inſignis. Priuſquam à Megarenſibus habitaretur, Hybla fuit appellata. unde & Megarenſes hi Hybæi ſunt dicti. Thom. Faz. lib. 3. dec. 1.*

MELVS *inſula ex numero Cycladum, rotundiſſima à Plinio dicitur. Strabo lib. 10. ſeptingenta ſtad. a Scyllæo Hermionico prom. & totidem à Dictynnæo diſtare ſcribit. Hanc olim Phœnices habitarunt. poſt Lacedæmoniorum coloni inſulam tenentes, ab Athenienſibus bello Peloponneſiaco per obſidionem capti necatiq; ſunt. urbem Athenienſes, miſſis ex ſuis civibus colonis, habitarunt.*

MEMPHIS *Ægyptiorum urbs regia, ab Mene primo Ægyptiorum rege condita. Herod. lib. 2.*

MENDA *Pallenenſis iſthmi opp. colonia Eretrienſium. Hanc Mendim ab Apollodoro dici Steph. ſcribit. T. L. lib 31. Mendin maritimam Caſſandreæ (ſic Portuxa poſtea dicta) vicum appellat.*

MESSA-

SSANA *Siciliæ urbs, Zancla priùs appellata, ab Siculis ndita eſt. Hinc prædones ab Cuma in Siciliam trajicientes, clæ opportunitate, & portus commoditate, quò tuto ſe recipe- ternavigantes adoriri poſſent: urbem pulſis Siculis, occupâ- vmpiade deinde ſeptuageſima, Ioues Samiúque, quos ab Me- s in civitatem receperant, veteres cives eiecerunt. Poſt decem os, Anaxilas Rheginorum princeps hos quoque cum urbe & mille inde paſſ. novam urbem condidit, quam ab ſua pa- anam appellavit. Situs urbis huius maiore ex parte planus r quàm latior. Habet in conſpectu extremos Italiæ montes ad dices oram, maritimã Rhegiũ & Flumara de muro cernun- a verò ipſius maris anguſtias, curvus eſt telluris tractus, fal- dum, longus ac tenuis, longitud. 800. p. circiter, lat. 100. ac terfluxu (qui portus eſt) ab urbe mille & plura paulò paſſ. Vrbs hæc cùm ſit in ipſo aditu traiectúque Siciliæ poſita, eoq; lendum opportuniſſima, à Carolo V. Cæſare, aggeribus, mœni- ropugnaculis egregiè munita eſt. Thomas Fazell. libro ſe- lec. 1.*

SSAPIA *Italiæ regio, quæ eadem & Iapygia dicitur. Fer- Minoem Dædalum inſequentem, cùm in Siciliam veniſſet, ectum. Interiecto deinde tempore, Cretenſes magna claſſe mortem ulturos, in Siciliam veniſſe: & cùm quinquennio n urbẽ obſediſſent, fame poſtremò depulſos, navigantesq; in- Iapygiã tempeſtate in terrã eiectos; & quia laceratis navib⁹ n Cretam daretur receptus, urbem ibidem Hyriam condidiſſe, to nomine Iapyges Meſſapios appellatos. Her. lib. 7.*

SSENIA *Peloponneſi regio Laconicæ finitima, ab Neleo & culta fuit uſque ad Troiana tempora. Poſt hæc Orestes Aga- is filius eiusque poſteri tenuerunt, uſque ad Heraclidarum . qui cùm Peloponneſum occupaſſent, Creſphonti Meſſeniam ortione dederunt. Hinc ſub imperium Lacedæmoniorum re- ùm iterum rebellaſſent, viginti annos cum eis bellum geſſe- actíque tandem, paulò poſt Ariſtomene auctore contra Lace- os conſurgentes, multis illatis acceptiſque incommodis domi- Noviſſimum ab eis motum bellum, cùm terræ ingenti concuſ- Sparta, hominibus plurimis orbata eſſet. ibi cum Helotibus acedæmoniorum conſpirantes, Ithomen occupârunt, decimoq; expugnati anno, & tota Peloponneſo pulſi, alij in Cephalle- ij in Siciliam diſperſi ſunt. cæteris Naupactum Athenienſes t. Victis verò ad Leuctra ab Epaminonda Lacedæmonijs, The- tractis undique Meſſenijs, urbem Meſſenam condiderunt, m eis regionem reſtituerunt. Diodorus lib 15.*

META-

METAPONTVM *Magnæ Græciæ in Italia oppidum, conditum ab Achæis. T.L. lib.25.*

METHONE *Messoniæ urbs, Pylo vicina. Plin. Mutune hodie Leunclavio.*

METHONE, *Peloponnesi op. in peninsula inter Epidaurum Trœzenemque situm. Thuc. l.b.4. Strabo.*

METHONE *Thessaliæ seu Magnesiæ (ut Plinius) urbs: in cuius obsidione oculum Philippus Macedo amisit.*

METHYDRIVM *Arcadiæ op. inter Malætan & Mylaontem amnes situm, Megalopoli postea contributum Paus. 8.*

METHYMNA *Lesbi insulæ urbs Æolica, 340. stadia distans ab Malea insulæ prom. Strabo lib. 13.*

MILETVS *Ioniæ civitas, super septuaginta urbium per cuncta maria genitrix. Plin. lib.5. Hanc Strabo lib.12. à Caribus, lib.14. à Cretensibus, Sarpedone duce, conditam scribit. Portus habet quatuor, unum etiam classi sufficientem.*

MITYLENE *Lesbi insulæ caput, portus habet duos, utrique parva insula obiecta est, in qua pars civitatis habitat. Mitylenæam Rempub. Pittacus, qui inter septem Græciæ sapientes ponitur, constituit. Strabo lib.13.*

MOLOSSI *Epiri gens, apud quos Dodonæi Iovis templum & oraculum est. Plin. l.4. c.1.*

MOLYCRIVM *Corinthiorum in Locris Ozolis colonia maritima.*

MORGANTINA, *quam Murgentium Cicero, Strabo Morgantium, Livius Murgantiam vocat, Siciliæ urbis maritima, non longè ab Syracusis sita fuit: ut ex his verbis T.L. patet: Ad Murgantiam tum classem navium centum Romanus habebat, quò evaderent motus è cædibus tyrannorum orti, operiens. Hanc urbem postea Carthaginienses delevére. vestigia hodie extare Fazellus ait, cùm ibi arx sita & ager adiacens Murgus vocetur.*

MOTYA *Siciliæ urbs à Phœnicibus condita, in sinu quem portum Galli hodie nominant sita fuit. Eius urbis hodie pauca admodùm vestigia, maxima tamen, & lapidum quadratorum ingentium mira monumenta, apparent. Hanc verò Motyam urbem esse, Thucydidis Diodorique auctoritate, Th. Fazellus lib.7. dec.1. probat.*

MVRGANTIA, *vide Morgantina.*

MYCALE *prom. est continentis Ioniæ, quod quà Zephyro venti to est expositum. ad Samum pertinet. Her. lib. 1.*

MYCALESSVS *Bœotiæ urbs mediterranea, sic dicta à mugitu bovis, qui Cadmum Thebas perduxit. Steph Strab. lib 9. Mycalessum (Mycalettum Bœotos vocare ait) vicum Tanagricæ regionis esse dicit, in via quæ Thebis Chalcidem fert. Strabonis itaque tempore*

vicus fuit Mycalessus, quam Thucyd. magnam esse scribit urbem.

MYCENÆ *Peloponnesi urbs, Troianis temporibus clarissima, Pelopidarum maximè opibus crevit. Cùm enim omnia ad Atrei filios devoluta essent, Agamemnon maximus natu imperium cepit, tantumq; virtute & felicitate profecit, ut Mycenæo regno tum alias urbes, tum Argolicam quoque adijceret. Extincto verò post bellum Troianum Agamemnonis regno, magna ex parte potentia Mycenarum imminuta est; maximè post reditum Heraclidarum, qui Peloponneso occupata, Mycenis quoque pristinos dominos eiecerunt, & urbem Argivis contribuerunt. Interiecto post hæc tempore, cùm Mycenæi pristinæ suæ potentiæ & gloriæ memoria animos tollentes, Argivorum imperium aspernarentur, & Lacedæmoniorum amicitiam sequerentur: veriti Argivi, ne aliquando favente fortuna sibi eriperent imperium, capto opportunè tempore, quo Lacedæmoniorum vires tum Xerxis bello, tum terræ motu & Helotum defectione vehementer affectæ erant: Mycenæos adorti, ipsos acie primùm vicerunt, inde captam urbem à fundamentis proruerunt, ut nobilissimæ civitatis vix vestigium relinqueretur. Strabo lib. 8. & Diod. lib. 11.*

MYCONVS, *insula ex Cycladum numero, 5. m. p. ab Delo remota. Plin. l. 4.*

MYLÆ *Siciliæ op. (Milazium hodie) à Zanclæis, nomine à Myla fluvio qui portum influit mutuato, conditum. Fazell. lib 9. dec. 1.*

MYONENSES *populus in Locris Ozolis, cuius ex Thuc. auctoritate lib. 6. meminit Pausanias.*

MYONESVS *promontorium est, ut Livius libr. 37. scribit, inter Teum Samumq; collis autem est, in modum metæ in acutum cacumen à fundo satis lato fastigiatus: à continenti arctæ semitæ aditũ habet: à mari exesæ fluctibus rupes claudunt, ita ut quibusdam locis superpendentia saxa plus in altum, quàm quæ in statione sunt naves, promineant. Plin. lib. 5. c. 31. Myonesum insulam circa Ephesum esse scribit. Sed hunc cum Livio cõciliare videtur Strabo, qui lib. 14. Myonesum alto loco, in peninsulæ modum excurrentem, sitam scribit.*

MYRCINVS *Edonica urbs, ad Strymonem amnem. Herodot. lib. 5.*

MYVS *Cario urbs Ionica est, quam Iones Athenis profectos primò condidisse Plinius scribit.*

NAVPACTVS *op. in Locris Ozolis maritimum fuit: quod post Persicum bellum, Tolmida duce captum, Athenienses Messenijs, ex Ithome ab Lacedæmonijs expugnatis, habitandum dederunt. qui cùm 60 fermè annis tenuissent, fractis tandem Atheniensiũ viribus, ab Lacedæmonijs sub id ipsum tempus, quo Athenis triginta tyrannos Thrasybulus eiecit, urbe pulsi sunt: Locrisq; reddita in pristinã ditionem*

nem Naupactius. Diod. lib. 11. Hanc Itali Lepanto, Turci Inebachi die appellant. Io. Leunc.

NAXVS insula de numero Cycladum, Strongyle principi appellata. Inde ab Thracibus quibusdam plus 200 annis hab Dia nominata est. Quibus sedibus inde actis, Carer insula cuvárunt, & ab Naxio rege suo Naxum appellarunt. Hæc posti sula, tum cæteris opibus, tum navalibus viribus polle..s prin Xerxe defecit, marique cum cæteris bellum contra eum gessit. . lib. 5.

NAXVS Siciliæ urbs in peninsula sita, eo loco ubi hodie a Schixon nominata, prima omnium Græcarum urbium in Sic. Chalcidensibus Eubœæ condita est. De hac Strabo libr. 6. ex E scribit: Theoclem Athenienſem ventis agitatum Sicil am co platum fuisse, intellectaque hominum ibi solitudine & terræ bo te, revertisse. Cùm verò Athenienses, ut eò colonos mitterent, ind nequisset: excitis Chalcidensibus, Ionibusque nonnullis, & etian rienſibus quorum plerique Megarenses erant, illò navigantem s condidisse. Hinc urbs adeò opibus crevit, ut non multò post sum tum alias urbes, Catanam, Leontium, Callipolim, conderet. Po dum verò Hiero senior Chalcidenses, quibus parùm fidebat, eiecit loponnesiisque & Syracusanis colonis urbem replevit. Ad ulti ab Dionysio iuniore ob rebellionem funditus est deleta. Th. Faz dec. 1.

NEAPOLIS Africæ oppidum, prope Carthaginem si Strab. lib. 17. A Geographis ad promont. C. bono appellatum pon id quod proximè Siciliæ ab Africa imminet.

NEMEA Argivæ regionis seu locus seu oppidum, inter Cle & Phliuntem. Strab. lib. 8. Hinc Nemeorum nobile ludicrum in culis, qui eo loco insolitæ magnitudinis leonem peremerat, honore Argivis celebratum.

NERICVS Acarnaniæ urbs maritima: quam à se ea Laërtes in Odyss. prædicat. Str. 10.

NESTVS Thraciæ fluvius est. Abderorum amnem H vocat, quia iuxta urbem eam in mare effluit. Hunc inter & A loum leones Europæ contineri Aristoteles & Herodotus affirmant

NISÆA Megarensium navale, quod Athenienses, cùm Persicum bellum ad eorum societatem Megarenses transissent, stad. muro Megaris iunxerunt. Et cùm postea desecisset Megara, sæam tamen retinuerunt: quoad triginta annorum facto fœdere sæam aliaque à se occupata dimiserunt. Rursus autem bello Pelo nesiaco captam obtinuerunt Athenienses, donec Ionici belli tem quarto ante captas ab Lysandro Athenas anno, ipsi Megarenses per arunt. Diod. lib. 13.

NOTIV

OTIVM *Ioniæ op. prope Colophonem, Plin. l. 5. c. 29.*

DOMANTI *Thraciæ gens ad montem Pangæum. Pli-*
Her.

DRYSÆ *gens Thraciæ, ab ipso lib. 2. Thuc. deſcribitur.*

EANTHE *op. in Locris qui Ozolæ cognominantur, Pli-*
. 4.

ENIAS *Acarnaniæ urbs ad oſtium Acheloi amnis.*

ENOE *Atticæ pagus, in confinibus Bœotiæ Atticæq;. Schol.*
Herod. lib. 5.

ENOPHYTA *Bœotiæ locus. Schol. Thuc.*

ESYMA *Macedoniæ op. cui poſtea Emathia fuit nomen.*

ETÆI *populi, Oetam montem Locris Opuntijs vicinum acco-*
: in quo mortale Herculis corpus crematum finxit antiquitas.

LOPHYXVS, *urbs ad montem Athon, in regione cui Acte*
: quam cum alijs in ea parte Xerxes in inſulam redigere aggreſ-
. Herod. lib. 7.

LYMPIA *Peloponneſi civitas: de quo Strab. lib. 8.*

LYMPVS *Theſſaliæ mons, Macedoniæ imminens finibus.*

LYNTHVS *Chalcidenſium iuxta Thraciam urbs, in eorum*
atem poſt Perſicum bellum venit. Priùs enim Bottiæi è Ther-
ſinna ab Macedonibus pulſi tenuerunt. qui cùm poſt Xerxis è
ia diſceſſum ab Perſis defeciſſent, Artabazus obſidione his ex-
axis trucidatis q, Clitobulo Toronæo de genere Chalcidenſi urbem
lis. Herod. lib. 8. Hanc in urbem cùm initio belli Peloponne-
halcidenſes, relictis maritimis oppidis, commigraſſent: adeò hi
s creverunt, ut non modò contra Athenienſes toto eius belli tem-
libertatem ſuam egregiè tuerentur: ſed poſtea quoq; Lacedæmo-
m, à quibus defecerant, arma ſuſtinentes, iuſta acie collatiq;
eos multorum cæde vincerent. obſeſſione demum ad priſtinam
ſunt adducti. Tandem Philippus Macedoniæ rex, cùm aliae
idici generis ſubegiſſet urbes, Olynthios quoq;, Athenienſium o-
uſtra imploranies, adortus oppugnavit; & quia iuſta vi expu-
urbem nequibat, proditione cepit: captam diripuit, & ſolo æ-
it. Diodorus Sic.

NEVS *mons, ab occaſu Corinthiorum urbis ad Bœotes uſq; &*
ronis ſaltum extenditur. Strabo lib. 8.

PHIONENSES *Æoliæ gens, à Strab. lib. 17. Ophienſis*
natur.

PICI *Italiæ gens, eadem cum Oſcis, vel certè eiuſdem incolæ*
. Sic enim lib. 5. Strabo: Campaniam Antiochus ab Opicis habi-
ait. qui ijdem & Auſones appellantur. Polybius verò pro duo-
os gentibus habere videtur. Alij ferunt, cùm Oſci priùs & An-

sones hanc regionem tenerent, Oscos inde occupasse, hos à Cumanis [illegible] sos; hos rursus ab Hetruscis electos. Hæc Strabo. Verùm hæc [illegible] sint, ab Thucyd. de certa Opicia pro Campaniæ regione scribitur. [illegible] enim libri initio, Cumam Italiæ urbem, quam in Campania sitam [illegible] pro dubio est Opiciæ civitatem vocat. Aristoteles lib. 7. Polit. cap. [illegible] Opicos & priùs & suo tempore Ausones appellatos scribit.

ORESTÆ, *Molossica gens Stephano: ab Plin. l. 4. & T. L. [illegible] M[illegible] annumeratur.*

OROPVS *Græciæ op. contra Chalcidem & Eretriam Eu[illegible] situm, ab T. L. l. 45 Atticæ, à Strab. l. 9. Bœotiæ attribuitur. Plin. [illegible] cap. 7. in confinio Bœotiæ esse ait. Fuit enim perpetua inter Athenien[illegible] ses de Oropio agro controversia, invicemq; iam hi iam illi tenuerunt. Philippus verò Macedoniæ rex, cùm Thebas subegisset, Oropum Athe[illegible] niensium ditioni adiecit. rursus inde sub Antigono ad Thebanos re[illegible] versa est. Itaq; nemo mirari debet, cùm imperium urbis crebrò sit mu[illegible] tatum, scriptores quoq; hac in parte variare.*

OREVM *Eubœæ civitas, ab Demetriaco sinu Chalcidem & Eu[illegible] bœam petenti, ad lævam prima urbium insulæ posita est. T. L. l. 28 Vrbs hæc Hestia priùs vocata, subacta à Pericle Eubœa, Atheniensium colo[illegible] nia evasit.*

ORNEÆ *Argivæ regionis vicus, eodem cum Orneis, inter Co[illegible] rinthum Sicyonemq; oppido, nomine. Strabo lib. 8.*

OROBIÆ *op. ab Ellope Iovis filio conditum: ubi fuit Apollinis Selinuntij oraculum verissimum. Strab. lib. 10.*

PÆONIA *Macedoniæ regio, postea Emathia dicta, ut T. L. l. 40 ab Herod. ad Strymonem, ab Plin. ad Axium amnem collocatur. Pæonas Teucrorum ab Troia scribit in Terpsichore Herod. Dion. Cass. l. 49 Pæones (longè diversa à Pannonijs gens) ad Rhodopen montem & Macedoniam maritimam incolunt.*

PAGÆ *op. seu emporium, ut Schol. Thuc. Megaridis, ad Crissæum sinum, è regione urbis Megarensium positum duo enim hæc oppida, inquit Plinius, excurrente Peloponneso, sita sunt ex utraq; parte velut in humeris Helladis.*

PALLENE *urbs in isthmo, qui Pallenensis inde appellatur, sita. Hinc Pallena tota illa parte regio nominatur, cuius urbes lib. 7 recenset Herodotus; Potidæam, Aphytin, Novam urbem, Ægam, Scionem, Mendam. His Canastræum T. L. l. 31. addit.*

PALE *Cephalleniæ urbs, Scholiastæ. Eius incolæ Palenses ab Thuc. nominantur.*

PAMPHYLIA, *regio in australi Asiæ minoris parte, inter Lyciam Ciliamq; interiacet.*

PANÆI *gens Edonica, non procul Amphipoli. Steph.*

PANACTVS *Atticæ in finibus castellum, à Bœotis decimo*

belli

oponnesiaci anno captum, pace deinceps ac fœdere inter Lace-
s & Athenienses facta, dirutum ab eis est. Restitutum tamen
ti tempore ex Pausaniæ apparet, qui lib 1. Panactum Atticæ
n, à Cassandro Macedone captum scribit.

NGÆVS Thraciæ mons, cuius ima Nestus ambit amnis.
c auri metalla & conflaturam invenisse Cadmum Phœnicem,
lib. 7. c. 56. scribit. Et apud Xenoph. lib. 5. de rebus gestis Græco-
Pangæi aurifodinæ prædicantur.

PANORMVS, Achaiæ in Peloponneso portus, secundum Rhi-
prom. Achaicum. Plin. l. 4. cap. 5. quindecim inde stadia distat.
ausan. 7.

PANORMVS Milesij agri portus, super quem Branchidarum
antiquum oraculum fuisse lib. 1. Her. scribit.

PANORMVS urbium Siciliæ maxima & princeps est hodie,
ac sedes regia: sita in campesti solo, agroq; tum fertilissimo tum amœ-
nissimo totius Siciliæ. Vnam eius partem mare Tyrrhenum alluit. cæ-
teræ tres lato patent campo, qui montibus excelsis arboribusq; prorsus
expertibus cingitur. Eius originem ad Phœnices Thucydides referre
videtur. Petrus autem Ranzanus Lucerinus episcopus, in suo quem
de Panormo edidit libello, à Chaldæis, Damascenis & Phœnicibus, eam
multò antè quàm Thuc. definivit, duabus Chaldæis inscriptionibus,
quæ ab omnibus Panormi spectentur, conditam docet. de quo pluribus
Th. Fazellus lib. 8. dec. 1. rerum Siciliæ.

PANTACIVS Siciliæ fluv. in Leontino agro fluit, Pantagias
ab alijs appellatus. Nam ut eundem amnem utroq; nomine designari
credam, tum nominum affinitas & situs utriusq; ratio animum incli-
nant, tum Fazelli quoq; auctoritas cõfirmat: qui non exprimens Pan-
tacium, quasi ab Thuc. Pantagias vocaretur scribit.

PARAVÆI Thesprotica gens: sic appellata ἀπὸ τοῦ παρὰ τὸν
Αὖον ποταμὸν οἰκεῖσθαι.

PARNASSVS Græciæ mons, Phocidem inter & Locridem
situs, Ozolasq; item Locros ab Opuntijs distinguens: extenditur ab Del-
phis usq; ad concursum Oetæ & Ætolicorum montium & qui inter-
iacent Doriensium. Mons totus sacer est, specus aliaq; loca religiosa
habens. Eum in medio orbis terrarum situm Poëtæ finxerunt.

PARNES Atticæ mons, ursorum & aprorum copia præstans.
Paus. l. 1.

PATRÆ Achaiæ op. in longissimo Peloprnnesi promont. posi-
tum, contra Ætoliam & flumen Evenum: 5 m. p. ab Rhio Achaico ab-
est. Plinius lib. 4 c. 4. & 5. Patras ab Antirrhio, quod Rhium Molycri
cum Thucydid. vocat, 40. stad. distare Strabo lib. 8. scribit.

PELA Asiæ minoris insula, è regione Clazomeniorum. Plin.

PELASGI Græciæ gens antiquissima, sic à Str. l. 5 describitur.

Pelasgos antiquam gentem per omnem Græciam diffusam fuisse, maximeq; apud Æolenses Thessaliæ, nemo ferè est qui neget. Ephorus opinatur, eos cùm inde ab initio rem militarem coluissent, aliosq; [illegible] docuissent, magnum sibi nomen magnamq; famam paravisse. [illegible] & in Creta eos habitasse Homerus auctor est: & Pelasgicum [illegible] dicitur Thessalia, quæ est inter ostia Penei amnis & Thermopylas [illegible] ad montana Pindi. quoniam Pelasgi quondam ea loca obtinuerunt. Iovem Dodonæum item Poëtæ Pelasgicum vocant. Multi etiam [illegible] gentes Pelasgicas nominant, quòd eò usq; ditionem Pelasgi [illegible] sent: & Lesbum Pelasgiam appellârunt: & Homerus finitimos [illegible] cum in Troade Pelasgos volat. Arcadiam verò tenuisse, Ehorus [illegible] Pausan. & Plinius scribunt. Æschylus eorum patriam facit [illegible] apud Mycenas. Sed & Peloponnesum Pelasgiam dictam, Plin. & Eph. auctores sunt. Anticlides primos Pelasgos Lemno & [illegible] vicina condidisse scribit, quosdamq; eorum cum Tyrrheno in [illegible] navigasse. Atticæ historiæ scriptores ita Pelasgorum meminerunt [illegible] qui etiam Athenis habitârint: eosq; quòd vagi avium instar [illegible] iam alia adirent loca pelargos, hoc est, ciconias appellatos. Linguarum qualis priscis temporibus fuerit, Herod. lib. 1. nihil se pro certo affirmare posse, barbaram tamen arbitrari, ait.

PELLA *Bottiæidis civitas, Her. 7. Postea Macedonicorum regum potentia aucta, Macedoniæ urbs maxima & amplissima, regia fuit, & Magni Alexandri patria. quem inde Pellæum iuvenem Poëtæ nominârunt. Describitur ab Tit. Livio sub finem lib. 44.*

PELLENE *Achaiæ in Peloponneso haud procul Sicyone civitas.*

PELOPONNESVS, *Apia antea appellata & Pelasgia, peninsula haud ulli terræ nobilitate post ferenda, inter duo maria Ægæum & Ionium, platani folio similis (εἰδομένη πλατάνου μυρίζοντι πετήλῳ, ut canit Dionys. Af. in descriptione orbis) propter angulosos recessus, circuitu 563. m. p. colligit, auctore Isidoro. angustiæ, unde procedit, isthmos appellantur. In eo loco erumpentia è diverso maria, à septentrione & exortu eius omnem ibi latitudinem vorant, donec contrario incursu æquorum tantorum, in 5 m. p. intervallo, exesis utrinq; lateribus, angusta cervice Peloponnesum cõtingat Hellas. Corinthiacus hinc, illinc Saronicus appellatur, sinus; Lechæũ hinc, illinc Cenchreæ, angustiarum termini. quos profodere navigabili alveo tentavere, Demetrius rex, dictator Cæsar, Caius princeps, Domitius Nero, infausto (ut omnium patuit exitu) incœpto. Plin. l. 4. c. 4. Incolunt autem Peloponnesum gentes septem: quarum duæ indigenæ eundem semper obtinuerunt locum, Arcades & Cynurij: una Achæa, quæ Peloponnesum quidem nunquã reliquit, sed pristino loco egressa, alium incolit: reliquæ quatuor ex advenis sunt, Doriensibus, Ætolis, Dryopibus, Lemnijs.*

nijs. Cynurij cùm sint indigenæ soli putātur Iones esse, sed effecti sunt Dores imperio Argivorum. Herod. lib. 8.

PELORVS *Siciliæ promont. illud est, quod Italiam prospicit, & in æstivos vergit ortus: non aliter quàm oppositum Peloro Italiæ prom. Cænis. Nam fretum coeuntibus paulatim Siciliæ & Calabriæ littoribus ita coarctatur, ut ea promontoria vicinam inter se inflectionem faciant, distentq; invicem parvi angustiq; fluxus intercapedine, quam Euripon Græci appellant. Cænys enim littus inter Cantarellum & scopulum cui caput Caballi nomen est, à Peloro 1500 passibus distinguitur, ut Diodorus & Plinius scribunt, & nos metimur. Huic arx nostra tempestate imminet, & ad fauces tuendas, & ad navigantium utilitatem, ut ex ea faces incensæ nocturna itinera dirigant, ne vel in Scyllam vel Charybdim deferantur. Thom. Facell. lib. 2. dec. 1. Promontorium hoc nomen accepisse à Peloro Annibalis gubernatore, quidam auctores sunt. quod fabulam esse vel unus Thuc. arguit: qui cùm multis tempestatibus Annibalem hunc, qui secundum adversus Romanos Punicum gessit bellum, antecesserit, Pelorida tamen id prom. appellat.*

PEPARETHVS *Ægæi maris insula cum oppido, 9. m. p. continet, Plinius. Hanc Stephanus & Thucydidis Scohliast. inter Cycladas numerant situs tamen insulæ minimè respondet. Cyclades enim in Myrtoo mari infra Eubœam sparguntur: Peparethum Strabo lib. 1. adversus Magnetas (idem & Ptolemæus docet) & Plin. ante Athon montem, quæ supra Eubœam sunt, sitam perhibent.*

PETRA *Rhegini agri in extremo Italiæ prom. oppidum: Leucopetra aliàs nominari solet.*

PHANÆ, *Chij portus. Strabo 14. & promontor. Steph.*

PHANOTIS, *Straboni Phanoteus, prius Panopeus, Phocidis vel Lebadiam op.*

PHRASALVS *Thessaliæ op. iuxta quod Pharsalici campi, Dictatoris Cæsaris & Pompeij Magni conflictu celebres. Vrbem hanc Enipeus amnis ab Erythra præterfluens in Apidanum cadit Strabo lib. 9.*

PHARVS *insula parva contra Alexandriam Ægyti, quōdam diei noctisq; navigatione ab Ægypto distans, si Homero credimus, postea Alexandriæ ponte iuncta. Hac in insula turris fuit inter miracula orbis terrarum numerata, quæ à Sostrato Cnidio extructa, nocturno navium cursui ignes ostendere, ad prænuntianda vada portusque introitum, solebat.*

PHASELIS *Dorici generis (Herod. lib. 2.) in confinio Lyciæ & Phamphyliæ civitas, prominet penitùs in altum, conspiciturq; prima terrarum Rhodum à Cilitia petentibus, & procul navium præbet prospectum. T. L. l. 37.*

stea eam partem quæ ad Eubœam est Opuntij Locri invasero

PHRYGIA, *plurali voce, locus in confinio Attica Steph.*

PHTHIOTIS *Thessaliæ pars, ad meridiem verg montem Oetam. Hanc regionem quidam eandem cum H cant: alij disiungunt. Homerus quidem disiungere vid Phthiam Hellademq; sæpiùs dicat: utrum verò regiones, velit, parùm constat. Str. l. 6.*

PIERIA *Macedoniæ regio, à Thracibus olim habitat dem Musis (quæ inde Pierides dictæ) est consecrata. Qu quam defecit genus, Macedones eam regionem occupàru Pieriæ silvæ Macedoniæ haud procul Pella T. L. l. 44. & Thessaliæ Plin. l. 4. meminère.*

PINDVS *Græciæ mons, Macedoniam, Thessaliam, am & Amphilochos contingit, duorum fluminum Achel parens.*

PLATÆA *Bœotiæ urbs, inter Citharonis, cui subi tum & Thebas, iuxta viam quæ Athenas Megarasq; pert civitatis ante Marathoniam pugnam nullum facinus extat. In eo prælio cùm Athenienses adiuvissent: post Xer ciam adventum, cum ijsdem alacriter naves conscenderun postea agro Mardonium cum cæteris Græcis confecerunt. suis pulsi, toties sunt restituti. Primùm per obsidionem bello Peloponnesiaco, alijs interfectis, alijs fuga elapsis: in pacem quàm Græcis à Persarũ rege Antalcidas homo Spa*

cives primùm ab Atheniensibus recepti sunt. Postea verò Macedoniæ rex, victoria ad Chæroneam parta, cùm Thebaum imposuisset, ipsos etiam Plataeenses in pristinas sedes ausanias l. 9.

RON Ætoliæ op. mediterraneum. Plin. l. 4. cap. 2.

IDÆA Corinthiorum in Pallenensi isthmo colonia, bello siaco, ab Atheniensib. ob rebellionem expugnata est, eiectis ab Atheniensib frequentata. Postea cepit eandem Philiponiæ rex, sub idem tempus, quo filius ei Alexander prognastitutam demum urbem, Cassander Macedoniæ rex de suo Sandream appellavit.

DANIA Ætoliæ op. T. L. l. 28.

IÆ Atticæ pagus, trib. Pandionidis. Str. Steph. T. I., conicæ locum vocat.

SIA Laconicæ oppidum maritimum.

IVS Asiæ ad Hellespontum urbs maritima cum portu, n Alexander in Asiam transcendit. Hanc à Milesiis quitan aiunt, eodem quo Abydum & Proconnesum tempore: ens. Str. l. 13.

NE Cariæ urb. Ionica: prope Miletum sita. Herod. 1. Paonis, de numero septem sapientum.

SCHIVM Ætoliæ op. antè Pylene dictum. Strabo

SONITIS insula in delta Nili, novem schœnorum am- l. 2

TE insula parva ante Peloponnesum, Plinius lib. 4. c. 12.

CHIA insula ante Corcyram. Plin. l. 4. c. 12.

NA Macedoniæ in Thermaico sinu civitas. Hanc Archedonum rex ob defectionem captam, 20. stad. à mari transl. lib. 13

S Peloponnesi oppidum, in Messenia regione, Nestoris o- Hinc septimo anno Peloponnesiaci belli Demosthenes Athe- adversus Laconicam communijt, consilio non prudenti soiam felici. id enim occasio fuit, præclaræ Atheniensium de eijs victoriæ, qua nulla superioribus temporibus illis giofædior fuit. Tenuerunt deinceps id castellum præsidio r multos annos Athenienses, donec Siciliensi profligatis ioq; etiam occupatis bello, dum totas vires in Hellespontum : Lacedæmonij terra mariq; Pylum adorti, Messenijs dillum quintodecimo anno, quàm à Demosthene communi-, receperunt. Iavarin Turcis, Italis nautis Zonchium & n dicitur. Leuncl.

GIVM Brutiorum in Italia urbs, ad Siculum posita

fretum: nomen accepisse fertur, à Græco verbo ῥήγνυσθαι, quod rumpi significat: quòd ea pars angustis quondam faucibus Siciliæ adhærens, terra motu, sive (ut Iustin. 4 scribit) maiore impetu superuenit maris, quod toto undarum onere illuc vehitur, avulsa fuerit. Chalcidenses primùm ex Eubœa & Messenij complures, à popularibus invitati, Zanclam venerunt: Zanclæorumq; ope Rhegium captum, eiectis veteribus incolis, ipsi habitârunt. Cùm verò deinceps discordia laborarent, in duas per dissensionem partes civitate divisa: accitiâ parte in auxilium Himerenses, pulsis contra quos vocati erant, & mixijs quoque quibus auxilium tulerant cæsis, urbem occupârunt. Hunc postea urbem illustrem: multarumq; coloniarũ, multorum insignium virorũ parentem, Dionysius solo æquavit: caussatus, quòd virginẽ ibi in matrimonium postulanti, filiam lictoris obtulissent Rhegini. Restituit autem Dionysius iunior, & multis pòst ætatibus Cæsar Augustus. Str. l. 6.

RHENEA *Cycladum insula exigua & deserta, intra quartum ab Delo stadium, Deliorũ continens sepulcra. Str. l. 10. Ntiæ Atheniensis studium in regione coleda, Plutar. in vita eius, tum et alijs factis prædicat, tum quòd cùm theorus esset, traiecerit in Rhenam chorum, victimasq; & reliquũ apparatũ: adhæc pontem Atheni factum atq; eximiè excultum auro, pictura, sertis, tapetibus, deportatis, nocte fretum inter Delum Rheneamq; iunxerit: & prima luce chorum deo magnifica cum pompa cantuq; per pontem traduxerit.*

RHETI *alvei sunt in Attica, cursu fluminibus similes, aqua maris saporem referente. quod quibusdam persuasit, è Chalcidico eos Euripo per continentem fastigio in mare defluere. Rhetos quidam Cereri ac Proserpinæ sacros esse tradunt, nec eos qui ibi nascuntur pisces, cuiquam præter sacerdotes capere licere. Paus. l. 1.*

RHIVM *Achaiæ prom. fauceis Corinthiaci sinus ad mil. p. sex, ut Thuc. septem stad. coarctans.*

RHIVM *Molycricum alterum, quod contra Achaicum procedit, in Locris Ozolis prom. Antirrhium inde à quibusdam appellatur.*

RHOETIVM *Troadis oppidum. Plin Steph.*

RHODVS *insula nobilis, tres olim urbes habuit, Lindum, Ialysum & Camirũ: ex quib. postea anno 21 belli Peloponnesiaci (Diod. 13.) in unam quam Rhodum dixerunt, commigrârunt. Hæc olim civitas optimis legibus, egregioq; tum aliarum rerum, tum verò maritimarum, studio & navalibus copijs floruit. quibus & maris diu imperium obtinuit, piratas sustulit, Romanorum multorumq; regum amicitiam promeruit: qui eam & liberam conservârunt, & donis quamplurimis exornârunt. In his fuit celebris ille inter septem orbis miracula solis colossus: qui postea terræmotu concussus est. eum anno Christi 650, Saraceni, 900 ex eo ære oneratis camelis, sustulerunt.*

RHYPÆ *Achaiæ op. Steph.*

SALAMIS

SALAMIS *clara insula è regione Eleusinis sita, ad Megarici* iam agri fines pertinet. *longitudo secundum Strab.* 70. aut 80. *stadiorum. Hanc in insulam Æginetas à Telamone Aiacis patre deductos traditur: postea verò Athenienſibus à Phylæo Eurysacis filio Aiacis nepote, cùm eum civitate sua donassent, traditam. Salaminios verò multos post annos Athenienses, eo nomine damnatos, quòd dissimulanter hostibus in bello contra Cassandrum & Macedonas faviſſent, urbe delata sedibus eiecerunt. Pausan. 1. De hac insula Megarenſes cum Athenienſibus, tum armis, tum Homeri testimonijs, conſenderunt: quæ apud Str. l. 9. leguntur.*

SALAMIS *Cypri urbs, à Teucro Telamonis filio, ab patre Salamine insula ob mortem Aiacis pulſo, condita, patriæq; nomine appellata. Strabo libro* 14. *Famaugusta quibuſdam hodie esse censetur.*

SAMÆI *Cephalleniæ populus, urbem contra Ithacam insulam* ſitam habent. *Str. l.* 10.

SAMVS *Ionij maris insula à Caribus olim fuit habitata. Poſitum promont. eius est, inter quod & Mycalen Aſiæ* 7. *stad. fretum* interfluit. *Insula hæc omnibus alijs abundans, ſolo vino parùm felix* eſt. *Tyrannus eius inter alios fuit Polycrates; de quo in nominibus* virorum *diximus. Quo tempore Pythagoras philoſophus tyrannidem minimè ferens, relicta patria in Ægyptum & Babylonem diſcendi ſtudio abijt: poſteaque in Italia iuvenum ſtudia æmulantium cœtus habuit. Athenienſes quondam Samios rebellantes, Pericle & Sophocle poeta ducibus, gravi obſidione afflixerunt: ac poſtea duo millia eò colonorum miſerunt, è quibus fuit Neocles Epicuri pater. Str. l.* 14.

SANE *Thraciæ urbs ad montem Athon, ab Andrijs & Chalcienſibus proditione capta, ut ſcribis Plut. in Quæſt. Græc.*

SARDEIS *Lydiæ urbs, Tmolo monti ſubiecta.*

SCANDEA *Cytheriorum navale,* 10. *ſtad. ab urbe diſtans. Pauſan. lib.* 3.

SCOLVS, *Chalcidenſium iuxta Thraciam opp. Olynthio proximum. Str. l.* 9.

SCYLLÆVM *agri Hermionici promont. ab ipſa urbe* 80. *ſtad. procùl remotum. Pauſ. l.* 2.

SCYRVS *Ægæi maris inſula, antiquitatis nomine commendabilis. In ea Neptolemus Achillis filius natus educatusq; eſt. Coluerunt olim inſulam Cares Pelaſgique, ut Steph. ſcribit. Hanc in inſulam cùm Theſeus tempeſtate delatus, à Scyrijs tum ob generis nobilitatem, tum rerum geſtarum magnitudinem, benignè exciperetur: Lycomedes eum per inſidias tollendum curavit. Quæ de cauſa Cimon poſtea Athenienſis dux, Scyrum everſit, & oſſa Theſei Athenas reportavit. Pauſ. lib.* 1.

SELINVS *Siciliæ urbs, nunc Terra Pulicorum dicta. Hanc urbem & eius oram primùm omnium Phœnices tenuisse refert Diod. quibus postmodùm pulsis, Megarenses Siciliæ incolæ duce Pamilo habitarunt. Hæc urbs cùm Egestanos finitimos armis premeret, Athenienses in auxilium sociorum attraxit. Victis verò his, paulò post, anno 242. postquam condita fuit, à Carhaginiensibus, quos Egestani rursus eorum armis coacti acciverant, eversa est: ut Diod. lib. 14. & Paus. lib. 6. prodiderunt.*

SERMYLIS *Scholiastæ Thuc. Sermyle Herod. Sermylia Steph. Chalcidicum circa Athon oppidum.*

SESTVS *Hellesponti op. è regione Abydi.*

SICANI *Siciliæ indigenæ ab Timæo asseruntur, à Philisto, Thucydide, Dionysio, & cæteris ferè omnibus scriptoribus, ex Hispania à Sicoris fluvio, Segra hodie dicto, pervenisse traduntur: & à loco, ut ijdem auctores sunt, sive à Sicano rege, nomen sortiti, ut Solinus ait. Hi è Latio à Liguribus pulsi, Siciliam petiverunt. quam cùm incultam horridamque, sed humanis usibus aptissimam, comperissent, sedibus ibi collocatis habitârunt, Trinacriamque prius à forma nominatam, Sicaniam votarunt. Thom. Fazell. lib. 1. dec. 2.*

SICANVS *Hispaniæ fl. Sicoris Fazello.*

SICYON *Achaiæ in Peloponneso urbs, 20. vel ut alijs placet, 12. stad. à mari (id Corinthiacus sinus est) remota. Sicyonius ager à Corinthio Nemea fl. distinguitur. Plurimum temporis sub tyrannis fuit Sicyon, sed ijs semper moderatis: quorum illustrissimus Aratus civitatem libertate donavit. Strabo lib. 8. Philonides Alexandri cursor, ex Sicyone Elin 1200. stad. novem diei confecit horis: indeque quamvis declivi itinere, tertia noctis hora remensus est sæpiùs. Plin. lib. 2. cap 71.*

SIDVSSA *insula ex adverso Chij. Plinius.*

SIGEVM *Troadis promont. & op. Plin. lib. 5.*

SINGVS *Chalcidica urbs in sinu ad montem Athon sita. Herm. lib. 7.*

SINTI *Thraciæ populus Pæoniæ finitimus: qui priùs Lemnum (ibi Sintij appellati) habitaverat. Schol. Thuc.*

SOLIVM *Acarnaniæ op. Corinthiæ ditionis.*

SOLOENTVM *Siciliæ urbs, à Phœnicibus eodem tempore, quo Motya & Panormus, habitata: in vertice Thalfani montis hodie prorsus iacens cernitur. Eius mœnia circumquaque iacentia, ac templorum ædiumq; privatarum vestigia, columna præterea prostrata ac cisternæ, quæ hodie visuntur, eius præteritam claritatem ostendunt, &c. Fazell. lib. 8. dec. 1.*

SPHACTERIA *seu Sphagia insula parva Pyli portui obiecta. De hac Pausan. lib. 4. Est, inquit, plerunque ita comparatum,*

ut loca

ut loca aliàs obſcura, caſu aliquo hominum celebrata fiant. Nam & Caphareum Euboæ prom. Græcorum ab Ilio redeuntium naufragium nobilitavit: & Pſyttalia puſilla ante Salaminem inſula, non aliunde nota eſt, quàm quòd in eo loco Perſæ propè deleti ſunt. Pari ratione Lacedæmoniorum ad Sphacteriam clades, celebre loci nomen fecit.

STAGIRVS Chalcidenſium iuxta Thraciam urbs, Andriorum colonia & Ariſtotelis Philoſophi patria.

STRONGYLE inſula de numero Æoliarum à forma rotunda nomen habet. ambitur p. m. 10. & totidem ad æſtivos ortus dividitur à Lipara. Hæc inſula perpetuis ignibus ardet, qui tamen noctu ſolùm conſpiciuntur eminus. interdiu verò ab ſolis ſplendore obfuſcantur. Huius inſulæ pars altera ob incendia ſterilis eſt, altera xylino frugiferi q. arboribus referta. Fazell. lib. 1. dec. 1.

STRYMON Thraciæ fl. Macedoniæ terminus, oritur ex Hæmo monte, ut Plinius, ſeu Scomio, ut Thuc. iuxtaq. Amphipolin mari miſcetur.

STYRA plurali voce, urbs Euboæ iuxta Caryſtum, everſa ab Athenienſibus, bello Maliaco. locum Eretrienſes habent. Strabo libro decimo.

SVBOTA parvæ inſulæ ſunt. (tres eſſe, ſic à ſuum multitudine dictas, Schol. Thuc. ait) paulùm ab Epiro diſtantes, contra orientale Corcyræ promont. Leucimnam. Strabo lib. 7.

SVBOTA portus Theſprotidis deſertus. Thuc.

SVNIVM Atticæ terræ prom. à Piræo 42. m. p. diſtans. Plin. libr. 4. cap. 8. Pauſan. 1. In ea, inquit, continentis Græciæ parte, quæ Cycladas inſulas & Ægæum mare ſpectat, Sunium prominet Atticæ promont. in cuius ora portus, in vertice Suniadis Minervæ templum eſt.

SYBARIS Thurini agri in Magna Græcia amnis, inter quem & Crathidem fluvium Sybaris, urbs tum potentia tum luxu & mollitie inſignis, poſita fuit.

SYME Aſiæ minoris inſula, ad Cnidum ſita. Huic inſulæ olim imperitavit Nireus, quem Homerus omnium, qui cum Agamemnone ad Troiam venerunt Græcorum formoſiſſimum prædicat. Diodorus lib. 5.

SYMÆTHVS Siciliæ fl. hodie S. Pauli à ponte eius nominis appellatus, quinq. fontibus non longè à Mene urbe exoritur, auctusq. Buſſario & Paliconia amnibus, Leontinos primò, mox Catinenſes, qui contermini ſunt, alluit agros. Faz. lib. 3. dec. 1.

SYRACVSÆ caput olim & princeps urbium Siciliæ, condita eſt ab Archia Corinthio: qui ex eorum numero, qui ab Alcæo Herculis filio oriundi, Lydiæ imperium ſupra 500. tenuerant annos,

(Herod.

(Herod. libr 1.) cum magna ſuorum manu à Corintho in Sici
vibus advectus, Ortygiam inſulam pulſis Siculis occupavit, ſu
oraculo ſibi datam delegit. Tum creſcente indies multitudi
ſubinde extra inſulam partes additæ ſunt: ut poſtremò ſeri
tus urbis 180. ſtadia contineret: ut lib. 6. Strabo ſcribit. A Cic
Verrinis ſic deſcribitur: Urbem Syracuſas maximam eſſe p
mamque omnium Græcarum urbium, ſæpè audiſtis. eſt ita
tur. Nam & ſitus eſt cùm munito, tum ex omni aditu vel terra
ri præclaro ad aſpectum: & portus habet propè in ædificatio
aſpectuque inclusos: qui cùm diverſos inter ſe aditus habean
tu coniunguntur & confluunt. Eorum coniunctione pars
quæ appellatur Inſula, mari diſiuncta anguſto, ponto rurſum
gitur & continetur. Ea tanta eſt urbs, ut ex quatuor urbibu
mis conſtare dicatur. Hæc Cicero. Quatuor earum urbium
Inſula, Acradina, Tycha, & Neapolis, fuerunt: quarum ſing
berrimè & diligentiſſimè Fazellus Siculus deſcribit. Thucydi
tempore longè quidem maxima urbs ipſa fuit, ipſiſque adeò
nor Athenis: non tamen tanta, quanta tempore inſequente:
inde demùm longè magis aucto imperio, urbs quoque ædificiis
plitudine ſupra modum crevisſet. Totius igitur urbis deſcrip
qui volet, ex Fazello petat. quæ verò ad Thucydidis hiſtorian
nent, ordine deinceps, tum ex Fazello, tum aliis ſcriptoribus,
mus. Daſcon, ſinus fuit in magno Syracuſarum portu: ub
medon dux Athenienſis occubuit. Epipolæ, collis editus & u
præruptus, in ea parte cui Tyche fuit nomen: aditum non
reliquum omne arduum, urbique deſuper imminens. Inde en
urbs ac portus, quin & Pachyni prom. ad dextram, ad ſiniſtr
lorus, Ætna, Calabriæq; montes, ad aſpectum ſubijciuntur.
lus, ſupra Epipolas ac Labdalum ſtadijs circiter duobus, ad e
tem tumulus eſt, undique præruptus. De eodem T. L. lib. 25.
lus eſt, inquit, in extrema parte urbis verſus à mari, viaq; im
ferenti in agros mediterraneaque inſulæ, per commodus ad co
tus excipiendos. Helorina via, nunc Calorina dicta, ad maria
Plemmyrium prom. diſtenditur. Cl. Aretius. Nomen ei vide
ctum, quòd pertingit ad Elorum civitatem: quam ad Pac
prom. ſiam hodieq; Medicam appellari Dominic. Niger in Sicil
rogr. ſcribit. Inſula quæ & Cherſoneſus, ab initio Ortygia app
cùm ab Ætolis primò, deindè Siculis, demùm Græcis fuit oc
peninſula erat, & nondum tota mari circumfluа. Poſtea verò
rante mari, abruptis faucibus inſula eſt facta, & reliquis p
anguſto ponte adiuncta. Hanc urbis partem duo portus, de
poſtea, cingunt. Inſulam ipſam parvam vix ſexcentos paſſus
explere, Fazellus ait. Labdalum in ſumma Epipolarum ver

rat quam Hexapylon T. L. lib. 6. secundi belli Punici nominat. Leon cus versus Leontinos mille ferè passus ab Epipolis remotus: cuius ac ætate nulla vestigia extant. Lepas Acræum supra Euryalum 4. p. arduus mons utrinque rupibus præceps. Hodie mons Crimitis media correpta vulgò appellatur. De eodem Cl. Aretius: Mons est præceps, ex rupe utrinque excisa, cuius frons ad ipsum Euryalum, dextrum latus ad Anapi amnis vada, lævum ad Thapsum vergit. vertex Lepas à Thucydide nominatur. Lysimelea palus est, hodie Pantanella dicta, extra portas Menetidas, quæ Anapum flumen prospiciebant. Hanc Aretius hybernis aquis cœnoque fœdatam, nullum præbere adeuntibus accessum, veris autem æstatisq; caloribus iterum siccari, scribit. Olympicum locus editus & natura munitus erat, in ferè p. post Anapum flumen ad occidentem: in quo templum fuit Olympij Jovis, eius quem Dionysius senior amiculo aureo exuit, & pro eo immecit laneum pallium, dicens: Æstate grave esse aureum amiculum, hyeme frigidum: laneum ad utrumque tempus accommodatum. Plemmyrium prom. 2. m p. ferè post Anapum flumen procurrens, ubi ad septentrionem se flectit, magni portus fauces coarctat. hodie Massa Oliveria appellatur. Portus magnus ad dextrem latus urbis ex Ionio fluit mari, faucibus q. arctissimis vix quingentos patentibus passus (sic Fazellus ait: at Thucyd. lib. 7. octo stadiorum ostium eius esse scribit) constringitur. arctantur fauces, hinc Plemmyrio prom. è regione urbis sito, illinc oppidi vertice, ubi hodie arx est Manacis nomine dicta. In faucibus ipsis, Plemmyrio tamen magis adiacens, parva quædam est insula, ambitu ferè 300. pass quam sancto Martiano Syracusani inscribunt. Portus maior ubi faucibus in mediterraneam partem diffunditur, latitudinem habet 2. m p. ambitum verò 5. m. Ad dexteram mania urbis & fontem Arethusam alluit: ad sinistram viretis & olivetis decoratur: ad extremum Anapo fluvio accommodatur. Portus minor in altera parte urbis, sinistra sui parte orientale insulæ latus, dextra Acradinæ mania percutiebat. Syce oppidulum suburbanum Syracusanorum meridiem versus. Hen. Glareanus in annotat. Livianis Sycen eandem esse ait urbis partem, quam T. L. lib. 24. Thicam appellat. Cl. Aretius, agrum nomine Sinecchamesse, coniectura doceri, ait. Temenites fons est Syracusani agri. Plin. lib. 3. cap. 8. Et Cl. Aretius in Sicil. Chorographia. Stephanus B. locum ad Syracusas sub Epipolis ait esse. Thuc. l. 7. p. 317. inga Temenitis nomen. Trogilus oppidulum suburbanum (locus nunc Targia dicitur, ubi turris proximo annis ædificata) atque Trogilorum portus, de quo Liv. lib. 25. Aretius.

TÆNARVM Laconicæ regionis prom. cum fano Neptuni. Schol. Thuc.

TANA-

TANAGRA *Bœotiæ urbs Thebis vicina, ad Thermedontem amnem. Herod. lib 9.*

TARENTVM *Italiæ in magna Græciæ civitas, in peninſulæ ad ſinum maris, qui Tarentinus inde appellatur, amœnis ferè à Metaponto ſtad. Vrbem hanc Lacedæmonios condidiſſe fertur: de quo Strabo lib. 6.*

TAVLANTII *Illyrica gens circa Epidamnum & Apolloniam, ad Ionium ſita ſinum: libertatem ab Romanis, Genthio rege capto, accepit. T. L. lib. 45.*

TEGEA *Arcadiæ urbs, è novem vicis in unum corpus redacta. Strabo lib. 8.*

TENEDVS *inſula extra Helleſpontum adverſo Sigeo littori adiacet, abeſt à Lesbo 56. m. p. à Sigeo 12. m. p. & 500. Plin. lib. 5. c. 31. Strabo lib. 8. 40. ſtad. ab continente diſſitam, ambitum q. 80. ſtad. urbem Æolicam, & duos portus habere, ſcribit. De hac Maro lib. 2. Æn. Eſt in conſpectu (Troiæ) Tenedos, notiſſima fama Inſula, dives opum Priami dum regna manebant: Nunc tantùm ſinus & ſtatio malefida carinis.*

TENOS *inſula ex numero Cycladum. Strab. 10.*

TEOS, *Tuſum Livio, Ioniæ op. ſitum eſt in peninſula, cuius ſeptentrionale latus Clazomenæ, auſtrinum ipſa obtinet. à Lebedo 120. ſtad. diſſidet. Strabo 14. Thucydides ſanè lib. 7. Teios quaſi inſulam colentes deſcribit, & Plin. libr. 5. cap. 3. Teon inter inſulas numerat. ſed cùm nuſquam alibi inſulam hoc nomine reperiam, peninſulam ipſos pro inſula acceſſiſſe puto.*

TERIAS *Siciliæ fl. caput habet in media ferè inſula triplex, quorum quodlibet ingentem facit fluvium. Tum inter Casanam, 3. m. p. inde, & Symæthum fl. in mare decurris. Fazell. lib. 3. dec. 1.*

THASVS *inſula in ora Thraciam, ab Amphipoli dimidiæ diei navigatione abeſt: ab Lemno 5. m. p. ut Plin. urbem hanc Phœnices condidiſſe Herod. libro ſecundo ait. Thucyd. Parienſium coloniam appellat.*

THAPSVS *peninſula, Manghiſi hodie Saracenorum lingua dicta, portum habet ad iſthmum, quà Syracuſas vergit Fazell.*

THEBÆ *Bœotiæ caput, à Phœnicibus conditæ feruntur. Bœotiam nanque initiò barbari tenuerunt. deinde cum Cadmo advecti Phœnices occuparunt: & Cadmus munita Cadmea regnum poſteris reliquit. Hi Thebas adiecerunt, & pleriſq. Bœotis imperantes, regnum uſque ad Epigonorum bellum conſervarunt. Tum exigno tempore relictis Thebis redierunt. Ab Thracibus verò & Pelaſgis ejecti, cum Arnenſibus in Theſſalia per longum tempus habitarunt. Poſt hæc circa Troiana tempora domum repetierunt, exactiq. Pelaſgis Athenas, Thracibus ad Parnaſſum, urbem regionemque receperunt. Multis poſt*

tis pòſt ætatibus, Perſicum bellum magna clade regionem affecit. Exinde paulatim adeò opibus creverunt Thebani, ut tandem ipſos Lacedæmonios duobus prælijs invictos antea vincerent, deque imperio cum ijſdem certarent. Caſo verò in acie Epaminonda, quo duce res tantas geſſerant, iterum ſpe imperij dejecti: pro Græcis tamen bellum contra Phocenſes, qui Delphicum ſpoliaverant fanum, geſſerunt. Eo bello attritos, Macedones, qui tum Græciam oppugnabant, ſubegerunt. ab his urbs eorum & deleta eſt, & poſtea inſtaurata. Ex eo tempore magis magisq; ipſi Thebani, nunc v. x vici alicuius momenti reſtituent formam. Strabo lib. 9.

THERMA Macedoniæ urbs maritima, in ſinu ſita, qui inde Thermaicus appellatur. Hanc poſtea Caſſander Macedoniæ rex, Theſſalonicam nominavit, quòd ibi rex Philippus Theſſalos devicisſet. Schol. Thuc. & Steph.

THERMOPYLÆ Græciæ ſaltus, qui ſicut Apenini dorſo Italia dividitur, ita mediam Græciam dirimit. Ab Leucade enim & mari ad occidentem verſo, per Ætoliam ad alterum mare objectum tendens, ea aſpreta rupesq; interjectas habet, ut non modo exercitus, ſed ne expediti quidem ſine ullos ad tranſeundum calles invenient. extremos ad orientem montes Oetam vocant, quorum quod altiſſimum eſt, Callidromon appellatur: in cuius valle ad Maliacum ſinum vergente, iter eſt non latius quàm 60. paſſus. hæc una militaris via eſt, qua tranſire exercitus, ſi non prohibeantur, poſſunt. ideò Pylæ, & ab aliis quia calidæ aquæ in ipſis faucibus ſunt, Thermopylæ locus appellatur, nobilis Lacedæmoniorum adverſus Perſas mortis magis memorabili quàm pugna. T. L. l. 36.

THESPIÆ Bœotiæ urbs, ſub montem Heliconem ad auſtrum ſita, Criſſæo ſinui ipſa monſq; imminet. In Theſpienſi agro, 40 ſtad. ab urbe, loco ſublimi & aſpero ad dextram Heliconis, Aſcra patria Heſiodi ſita eſt. Strabo lib. 9.

THESPROTIS Epiri regio, ſupra Acarnaniam in Ionio ſita ſinu. Plin. 4. Str. 7.

THESSALIA Græciæ infra Macedoniam regio, ſepta undiq; montibus, theatrali modo inflexis: ut Plinius ait. Hanc regionem ita deſcribit Strabo lib. 9. Ora Theſſaliæ maritima à Thermopylis uſque ad oſtia Penei & extrema Pelij orientem ſpectat, & promontoria Eubœæ ſeptentrionalia, quæ ad Eubœam vergunt ac Thermopylas, Malienſium ſunt & Phthiotarum Achæorum: quæ ad Pelium, Magnetes habent. Hoc latus Theſſaliæ eſt orientale & maritimum. Ab altera parte à Pelio & Peneo mediterranea verſus Macedones adiacent uſq; ad Pæoniã Epiroticasq; gentes. A Thermopylis ſunt æqualiter undiq; à Macedonibus diſtantes Oetæi & Ætolici montes, uſq; ad Dorienſes & Parnaſſum pertingentes. Latus ergo Macedonibus confine ſeptentrionale

nale eſt, alterum auſtrinum. Occidentem includunt Ætoli, Acarnanes, Amphilochi, Moloſſi, &c. Theſſalicus equitatus optimus ferè ſemper in Græcia habitus fuit. Et oraculo quoque Delphico hanc illam tribuitam Strabo lib 10 *ait, hos referens verſus:*

ἐπτὰν Θετταλικὸν, Λακεδαιμόνιον δ' ἑξακόσιοι
ἀνδρας δ' οἱ πίσεις ὑδατος ἱερῆς ἀρύσεις.

THORICVS *Atticæ pagus maritimus, haud procul Sunio ubi argentaria metalla Athenienſibus reperta. Plinius libro* 37. *ſcribit.*

THRACIA *Europæ regio validiſſima, Macedoniæ & Euxino ponto Iſtroque amne comprehenſa. Herodotus in Terpſich. Gens Thracum, inquit, ſecundum Indos omnium maxima eſt: quæ ſi unus imperio regeretur, aut idem ſentiret, inexpugnabilis foret. quod quia difficile eis nimium eſt, nec ulla via contingere poteſt, ideò imbecilla ſunt. Inter hos otioſum eſſe, pro honeſtiſſimo habetur, agri verò cultorem, pro contemptiſſimo, è bello atque rapto vivere pulcherrimum.*

THRIA *Atticæ pagus in tribu Oeneide. unde Thriaſius campus prope Eleuſinem appellatur. Steph.*

THRONIVM *Opuntiorum Locrorum in ſinu Maliaco eſt oppidum, iuxta quod Boagrius amnis in mare defertur. T. Liv. & Plin.*

THVRIVM *Italiæ in magna Græcia oppidum, ex Sybaritarum urbis ruinis crevit. Sybaritis namque à Crotoniatis finitimis una cum urbe deletis: annos poſt* 58. *Theſſali ibi quidam ſedes fixerunt. qui poſt quintum annum iterum ab Crotoniatis ejecti, Græcorum aliorum, Lacedæmoniorum inprimis & Athenienſium, opem implorabant. Cæterùm cùm Lacedæmonij nihil moverentur, Athenienſes eis decem naves ſubſidio miſerunt. ſimul coloños non ex ſuis modò civibus, ſed aliis quoque Peloponneſi populis adaiderunt. Hi in Italiam venientes, urbem condiderunt, quam à fonte vicino Thurii appellárunt. Nec multò poſt ſeditione inter eos orta, cùm veteres cives ſibi priora iura & honores vendicantes, novos colonos aſpernarentur: hi poſteriores priſtinos cives magna parte deleverunt. Paucis pòſt annis, florente iam urbe, controverſiam ortam, quis coloniæ iſtius conditor haberetur (ex multis namque populis ſcripſi coloni erant) Delphicus Apollo ſe conditorem profeſſus, diremit. Diod. Sic. libr.* 12.

THYR'EA *Peloponneſi in Cynuria agro op. qui medius inter Argivam & Laconicam interiacet regionem. Qua de cauſſa utriſque eum ſibi vendicantibus, perpetua fuit bellorum materia. Hunc tamen ætate Pauſaniæ, ut lib.* 2. *ſcribit, Argivi coluerunt, diſ. equione & iudicio, ut ipſi ferant, receptum. Herodotus libro primo auctor eſt, non Thyream ſolùm, ſed reliquam uſque ad Malæam oram cum*

Cyclo-

eris aliisq; insulis ad Argivos antiquitùs pertinuisse.

THYSSVS *op. in monte Atho situm, regionis quæ Acte voca-*
Thuc. Her.

TOMEVS *Laconicæ mons ad Coryphasium Pyli, scalpro simi-*
Steph.

TRACHIS *Malacum op. sub Oeta monte ab Hercule con-*
m, id in amplissimis campis montibus circumdatum Her. lib. 7.
iis.

TRAGIA *insula prope Samum. Schol. Thuc.*

TERERES *Thraciæ gens, ad septentrionalem Scomij montis par-*
Thucydidi. Plin. lib. 4. cap. 10, Treres Macedoniam accolere scri-
Et Strabo lib. 1. Trerum, qui cum Thracibus habitãt, urbes quasi
Bristonidis paludis inundatione deletas, scribit.

TRIBALLI *Mæsiæ gens bellicosissima, Thraciæ finitima ad Ri-*
m sedes habet. Plin. Arrianus lib. 1.

TRIOPIVM *Cnidiæ regionis promont. Her. lib. 1.*

TRIPODISCVS *vicus Megaridis, sub Geranea monte*
ss. lib. 1.

TRITEA *op. in Locris Ozolis. Plin. lib. 4. cap. 3.*

TROEZEN *Peloponnesi civitas, inter Hermionem & Epidau-*
in Argivo agro, condita est ab Trozene Pelopis filio ibi regnante,
at ab mari 15. stad. Strabo lib. 8.

TROTILVM *Siciliæ op. propter Pantagium flumen, medio*
ere quo Syracusanis itur in Leontinos. hodie Curcuracim. Cl. A-
us.

ZACYNTHVS *Ionij maris insula iuxta Cephalleniam si-*
in circuitu 160. stad. habet. Hac olim Vlyssi Ithacensi subdita fuit.
Strabo lib. 10. tradit. T. L. lib. 26. Zacynthum parvam vocat in-
m, propinquam Ætoliæ, urbem eiusdem cum insula nominis ha-
tem.

ZANCLA. *Vide Messana.*

GEORGII ACACII ENENCKEL IN HISTORIAM THVCYDIDIS ANNOTATIONES.

LIBER PRIMVS.

1. THVCYDIDES ATHENIENSIS) *Xenophontem historicum scribit Diogenes Laertius, cùm libros Thucydidis in sua potestate haberet, possetq; vel suppremere, vel suo sub nomine edere: primum tamen, nihil sibi de his arrogantem, in publicum protulisse. Talem casum veritus procul dubio Thucydides, ne alius minimè Xenophontei ingenij homo, facilè alienum opus sibi vendicare posset: & in principio historiæ, & passim deinceps, nomen suum inseruit. Patriam adiungit, ut se ab alijs eiusdem nominis discernat. Quod cùm non sufficere videatur (nam & lib. 1. pag. 48. Thucydidis cuiusdam Atheniensis, diversi ab nostro, fit mentio) Henricus inde Stephanus colligit, patris quoq; de more additũ fuisse nomen, scriptumq; Thucydides Olori F. Atheniensis, &c. quo sanè satis ab alijs discernitur auctor: & ipse lib. 4. pag. 208 ijsdem penè de se loquitur verbis; Thucydidem Olori, qui hæc conscripsit.*

Conscripsit bellum] *Bellum nimirum omnium ferè historiarum pater est: ut ait Lucianus.*

Speransq;] *Speramus non bona solùm, sed universè futura. Maro lib 4. Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.*

Et superioribus] *Simili propè initio T. Livius secundi belli Punici historiam orditur: In parte operis mei liceat mihi præfari, quod in principio summæ totius professi sunt plerique rerũ scriptores, bellum maximè memorabile omnium quæ unquam gesta sunt me scripturum, quod Carthaginenses cum populo Rom. gesserunt nam neq; validiores opibus ullæ inter se civitates gentesq; contulerunt arma, neq; his ipsis unquam tantũ virium ac robo is fuit, &c. Hoc Livij Exordium ieiunum & frigidum, si cum Thucydidio conferatur, Franc. Portus visum iri putat. Quod mihi minimè videtur: inprimis reputanti, Livianam hanc præfationum, non in principio summæ totius, sed in parte operis institutam, ipsa brevitate commendabilem esse.*

Omni genere apparatus] *De Atheniensium quidem egregio in principio huius belli apparatu & copijs, nemini dubiũ est. at de Pelo-*

ponne-

ijs; quomodo, inquit Scholiastes, adeò instructi fuerunt, cùm ia eguerint? Respicit is haud dubiè ad orationē Archidami, bel- acedæmonijs dissuadentis: ubi Athenienseis quidē ab omni par- mè instructos, ait: Peloponnesios verò in re maritima impares, tò minùs à pecunijs paratos esse, & neq; in publico habere, neq; ato facilè conferre. eo enim præcipuè argumento, quòd impa- t Peloponnesij, à bello eos Archidamus dehortatur. Sed hunc bitat, ut alia, sic inopiam quoq; suorum, ultra modum exagge- Nam quòd eximiè à terrestribus viribus fuerint instructi, ex i- eria patet: cùm 60. millium exercitu Atticam mox initio belli, lutarcho, fuerint ingressi. Pecunia certè non unquam eguisse, inti eius belli annos, leguntur. Navali autem re cùm primo a- tū impares (ut & terrestri Marte Athenienses) fuissent, pòstea ea quoq; parte se hostibus æquarunt. Et Archidami argumen- rvat in eodem concilio contraria oratione Sthenelaidas. Firma manent Thucydidis verba, quòd utriq; egregiè ad bellum, licet bus alij, fuerint instructi.

priùs deliberata] *Alij ita interpretantur: Quòd cæteros se cum alterutris coniungere videret, alios quidem statim, alios facere in animo habere, vel, de eo faciendo deliberare. Quam etationem ne reciperem, verba Thucydidis accuratiùs inspecta nt. Nam primùm universè ait; ὁρῶν τὸ ἄλλο ἑλληνικὸν ξυνιστά- ρὸς ἑκατέρους, cæteros Græcos se coniungi cū alterutris vidisse. b hac generali complexione subsumens, alios statim (ut subdi- socios manifestos utriusq; partis) alios post aliquam delibera- , id fecisse ait. Quòd autem H. Stephanus putat, illos quoq; qui n coniunxerint, post deliberationē id fecisse: hoc ego nego. Deli- us enim περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν πρακτῶν, ut Aristoteles ait, de re inte- triq; arbitrij. Iam pristinis utriusq; partis socijs, Atticis inpri- nimè integra consultatio fuit, utros sequi vellent, multi enim liberū eis fuisset, socios delegissent. Vnde de his ait Thucydides, tinùs cum alterutris coniunctos fuisse. Quibus verò libera con- fuit, hi paulò pòst alteri parti adhæserunt: ut ex lib. 2. pag. 67. t, ubi socios utriusq; partis enumerans Thucydides, Athenien- Lacynthum, Cephalleniam, Acarnaniam, legatos societatis pe- aussa misisse, ait. Item ex Achaeis primò solos Pellenenses Laco- ios secutos ait, inde universos.*

parte barbaros] *Thraces, Getas, Paonas, Asianos. Sicilien- yricos, &c.*

æ hæc antecesserunt] *Tria in exordijs præstanda Fabius ait, lis, ut benevolus, ut attentus, iudex vel auditor reddatur. eo- numquidvis hoc proœmio Thucydides præstat. Docilem audito- ddit; dum mox initiò breviter dilucideque summam historiæ*

indicat; dum toto proœmio statum Græciæ usq; ad sua temp nendo deducit; dum in fine eiusdem, & verā belli huius caus cissimis ostendit, & quas in speciem iactaverint mox enar pollicetur. Benevolum lectorem facit, omnia de se quæ officij storici promittens. Dil gentiam enim ostendit, cùm omnia a ratè pervestigata scribit, aliter ac pleriq; faciunt; qui vel ut solùm, fabulas, poetis magis decoras, quàm incorruptis rer rum monumentis, narrant, vel pigritia quadam studium ex veritatis negligunt. Veritatem verò & fidem commendat, tu num & concionum prodendarum diligentiâ, tum cætera his titudine; quando non, ut quodq; fortè audierit, vel ut conie lerit, literis se mandasse scribit: sed quibus vel ipse interfuer alijs magna diligentia perquisiverit. Prudentiam deniq; su dicium declarat, quando non animorum nudæ voluptati à se ait, sed possessionem potiùs confectam perpetuam, quàm ludi ribus opus accommodatam. Attentionem porrò adquirit, di to ferè proœmio belli magnitudinem, superiorum bellorum tione, extollit. hæc enim in quinque genera, secundum tem riem, distribuens, omnia suo minora bello fuisse contendit. prodigiorum etiam & cladium, tum numero, tum magni bellum gravius fuisse superioribus probat. Hæc tum partiti dicio, tum argumentum est, totius proœmij: quod ut satis l sanè ad res priscas Græcorum cognoscendas utilissimum, exi quæ huic obijcit vitia Dionysius Halicarnasseus, ea minimè T convenire, unusquisq; videre potest, qui eum sano & integ perpendit. Ait enim Dionysius: Thucydidem multis magn prætermissis, proœmium suum ad quingentos versus protra: quæ ante hoc bellum à Græcis sunt gesta, parvi fuisse mome deret. hanc verò non artificiosam amplificationem esse. nec e inter minima excellat, sed quod magna exuperet, verè mag adhæc proœmia notas tantùm esse debere, quibus capita eorum bus dicturi sumus, demonstremus. Sic Dionysius. At ver multa magnaq; ab Thucydide prætermissa sint, non video: n sius ullum ostendit. Sed postea id proœmium corrigens, nil sed detractis solùm quibusdam, cætera ut recta relinquit; tac nihil abesse, confessus. Quod verò de comparationis ratio quòd omnia præcedentia parva fuisse absolutè Thucydides c id falsum est, nec ab Thucydide institutum. Manifestè quip strat, imò argumentis aliquando probat, priorum quoque Græcis gestarum aliquas magnas fuisse. Non autē ab una p rationis de toto, quod Dionysius facit, argumentatio iusta est quissimas enim res Græcorum parvas & humiles fuisse dic dissimile veri est: cùm nulla gens non aliquando parva fuer

ſcura. Poſtea verò paulatim creviſſe, hominum numero, urbibus, opibus, armis, imperijs, ſocijs, rebus geſtis, terra mariq; auctam Græciam, multis argumentis, multis exemplis, oſtendit. Simul hoc unum labore multa utilia nobis & neceſſaria præſtat. Primò nanq; continua comparatione, quantæ quaniæ res præcedentes fuerint, non tamen Peloponeſiaco bello fuiſſe maiores, demonſtrat. Inde pulcerrimè faciem nobis & imaginem priſcæ Græciæ depingit, & hiſtoriam à Poetarum fabulis, veritatem à figmentorum involucris, ſeparando, quid de unoquoq; poſterius credere debeat & ſentire, oſtendit. Deniq; eâdem opera, totâ hiſtoriam ſequentem mirificè illuſtrat, & multa, quæ aliàs per digreſſionem ab hiſtoria fieri debuiſſent, in exordio præmittit. Si enim alioquin gentis alicuius vel civitatis, cuius in hiſtoria mentio occurrit, originem, mores, incrementa, memorari ab Hiſtorico, utile & neceſſarium eſt: quis hoc loco id alienum eſſe putabit, ſi ea gens, cuius longè maximi hic & internecinum ad narrandum propoſitum eſt bellum, paulò diligentiùs deſcribatur? in præfatione præſertim & principio, quod inprimis in hiſtoria liberum eſſe, graviſſimi ſcriptores tradiderunt. Ipſe quidem Dionyſius, tam rigidus Thucididis cenſor, in præfatione ſuæ hiſtoriæ benè longa, argumentum ſe delegiſſe elegans, magnificum, utile oſtenſurus Romanum imperium, de quo ſcribere propoſuit, cõparat cum Aſſyrio, Medico, Perſico, Macedonico, Attico, Lacedæmonio, imperijs; hisq; omnibus illud, velut exemplo Thucydidis, malus fuiſſe contendit. In ipſa verò hiſtoria ſua, de antiquiſſimis Italiæ cultoribus, Aboriginibus, Pelaſgis, Oenotris, &c. dum ſedes ſingulorum & migrationes inveſtigat, dum ab Græcis orundos Romanos, ambitioſo magis quàm utili aut certo labore, contendit: tam copioſus, tam minutus eſt, ut qui eũ carpere vellet, iuſtiùs id profectò & ſpecioſiùs, quàm ipſe Thucydidem reprehendit, facere poſſet.

Quæ hæc anteceſſ.] *Propoſitio ſequentis comparationis belli Peloponneſiaci cum antecedentibus bellis.*

Sive alia] *Vrbes, imperia, reſpublicas, opes.*

Hæc enim regio] *Primum tempus ordiuntur, eorum quæ Troianum antecęſſêre bellum.* 2.

Helladem nominamus] *Hellas & Hellenes vocantur, quæ Latini Græciam & Græcos appellant.*

Terram colerent] Φυτίευσι, *quò hic verbo utitur Thucydides, propriè eſt terram arboribus conſerere; ſicq; Valla & Vinshemius reddunt. Similius tamen vero eſt, Thucydidem omnem terræ culturam, quæ & arborum ſatio continetur, ſignificare voluiſſe.*

Indies] *Id eſt, in ſingulos dies. Sic T. L. lib. 34. Vrbs ea, inquit, ſingula indies talenta vectigal Carthaginenſibus dabat.*

Haud gravatim cedebant] *Ita de Suevis Strabo lib. 17. ait: Cõmunis omnium eſt, qui in iſtis locis degunt, facilis & expedita ſoli mu-*

tatio; ob tenuitatem victus. & quòd neq; agros colunt, neq; fructus recondunt: sed in casis habitant, in unum diem instructis, &c.

Insidiis opportuniores) *Ita Græcos T. Quintius apud Liv. lib. 34 monet: Adversus consentientes nec regem quenquam satis validum nec tyrannum fore. discordiam & seditionem omnia opportuna insidiantibus facere.*

Ob soli sterilitatem) *Ioan. Bodinus in Method. hist. Qui loca sterilia incolunt, inquit in bello sunt strenui milites, in pace ingeniosi opifices, aut mercaturam exercent. ob quam rem Atticus ager sterilis, artium habuit inventores.*

Iidem perpetuò) *Cicero pro Flacco: Atheniensium urbs ea est vetustate, ut ipsa ex sese cives suos genuisse dicatur, & eorum eadem terra parens, altrix, patria, dicatur. Vide & de antiquitate Atheniensium Critiam Platonis.*

Nulla re æquè) *Armis, divitijs, opibus, non perinde celeriter, atq; hominum multitudine, Athenæ creverunt. quod argumento est, magnam eò undiq; hominum multitudinem confluxisse. Idem in Romanæ urbis initijs accidit, quæ celerrimè hominũ multitudine, serò opibus & divitijs, aucta est. Velut, sub Ser. Tullio, qui primæ classis, tanquam ditissimæ, 100. millium æris censum instituit, 80. millia hominum censa T. Liv lib. 1. scripsit.*

Pulsi) *Vt Messenij, Heraclidæ, Alcmæonidæ.*

Acceptiq; in) *Prisci Athenienses facilè cuivis civitatem (ut & initiò Romani) largiebantur: postea non item. Ad civitatem enim cum peregrino communicandam, sex millia civium occultis suffragijs consentire debuisse, Demosthenes contra Eubulidem auctor est.*

Cùm sese illi) *Ita ex sententia clarissimi viri M. Crusii, Præceptoris mei, converti: qui αὐτὸς, non αὐτὸς, iudicat legendum. Æm. Portus, retento αὐτὸς, convertit: Cùm cæteri Thessaliæ populi eos in alias civitates auxilij caussa accerserent. Sed hoc non de Thessalis accipiendum, verba coniuncta evincunt. nam ait, τῶν παίδων ἰσχυσάντων καὶ ἐπαγομένων. Proinde utraq; vox coniuncta copula, ad eosdem, Hellenem videl. & liberos, refertur.*

Magno intervallo) *Homerum annis 168. post Troianum bellum vixisse, tradit Herodotus. Eusebius plurimas & diversissimas de temporibus Homeri opiniones fuisse, ait. alios ante Heraclidarum descensum, alios 100, alios 180, alios 240. annos, post Troiam captam, alios paulò ante Olympiadum initium, referre.*

Et Argivos) *Argei sive Argivi antiquitùs omnes Græci dicti sunt, Plutarchus in quæst. Roman.*

Nec barbarorum) *Iliad. 6 tamen Cares vocat βαρβαροφώνους. Posteriore autem tempore, reliquas omnes extra Græciam gentes barbaros appellarunt. Ita P. Iovius & alij quidam Itali, omnes alios præ se*

populos

bos pro barbaris vana ambitione contemnunt. Quibus respondet, quod Anacharsis, obijcienti Scythas esse barbaros, respondit: Atqui quidem in Græcia pro barbaris haberi, at vicissim apud Scythas Græcos barbaros esse. Omnium verè levissimè N. Machiavellus animum, cùm Germanos in suo Principe barbaras voces, eosdem in Liviani commentarijs, Italis, Gallis, Hispanis (quos gentium suavissimas vocat) longè præfert. Enimverò barbarus est, quisquis humanitate & virtute alienus est, quacunque terrarum parte vel degat.

ontinentis oram) Continens interim omnem terram simplicitra mare distinguit: interim, ut hoc loco, terra præter insulas nens appellatur. Ita T. Liv. lib. 31. dicit: Non continentis modò , sed etiam insulas.

obro daretur) Cæsar lib. 6. bell. Gall. de Germanis: Latrocinia non habent infamiam, quæ extra fines cuiusq; civitatis fiunt: atq; ventutis exercendæ & desidiæ minuendæ causa fieri prædicant. ubiquis ex principibus in concilio dixit, se ducem fore, qui sequi t, profiteantur: considunt qui ij, qui & causam & hominem prosunt, & auxilium pollicentur, &c. Simile de Tartaris hodiernis mundus B. Herbersteinius in commentarijs rerum Moscovitica scribens: Vae in loco, inquit, non diu commorantur; ait gravem felicitatem, diu in eodem loco hærere. Unde irati quandoq; libaveis malum imprecaturi, dicere solent: ut in eodem loco perpo enquam Christianus hæreas. Quare depastis uno in loco pascuis, rmentis, uxoribus, & liberis, quos in plaustris secum circumvealiò migrant. Iustitia apud illos nulla est. nam ut quisq; re alienda guarus, eam ab alijs impunè rapere potest. Si quis apud de vi illata, iniuria queritur, rem non repetit, sed ea re se cetur in posse dicit. Tum iudex talem proferre sententiam solet: Si tu re aliqua egueris, rapta ab alijs.

uadam moderat.) Vt cædibus scilicet & incendijs abstinea-

quid prædones) Ita Nestor apud Homerum Odyss. 3. Telemacho alloquitur:

Ὦξεινε. τίνες ἐστέ; πόθεν πλεῖθ' ὑγρὰ νῶτα θαλάσσης;
Ἦ τί κατὰ πρῆξιν, ἢ μαψιδίως ἀλάλησθε;
Οἷά τε λῃστῆρες ὑπεὶρ ἅλα; τοὶ δ' ἀλόωντες
Ψυχὰς παρθέμενοι, κακὰν ἀλλοδαποῖσι φέροντες.

rum barbarorum) Τὸ τοῦ ξενοφοβεῖσθαι, quod nunc passim 4.
nes mores receptum est) Aristoteles quoquo lib. 7. Polit. cap. 2. ὁμοήθειαν appellat.

torquere) Sic ne in acutum utrinq; desinat pars capilli.

pulentiores æqual.) De eodem Arist. lib. 4. Polit. cap. 9. Di-

TANAGRA *Bœotiæ urbs Thebis vicina, ad Thermedontem amnem. Herod. lib. 9.*

TARENTVM *Italiæ in magna Græcia civitas, in peninſula ad ſinum maris, qui Tarentinus inde appellatur, antiquis fermè à Meſaponto ſtad. Vi bem hanc Lacedæmonios condidiſſe fertur: de quo Strabo lib. 6.*

TAVLANTII *Illyrica gens circa Epidamnum & Apolloniam, ad Ionium ſita ſinum: libertatem ab Romanis, Gentio rege capto, accepit. T. L. lib. 45.*

TEGEA *Arcadiæ urbs, è novem vicis in unum corpus redacta. Strabo lib. 8.*

TENEDVS *inſula extra Helleſpontum adverſo Sigeo littori adiacet, abeſt à Lesbo 56. m. p. à Sigeo 12. m. p. & 500. Plin. lib. 5. c. 31. Strabo lib. 8. 40. ſtad. ab continente diſſitam, ambitumq; 80. ſtad. urbem Æolicam, & duos portus habere, ſcribit. De hac Maro lib. 2. Æn. Eſt in conſpectu (Troiæ) Tenedos, notiſſima fama Inſula, dives opum Priami dum regna manebant: Nunc tantùm ſinus & ſtatio malefida carinis.*

TENOS *inſula ex numero Cycladum. Strab. 10.*

TEOS, *Teium Livio, Ioniæ op. ſitum eſt in peninſula, cuius ſeptentrionale latus Clazomenæ, auſtrinum ipſa obtinet. à Lebedo 120. ſtad. diſſidet. Strabo 14. Thucydides ſanè lib. 7. Teios quaſi inſulam colentes deſcribit, & Plin. libr. 5. cap. 3. Teon inter inſulas numerat. ſed cùm nuſquam alibi inſulam hoc nomine reperiam, peninſulam ipſos pro inſula accepiſſe puto.*

TERIAS *Siciliæ fl. caput habet in media ferè inſula triplex, quorum quodlibet ingentem facit fluvium. Tum inter Catanam, 3. m. p. inde, & Symæthum fl. in mare decurris. Fazell. lib. 3. dec. 1.*

THASVS *inſula in ora Thraciam; ab Amphipoli dimidia diei navigatione abeſt: ab Lemno 5. m. p. ut Plin. urbem hanc Phœnices condidiſſe Herod. libro ſecundo ait. Thucyd. Parierum coloniam appellat.*

THAPSVS *peninſula, Manghiſi hodie Saracenorum lingua dicta, portum habet ad iſthmum, quà Syracuſas vergit Fazell.*

THEBÆ *Bœotiæ caput, à Phœnicibus conditæ ferunt. Bœotiam nanque initio barbari tenuerunt. deinde cum Cadmo advecti Phœnices occupárunt: & Cadmus munita Cadmea regnum poſteris reliquit. Hi Thebas adiecerunt, & pleriſq; Bœotis imperantes, regnum uſque ad Epigonorum bellum conſervarunt. Tum exiguo tempore relictis Thebis redierunt. Ab Thracibus verò & Pelaſgis ejecti, cum Arneniſibus in Theſſalia per longum tempus habitarunt. Poſt hæc circa Troiana tempora domum repetierunt, exactiq; Pelaſgis Athenas, Thracibus ad Parnaſſum, urbem regionemque receperunt. Mul-*

tis poſt

tis pòſt ætatibus, Perſicum bellum magna clade regionem affecit. Exinde paulatim adeò opibus creverunt Thebani, ut tandem ipſos Lacedæmonios duobus prælijs invictos antea vincerent, deq́ue imperio cum ijſdem certarent. Cæſo verò in acie Epaminonda, quo duce res tantas geſſerant, iterum ſpe imperij dejecti: pro Græcis tamen bellum contra Phocenſes, qui Delphicum ſpoliaverant fanum, geſſerunt. Eo bello attriti, Macedones, qui tum Græciam oppugnabant, ſubegerunt. ab his urbs eorum & deleta eſt, & poſtea inſtaurata. Ex eo tempore magis magisq́; ipſi Thebani, nunc v.x vici alicuius momenti retinent formam. Strabo lib. 9.

THERMA Macedoniæ urbs maritima, in ſinu ſita, qui inde Thermaicus appellatur. Hanc poſtea Caſſander Macedoniæ rex, Theſſalonicam nominavit, quòd ibi rex Philippus Theſſalos devicisſet. Schol Thuc. & Steph.

THERMOPYLÆ Græciæ ſaltus, qui ſicut Apenini dorſo Italia dividitur, ita mediam Græciam dirimit. Ab Leucade enim & mari ad occidentem verſo, per Ætoliam ad alterum mare objectum tendens, ea aſpreta rupeſq́ue intersectas habet, ut non modo exercitus, ſed ne expeditis quidem facile ullos ad tranſeundum calles invenias. extremos ad orientem montes Oetam vocant, quorum quod altiſſimum eſt, Callidromon appellatur: in cuius valle ad Maliacum ſinum vergente, iter eſt non latius quàm 60. paſſus. hæc una militaris via eſt, qua tranſeuntes exercitus, ſi non prohibeantur, poſſunt. ideò Pylæ, & ab alijs quia calidæ aquæ in ipſis faucibus ſunt, Thermopylæ locus appellatur, nobilis Lacedæmoniorum adverſus Perſas morte magis memorabili, quàm pugna. T. L. 36.

THESPIÆ Bœotiæ urbs, ſub montem Heliconem ad auſtrum ſita, Criſſæo ſinus ipſa mons q́; imminet. In Theſpienſi agro, 40. ſtad. ab urbe, loco ſublimi & aſpero ad dextram Heliconis, Aſcra patria Heſiodi ſita eſt. Strabo lib. 9.

THESPROTIS Epiri regio, ſupra Acarnaniam in Ionio ſita ſinu. Plin. 4. Str. 7.

THESSALIA Græciæ infra Macedoniam regio, ſepta undiq́; montibus, theatralis modo inflexis: ut Plinius ait. Hanc regionem ita deſcribit Strabo lib. 9. Ora Theſſaliæ maritima à Thermopylis uſque ad oſtia Penei & extrema Pelij orientem ſpectat, & promontoria Eubœæ ſeptentrionalia, quæ ad Eubœam vergunt ac Thermopylas, Malienſium ſunt & Phthiotarum Achæorum: quæ ad Pelium, Magnetes habent. Hoc latus Theſſaliæ eſt orientale & maritimum. Ab altera parte à Pelio & Peneo mediterranea verſus Macedones adjacens uſq; ad Pæoniã Epiroticasq́; gentes. A Thermopylis ſunt æqualiter undiq; à Macedonibus diſtantes Oetæi & Ætolici montes, uſq; ad Dorienſes & Parnaſſum pertingentes. Latus ergo Macedonibus confine ſeptentrionale

nale est, alterum austrinum. Occiduum includunt Ætoli, Acarnanes, Amphilochi, Molossi, &c. Thessalicus equitatus optimus ferè semper in Græcia habitus fuit. Et oraculo quoque Delphico hanc ei laudem tributam Strabo lib 10. *ait, hos referens versus:*

ἵππων Θεσσαλικὸν, Λακεδαιμονίαν δὲ γυναῖκα
ἄνδρας θ' οἱ πίνουσιν ὕδωρ ἱερῆς ἀρεθούσης.

THORICVS *Atticæ pagus maritimus, haud procul Sunio ubi argentaria metalla Athenienſibus reperta. Plinius libro* 37. *scribit.*

THRACIA *Europæ regio validissima, Macedonia & Euxino ponto Istroque amne comprehensa. Herodotus in Terpsich. Gens Thracum, inquit, secundum Indos omnium maxima est: quæ si aut unius imperio regeretur, aut idem sentiret, inexpugnabilis foret. quod quia difficile eis nimium est, nec ulla via contingere potest, ideò imbecilles fiunt. Inter hos otiosum esse, pro honestissimo habetur, agri verò cultorem, pro contemptissimo, è bello atque rapto vivere pulcerrimum.*

THRIA *Atticæ pagus in tribu Oeneide. unde Thriasius campus prope Eleusinem appellatur. Steph.*

THRONIVM *Opuntiorum Locrorum in sinu Maliaco est oppidum, iuxta quod Boagrius amnis in mare defertur. T. Liv. & Plin.*

THVRIVM *Italiæ in magna Græcia oppidum, ex Sybaritarum urbis ruinis crevit. Sybaritis nanque à Crotoniatis finitimis unà cum urbe deletis: annos post* 58. *Thessali ibi quidam sedes fixerunt. qui post quintum annum iterum ab Crotoniatis eiecti, Græcorum aliorum, Lacedæmoniorum inprimis & Atheniensium, opem implorabant. Cæterùm cùm Lacedæmonij nihil moverentur, Athenienses eis decem naves subsidio miserunt. simul colonos non ex suis modò civibus, sed alijs quoque Peloponnesi populis addiderunt. Hi in Italiam venientes, urbem condiderunt, quam à fonte vicino Thurium appellârunt. Nec multò pòst seditione inter eos orta, cùm veteres cives sibi priora iura & honores vendicantes, novos colonos aspernarentur: hi posteriores pristinos cives magna parte deleverunt. Paucis pòst annis, florente iam urbe, controversiam ortam, quis coloniæ istius conditor haberetur (ex multis nanque populis scripti coloni erant) Delphicus Apollo se conditorem professus, diremit. Diod. Sic. libr.* 12.

THYR'EA *Peloponnesi in Cynurio agro op. qui medius inter Argivam & Laconicam interiacet regionem. Qua de caussa utrisque eum sibi vendicantibus, perpetua fuit bellorum materia. Hunc tamen ætate Pausaniæ, ut lib.* 2. *scribit, Argivi coluerunt, disceptatione & iudicio, ut ipsi ferant, receptum. Herodotus libro primo auctor est, non Thyream solùm, sed reliquam usque ad Maleam oram cum*

Cytho-

ris aliisq; insulis ad Argivos antiquitùs pertinuisse.

HYSSVS *op. in monte Atho situm, regionis quæ Acte voca-*
Thuc. Her.

OMEVS *Laconicæ mons ad Coryphasium Pyli, scalpro simi-*
eph.

RACHIS *Mastacum op. sub Oeta monte ab Hercule con-*
, id in amplissimis campis montibus circumdatum Her. lib. 7.
s.

RAGIA *insula prope Samum. Schol. Thuc.*

ERERES *Thraciæ gens, ad septentrionalem Scotij montis par-*
Thucydidi. Plin. lib. 4. cap. 10, Treres Macedoniam accolere scri-
lt Strabo lib. 1. Trerum, qui cum Thracibus habitat, urbes quasi
Bristonidis paludis inundatione deletas, scribit.

RIBALLI *Mæsiæ gens bellicosissima, Thraciæ finitima ad Ro-*
n sedes habet. Plin. Arrianus lib. 1.

RIOPIVM *Cnidiæ regionis promont. Her. lib. 1.*

RIPODISCVS *vicus Megaridis, sub Geranea monte*
f. lib. 1.

RITEA *op. in Locris Ozolis. Plin. lib. 4. cap. 3.*

ROEZEN *Peloponnesi civitas, inter Hermionem & Epidau-*
in Argivo agro, condita est ab Trœzene Pelopis filio ibi regnante,
t ab mari 15. stad. Strabo lib. 8.

ROTILVM *Siciliæ op. propter Pantagium flumen, medio*
re quo Syracusanis itur in Leontinos. hodie Curcuracim. Cl. A-
s.

ACYNTHVS *Ionij maris insula iuxta Cephalleniam si-*
s circuitu 160. stad. habet. Hac olim Vlyssi Ithacensi subdita fuit
trabo lib. 10. tradit. T. L. lib. 26. Zacynthum parvam vocem in-
, propinquam Ætoliæ, urbem eiusdem cum insula nominis ha-
em.

ANCLA. *Vide Messana*

GEORGII ACACII ENENCKEL IN HISTORIAM THVCYDIDIS ANNOTATIONES.

LIBER PRIMVS.

1. THVCYDIDES ATHENIENSIS) *Xenophontem historicum scribit Diogenes Laertius, cùm libros Thucydidis in sua potestate haberet, possetq; vel supprimere, vel suo sub nomine edere: primum tamen, nihil sibi de his arrogantem, in publicum protulisse. Talem casum veritus procul dubio Thucydides, ne alius minimè Xenophontei ingenij homo, facilè alienum opus sibi vendicare posset: & in principio historiæ, & passim deinceps, nomen suum inseruit. Patriam adiungit, ut se ab alijs eiusdem nominis discernat. Quod cùm non sufficere videatur (nam & lib. 1. pag. 48. Thucydidis cuiusdam Atheniensis, diversi ab nostro, fit mentio) Henricus inde Stephanus colligit, patris quoq; de more additũ fuisse nomen, scriptumq; Thucydides Olori F. Atheniensis, &c. quo sanè satis ab alijs discernitur auctor: & ipse lib. 4. pag. 208 ijsdem penè de se loquitur verbis; Thucydidem Olori, qui hæc conscripsit.*

Conscripsit bellum] *Bellum nimirum omnium ferè historiarum pater est: ut ait Lucianus.*

Speransq;] *Speramus non bona solùm, sed universè futura. Maro lib. 4. Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.*

Et superioribus] *Simili propè initio T. Livius secundi belli Punici historiam orditur: In parte operis mei liceat mihi præfari, quod in principio summæ totius professi sunt plerique rerũ scriptores, bellum maximè memorabile omnium quæ unquam gesta sunt me scripturum, quod Carthaginenses cum populo Rom. gesserunt nam neq; validiores opibus ullæ inter se civitates gentesq; contulerunt arma, neq; his ipsis unquam tantũ virium ac robo is fuit, &c. Hoc Livij Exordium ieiunum & frigidum, si cum Thucydidio conferatur, Franc. Portus visum iri putat. Quod mihi minimè videtur: inprimis reputanti, Livianam hanc præfationum, non in principio summæ totius, sed in parte operis institutam, ipsa brevitate commendabilem esse.*

Omni genere apparatus] *De Atheniensium quidem egregio in principio huius belli apparatu & copijs, nemini dubiũ est. at de Pelo-*

ponne-

ponnesijs; quomodo, inquit Scholiastes, adeò instructi fuerunt, cùm pecunia egerint? Respicit is haud dubiè ad orationẽ Archidami, bellum Lacedæmonijs dissuadentis: ubi Athenienſeis quidẽ ab omni parte optimè instructos, ait: Peloponnesios verò in re maritima impares, & multò minùs à pecunijs paratos esse, & neq; in publico habere, neq; ex privato facilè conferre. eo enim præcipuè argumento, quòd impares sint Peloponnesij, à bello eos Archidamus dehortatur. Sed hunc quis dubitat, ut alia, sic inopiam quoq; suorum, ultra modum exaggerasse? Nam quòd eximiè à terrestribus viribus fuerint instructi, ex ipsa historia patet: cùm 60. millium exercitu Atticam mox initio belli, teste Plutarcho, fuerint ingressi. Pecunia certè non unquam eguisse, per viginti eius belli annos, legimur. Navali autem re cùm primo aliquantũ impares (ut & terrestri Marte Athenienses) fuissent, postea tamen ea quoq; parte se hostibus æquarunt. Et Archidami argumentum elevat in eodem concilio contraria oratione Sthenelaidas. Firma igitur manent Thucydidis verba, quòd utrig; egregiè ad bellum, licet alijs rebus alij, fuerint instructi.

Re prius deliberata] *Alij ita interpretantur: Quòd cæteros Græcos se cum alterutris coniungere videret, alios quidem statim, alios verò id facere in animo habere, vel, de eo faciendo deliberare. Quam interpretationem ne reciperem, verba Thucydidis accuratiùs inspecta fecerunt. Nam primùm universè ait;* ὁρῶν τὸ ἄλλο ἑλληνικὸν ξυνισάμενον πρὸς ἑκατέρους, *cæteros Græcos se coniungi cũ alterutris vidisse. Inde sub hac generali complexione subsumens, alios statim (ut subditos & socios manifestos utriusq; partis) alios post aliquam deliberationem, id fecisse ait. Quòd autem H. Stephanus putat, illos quoq; qui statim coniunxerint, post deliberationẽ id fecisse: hoc ego nego. Deliberamus enim* περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν μελλόντων, *ut Aristoteles ait, de re integra nostrij arbitrij. Iam pristinis utriusq; partis socijs, Atticis imprimis, minimè integra consultatio fuit, utros sequi vellent, multi enim alios, si liberũ eis fuisset, socios delegissent. Vnde de his ait Thucydides, eos protinùs cum alterutris coniunctos fuisse. Quibus verò libera consultatio fuit, hi paulò pòst alteri parti adhæserunt: ut ex lib. 2. pag. 67. apparet, ubi socios utriusq; partis enumerans Thucydides, Athenienses in Zacynthum, Cephalleniam, Acarnaniam, legates societatis petendæ causſa misisse, ait. Item ex Achais primò solos Pellenenses Lacedæmonios secutos ait, inde universos.*

Ex parte barbaros] *Thraces, Getas, Paonas, Afianes. Siculienses, Illyrios, &c.*

Quæ hæc antecesserunt] *Tria in exordijs præstanda Fabius ait, ut docilis, ut benevolus, ut attentus, sudex vel auditor reddatur. eorum unumquodvis hoc proœmio Thucydides præstat. Docilem auditorem reddit; dum mox initio breviter dilucideq; summam historiæ*

indicat; dum toto proœmio statum Græciæ usq; ad sua tempora exponendo deducit; dum in fine eiusdem, & verā belli huius caussam paucissimis ostendit, & quas in speciem iactaverint mox enarraturum pollicetur. Benevolum lectorem facit, omnia de se quæ officij sunt Historici promittens. Diligentiam enim ostendit, cùm omnia ab se accuratè pervestigata scribit, aliter ac plerique faciunt; qui vel ut oblectent solùm, fabulas, poetis magis decoras, quàm incorruptis rerum gestarum monumentis, narrant, vel pigritia quadam studium exquisitum veritatis negligunt. Veritatem verò & fidem commendat, tum orationum & concionum prodendarum diligentiâ, tum cæteræ historiæ certitudine; quando non, ut quodq; fortè audierit, vel ut coniectura tulerit, literis se mandasse scribit: sed quibus vel ipse interfuerit, vel ab alijs magna diligentia perquisiverit. Prudentiam deniq; suam & iudicium declarat, quando non animorum nudæ voluptati à se servitum ait, sed possessionem potiùs confectam perpetuam, quam ludicrum auribus opus accommodatam. Attentionem porrò adquirit, dum hoc toto ferè proœmio belli magnitudinem, superiorum bellorum comparatione, extollit. hæc enim in quinque genera, secundum temporum iriem, distribuens, omnia suo minora bello fuisse contendit. Denique prodigiorum etiam & cladium, tum numero, tum magnitudine, id bellum gravius fuisse superioribus probat. Hæc tum partitio, meo iudicio, tum argumentum est, totius proœmij: quod ut satis longum, sic sanè ad res priscas Græcorum cognoscendas utilissimum, existit. Nam quæ huic obijcit vitia Dionysius Halicarnasseus, ea minimè Thucydidi convenire, unusquisq; videre potest, qui eum sano & integro iudicio perpendit. Ait enim Dionysius: Thucydidem multis magnisq; rebus prætermissis, proœmium suum ad quingentos versus protraxisse, ut ea quæ ante hoc bellum à Græcis sunt gesta, parvi fuisse momenti ostenderet. hanc verò non artificiosam amplificationem esse. nec enim quod inter minima excellat, sed quod magna exuperet, verè magnum esse. adhæc proœmia notas tantùm esse debere, quibus capita eorum, de quibus dicturi sumus, demonstremus. Sic Dionysius. At verò quæ illa multa magnaq; ab Thucydide prætermissa sint, non video: nec Dionysius ullum ostendit. Sed postea id proœmium corrigens, nihil adijcit, sed detractis solùm quibusdam, cætera ut recta relinquit; tacitè quasi, nihil abesse, confessus. Quod verò de comparationis ratione dicit, quòd omnia præcedentia parva fuisse absolutè Thucydides contendat: id falsum est, nec ab Thucydide institutum. Manifestè quippe demōstrat, imò argumentis aliquando probat, priorum quoque rerum ab Græcis gestarum aliquas magnas fuisse. Non autē ab una parte narrationis de toto, quod Dionysius facit, argumentatio iusta est. Antiquissimas enim res Græcorum parvas & humiles fuisse dicit. nec id dissimile veri est: cùm nulla gens non aliquando parva fuerit & obscura-

ſcura. Poſtea verò paulatim creviſſe, hominum numero, urbibus, opibus, armis, imperijs, ſocijs, rebus geſtis, terra mariq; auctam Græciam, multis argumentis, multis exemplis, oſtendit. Simul hoc uno labore multa utilia nobis & neceſſaria præſtat. Primò nanq; continua comparatione, quantæ quantæ res præcedentes fuerint non tamen Peloponneſiaco bello fuiſſe maiores, demonſtrat. Inde pulcerrimè faciem nobis & imaginem priſcæ Græciæ depingit, & hiſtoriam à Poetarum fabulis, veritatem à figmentorum involucris, ſeparando, quid de unoquoq; poſterius credere debeat & ſentire, oſtendit. Denig, eâdem opera, totã hiſtoriam ſequentem mirificè illuſtrat, & multa, quæ alias per digreſſionem ab hiſtoria fieri debuiſſent, in exordio præmittit. Si enim alioquin gentis alicuius vel civitatis, cuius in hiſtoria mentio occurrit, originem, mores, incrementa, memorari ab Hiſtorico, utile & neceſſarium eſt: quis hoc loco id alienum eſſe putabit, ſi ea gens, cuius longè maximis hic & internecinum ad narrandum propoſitum eſt bellum, paulò diligentiùs deſcribatur? in præfatione præſertim & principio, quod inprimis in hiſtoria liberum eſſe, graviſſimi ſcriptores tradiderunt. Ipſe quidem Dionyſius, tam rigidus Thucididis cenſor, in præfatione ſuæ hiſtoriæ benè longa, argumentum ſe delegiſſe elegans, magnificum, utile oſtenſurus Romanum imperium, de quo ſcribere propoſuit, cõparat cum Aſſyrio, Medico, Perſico, Macedonico, Attico, Lacedæmonio, imperijs; his q; omnibus illud, velut exemplo Thucydidis, maius fuiſſe contendit. In ipſa verò hiſtoria ſua, de antiquiſſimis Italiæ cultoribus, Aboriginibus, Pelaſgis, Oenotris, &c. dum ſedes ſingulorum & migrationes inveſtigat, dum ab Græcis oriundos Romanos, ambitioſo magis quàm utili aut certo labore, contendit: tam copioſus, tam minutus eſt, ut qui eũ carpere vellet, inſtiſſis id profectò & ſpecioſiùs, quàm ipſe Thucydidem reprehendit, facere poſſet.

Quæ hæc antecefſit.] *Propoſitio ſequentis comparationis belli Peloponneſiaci cum antecedentibus bellis.*

Sive alia] *Vrbes, imperia, reſpublicas, opes.*

Hæc enim regio] *Primum tempus orditur, eorum quæ Troianum antecèſſêre bellum.* 1. 2.

Helladem nominamus] *Hellas & Hellenes vocantur, quæ Latini Græciam & Græcos appellant.*

Terram colerent] Φυτίευον, *quò hîc verbo utitur Thucydides, propriè eſt terram arboribus conſerere; ſicq; Valla & Vinshemius reddunt. Similius tamen vero eſt, Thucydidem omnem terræ culturam, quæ & arborum ſatio continetur, ſignificare voluiſſe.*

Indies] *Id eſt, in ſingulos dies. Sic T. L. lib. 34. Vrbs ea, inquit, ſingula indies talenta vectigal Carthaginenſibus dabat.*

Haud gravatim cedebant] *Ita de Suevis Strabo lib. 17. ait: Cõmunis omnium eſt, qui in iſtis locis degunt, facilis & expedita ſoli mu-*

tatio; ob tenuitatem victus. & quòd neq; agros colunt, neq; fructus recondunt: sed in casis habitant, in unum diem instructis, &c.

Insidiis opportuniores) *Ita Græcos T. Quintius apud Liv. lib. 34 monet: Adversus consentientes nec regem quenquam satis validum nec tyrannum fore. discordiam & seditionem omnia opportuna insidiantibus facere.*

Ob soli sterilitatem) *Ioan. Bodinus in Method. hist. Qui loca sterilia incolunt, inquit in bello sunt strenui milites, in pace ingeniosi opifices, aut mercaturam exercent. ob quam rem Atticus ager sterilis, artium habuit inventores.*

Iidem perpetuò) *Cicero pro Flacco: Atheniensium urbs ea est vetustate, ut ipsa ex sese cives suos genuisse dicatur, & eorum eadem terra parens, altrix, patria, dicatur. Vide & de antiquitate Atheniensium Critiam Platonis.*

Nulla re æquè) *Armis, divitijs, opibus, non perinde celeriter, atq; hominum multitudine, Athenæ creverunt. quod argumento est, magnam eò undiq; hominum multitudinem confluxisse. Idem in Romanæ urbis initijs accidit, quæ celerrimè hominũ multitudine, serò opibus & divitijs, aucta est. Velut, sub Ser. Tullio, qui primæ classis, tanquam ditissimæ, 100. millium æris censum instituit, 80. millia hominum censa T. Liv lib. 1. scripsit.*

Pulsi) *Vt Messenij, Heraclidæ, Alcmæonidæ.*

Acceptiq; in) *Prisci Athenienses facilè cuivis civitatem (ut & initiò Romani) largiebantur: postea non item. Ad civitatem enim cum peregrino communicandam, sex millia civium occultis suffragijs consentire debuisse, Demosthenes contra Eubulidem auctor est.*

Cùm sese illi) *Ita ex sententia clarissimi viri M. Crusii, Præceptoris mei, converti: qui ἀυτὲς, non ἀυτὲς, iudicat legendum. Æm. Portus, retento ἀυτὲς, convertit: Cùm cæteri Thessaliæ populi eos in alias civitates auxilij caussa accerserent. Sed hoc non de Thessalis accipiendum, verba coniuncta evincunt. nam ait, τῶν παίδων ἐσχυτάντων καὶ ἐπαγομένων. Proinde utraq; vox coniuncta copula, ad eosdem, Hellenem videl. & liberos, refertur.*

Magno intervallo) *Homerum annis 168. post Troianum bellum vixisse, tradit Herodotus. Eusebius plurimas & diversissimas de temporibus Homeri opiniones fuisse, ait. alios ante Heraclidarum descensum, alios 100, alios 180, alios 240. annos, post Troiam captam, alios paulò ante Olympiadum initium, referre.*

Et Argivos) *Argei sive Argivi antiquitùs omnes Græci dicti sunt. Plutarchus in quæst. Roman.*

Nec barbarorum) *Iliad. 6 tamen Cares vocat βαρβαροφώνους. Posteriore autem tempore, reliquas omnes extra Græciam gentes barbaros appellarunt. Ita P. Iovius & alij quidam Itali, omnes alios præ se*

populos

los pro barbaris vana ambitione contemnunt. Quibus respondet, quod Anacharsis, objicienti Scythas esse barbaros, respondit: Tu quidem in Græcia pro barbaris habere, at vicissim apud Scythas Græcos barbaros esse. Omnium verò brevissimè M. Macchiavellus animum, cùm Germanos in suo Principe barbaros vocet, eosdem in Livianis commentariis, Italis, Gallis, Hispanis (quos gentium sapientissimas vocat) longè præfert. Enimverò barbarus est, quisquis humanitate & virtute alienus est, quacunque terrarum parte vitam degat.

ontinentis oram) Continens intelligit omnem terram simplici mari adjacentem, distinguit: interim, ut hoc loco, terra præter insulas omnis appellatur. Ita T. Liv. lib. 31. dicit: Non continentis modò sed etiam insulas.

obro daretur) Cæsar lib. 6. bell. Gall. de Germanis: Latrocinia non habent infamiam, quæ extra fines cujusque civitatis fiunt: atque hujus exercendæ & desidiæ minuendæ causa fieri prædicant. Ubique ex principibus in concilio dixit, se ducem fore, qui sequi velit, profiteantur: consurgunt ii, qui & causam & hominem probant, suumque auxilium pollicentur, &c. Simile de Tartaris hodiernis refert Rubruquis B. Hieronymus in commentariis rerum Moscoviticarum scribens: Duo in loco, inquit, non diu commorantur; aut gravem infelicitatem, diu in eodem loco hærere. Unde irati quandoque libanti vel amicis malum imprecaturi, dicere soleant: ut eodem loco perpetuo quam Christianus hæreas. Quare depastis uno in loco pascuis, armenta, uxoribus, & liberis, quos in plaustris secum circumferunt, alio migrant. Justitia apud illos nulla est. nam ut quisque rapuit, ita habet. Furta, nam ab alteris impunè raperi possit. Si quis apud nos de villula aut mancipio querimur, verus non negat, sed earum se copiam non possidere dicit. Tum judex talem proferre sententiam solet: Si tam vera alia negaveris, rapta ab alijs.

uadam moderat.) Ut cædibus scilicet & incendijs abstineant.

quid prædones) Ita Nestor apud Homerum Odyss. 3. Telemachum alloquitur:

Ω ξεῖνοι, τίνες ἐστέ; πόθεν πλεῖθ' ὑγρὰ κέλευθα;
Ἦ τί κατὰ πρῆξιν, ἢ μαψιδίως ἀλάλησθε,
Οἷά τε λῃστῆρες ὑπεὶρ ἅλα, τοί γ' ἀλάλησθαι
Ψυχὰς παφλάσιοι, κακὸν ἀλλοδαποῖσι φέροντες.

ım barbarorum) Τὸ τοῖς ξενοφοβεῖσθαι (quod nunc passim advenis moribus receptum est) Aristoteles quoque lib. 2. Polit. βάρβαρον appellat.

torquere) Sic ne in acutum utrinque desinerent capilli.

pulentiores æquat.) De eodem Arist. lib. 4. Polit. ca. 9. Di-

vites, inquit, tali veſtitu utebantur, quem & pauperum quivis pa-ve poſſet. Eadem enim veſte & æſtate & hyeme uti ſolebant, veſte Xenophonte.

Hi primùm publicè] *Id ex diſciplina Lycurgi, non virilis ſolùm ſexus, ſed virgines quoq; fabricârunt. Harum nanq; corpora curſu, luctâ, diſcorum & telorũ iactu, Lycurgus exercuit, ut robuſtiora corpora progeniem ederent valentiorem, Plutarch. in vita Lycurgi.*

Nudo corpore] *Dionyſius Hal. lib. 7. Primus nudavit tunc corpus in Olympico ſtadio decurrens Neanthus Lacedæmonius, Olympiade quintadecima. Antè verò turpe habebatur apud omnes Græcos toto corpore nudo certare, ſicut ex Homero colligitur, qui ſuccinctos facit pugnantes, &c.*

Cùm Delum] *Delum ſexto belli huius anno luſtrarunt Athenienſes, de quo infr. lib. 3.*

Ex genere armorum] *Cares, quia clypeorum umbones & criſtas invenerant, cum clypeolo & criſtis ſolitis ſunt ſepeliri. Phœnices, cùm alij mortuos ita ſepelirent, ut ad orientem ſolem facies ſpectarent, ipſi ſuos ad occidentem verterunt. Vnde ex genere armorum Cares, ex ritu ſepeliendi Phœnices, ſunt cogniti, ut ſcribit Scholiaſtes.*

Stimulante avaritia] *Diuitiæ enim avaritiam invexerunt, & quanto rerum minus, tanto minus eſt cupiditatis: ut Liuius ait. Vnde Lycurgus pulſis ab Sparta diuitijs, avaritiam quoq; omnem exturbavit. Sed ubi rurſus paulatim immigrare cœperunt, avaritiæ quoque Spartani multa fœda exempla ediderunt.*

Iis iam moribus] *Secundum tempus eſt, Troianum videlicet: cuius comparatione, neq; opes Græcorum: eius temporis, neq; id ipſum bellum tantum fuiſſe, quantum præſens Peloponneſiacum opes q; tum temporis Græcorum, oſtendit.*

Ab Tyndareo] *Cùm enim Helenam Tyndarei filiam Theſeus nondum maiorem rapuiſſet, recuperatâ puellâ, Tyndareus omnes eius procos inreiurando obſtrinxit; ut ſicui eorum in matrimonium data Helena iterum ab alio raperetur, tum omnes quæcunque adeſſent armis eam iniuriam vindicarent. Plutarch. in Theſ. & Pauſanias in Lacon.*

Pecuniarum, quas] *Aliter Plutarch. in Theſeo: Pelops, inquit, non pecuniarum magis vi, quàm liberorum, plurimùm inter alios Peloponneſios polluit reges: quòd multas filias ſummis viris collocaſſet, & filios quos habuit multos principes civitatibus inſeruiſſet.*

Nomen tamen regioni] *Priùs enim Apia vocabatur.*

Euryſtheo] *De Euryſtheo & Chryſippo, ad Nomina utriuſq; diximus.*

Avunculus enim] *Aſtydamia mater Euryſthei, ſoror fuit Alcmenæ.*

Perſidis

Persidis] *Persidæ oriundi fuerunt à Perseo, Mycenarum condi-re & rege. Huius filius fuit Stenelus, pater Eurysthei. Eusebius.*

Pelopidæ] *Pelopis, de quo dictum, posteri.*

Arcadibus quoque] *Naves 60 eis dedisse Agamemnonem, scri-tin Catalogo navium Homerus.*

In sceptri] *Iliad. 1. describit sceptrum Agamemnonis. Id fabrica-m à Vulcano, Iovem dedisse Mercurio; hunc Pelopi; Pelopem Atreo; treum Thyesti; hunc Agamemnoni, unà cum multarum insularum Argûs imperio, tradidisse.*

Parvæ fuerint Mycenæ] *Aristoteles in Meteor. lib. 1. cap. ult. roianis, inquit, temporibus, Argivorum regio, quòd palustris esset, rpaucos alere poterat: contrà Mycenæorum ager florebat, eoq; hono-ior erat. Nunc contrà hæc sterilis est facta, & admodum exaruit: ius quæ tunc erant sterilia, quòd aquis tegerentur, facta sunt feni-t. sic & Ovidius lib. 15. Metamor.*

Clara fuit Sparte, magnæ viguére Mycenæ,
Nec non & Cecropis, nec non Amphionis arces.
Vile solum Spartæ est, altæ cecidére Mycenæ.
Oedipodioniæ quid sunt, nisi nomina, Thebæ?
Quid Pandioniæ restant, nisi nomen Athenæ?

Incerta penitùs] *Sic hodie iniqua planè coniectura, de his ipsis bilissimis urbibus, quæ lumina quondam Græciæ fuerunt, ex ipsorũ pectu iudicium sumeretur. Idem de Romana civitate dici potest: quæ bis terrarum olim amplexa imperium, nunc angustis territorij sui nitibus continetur.*

Peloponnesi partibus] *Partes hæ sunt; Arcadia, Argolica, Elis, essenia, Laconica. Ex his duas postremas Lacedæmonij tenuère.*

Vniversæ autem] *Argolica excipienda, cui tunc minimè Lace-æmonij imperârunt: quamvis partem eius suæ adiecerant ditioni.*

More Poëtarum] *Pictoribus enim atq; poëtis, Quidlibet audẽ-semper fuit æqua potestas.* 6.

Mille ducen.] *Euripides & Lycophron, mille naves Agame-nonem ad Troiam duxisse, auctores sunt: ut & Maro mille carinas, t.*

Medium teneas] *Medius numerus 85. sunt. Vnde in 1200. na-bus, centum & duo millia fuisse intelliguntur.*

Vallum castris] *Loquitur non de eo vallo, de quo lib. 7. Homerus nit: sed de alio minore, contra barbarorum incursiones obiecto. :holiast.*

Atque etiam] *Tertium tempus aggreditur, post bellum Troia-um.* 7.

Cum Herculis] *Heraclidæ nanq;, vicesimo ante bellum Troia-um anno in Peloponnesum redire volentes; cùm accepto oraculo, ut*

cùm navibus in Peloponnesum, non pedestri itinere, cund
Dores per Crisæi sinus angustias navibus profecti, Pelop
cuparunt. Hæc Herod. lib 9. & Paus l 5.

Auctis simul proventibus] *Divitiæ ut aliorum mal*
rumq; caussa hominibus sunt & altrices, ita tyrannidi q
næ civitates reddunt opportuniores. Sic Romæ Sylla, Ma
mum Cæsar, dominatum tenuerunt: ad quem, inopi adh
rupta civitate, nequicquam aspiraverant Sp. Melius & M
pitolinus.

Certis honoribus] *De hoc Aristot. lib. 3. Polit. cap. 1*
testatis quatuor numero sunt species. Una tempestatibus h
m volentes erat, certis tamen & definitis legibus. dux en
erat, & iudex controversiarum, & rerum sacrarum cura
Dionysius Halicarn. lib. 5. Qui αἰσυμνῆται apud priscos G
bantur, hi à civitatibus eligebantur pro ratione temporum
præfinito termino, neque perpetui, sed ad certum tempu
modum & quantisper reipub. postulabat militas. Hi non
contra dominari, sed legitimè secundum patrios mores re
cere, solebant: optimusq; rex habebatur, qui erat iustissimu
servantissimus, nusquam ab institutis patrijs discedens: d
conditionibus regnatum est. sicut apud Lacedæmonios.

In isthmo sit.] *Cicero contra Rullum: Corinthus posita*
gustijs, neque in faucibus Græciæ, sic, ut terra [illegible]
ret, & duo maria maxima navigationi diversa [illegible]
[illegible] discrimine separarentur.

ſuperiores Phocæenſes, cruentam planè victoriam, 40. navibus amiſſis, reportârunt. quæ pluribus legentur lib. 1. Herod.

Maſſiliam] *Vehementer hic errat Scholiaſtes Græcus, Maſſiliam Africæ urbem ſcribens. quis enim dubitat, Maſſiliam in Gallia, tum priſcis, tum noſtris temporibus, fuiſſe? Nec ab re videtur, quòd Fr. Portus in comment. monet, Maſſylorum, qui ſunt gens Africæ, nomine Scholiaſten lapſum.*

Siciliæ tyranni] *Phalaris, Cleander, Hippocrates, Gelo, Hiero, &c.*

Themiſtoclis conſilio] *Plutarchus in vita Them. Reliqui, inquit, Athenienſes calcem belli eſſe putabant Marathoniam barbarorum cladem. Themiſtocles verò exordium id maiorum certaminum eſſe ratus, accingebat ſe & civitatem exercebat, ad Græciam protegendam. Itaque cùm vectigal Laureoticum ex argenti metallis inter ſe partirentur Athenienſes, auſus eſt ferre ad populum, ut omiſſa diviſione, triremes ea pecunia facerent ad Ægineticum bellum. Quod quia in Græcia maximè vigebat, ipſe non Perſas (hos enim, ut procul abſenteis, minùs illi timebant) oſtentans, ſed civium ſuorum in Æginetas acerbitate & æmulatione abuſus, facilè tenuit, ut centum ea pecunia triremes conficerentur.*

Antiquo illo] *Id fuit ob Lelantium campum: de quo ita Strabo lib. 10. Chalcidenſium Eretrienſiumq; civitates plerunq; cõcordes fuerunt: & orta de Lelanto controverſia, non tamen ita omnem abiecerunt conſenſum, ut cuncta in bello pro arbitrio agerent; ſed pactiſunt modo certaminis. oſtendit hoc columna quædam in Amarynthio: in qua exprimitur, telis quæ eminùs mittuntur non eſſe uſumdum. Meminit huius libelli etiam l. 5. Herodotus, & Miletios ab Eretrienſium, Samios ab Chalcidenſium partibus, ſtetiſſe ait.*

Sua modò emolumenta] *Quid hodie quoq; quorundam opinione minùs creditur, quàm populi ſui cauſſa regem, principem, magiſtratum, fieri? quid contrà receptius, quàm ob magiſtratum omnes naſci, urbes, regiones, condi? ob id multa millia hominum, in bello ſanguinẽ vitamq; profundere, in pace perpetuis laborib. dies noctesq; confici, & ſurſum deorſum curſitare, & quæ ſudore & ſanguine ſuo quæſierunt contribuere: ut unus homo nutri, & ſuo animo obſequi, ſummoq; in otio & ſumma voluptate degere poſſit? Hinc evenit, ut hodie talibus aſſentatoribus nihil facilius ſit, quàm imperare, quo nihil in rebus humanis difficilius exiſtit: & meritò nobis illa Antigoni regis vox ridicula habeatur, qua regium diadema tollens: O nobilem, inquit, magis quàm felicem pannum, cuius ſi quis omnes curas laborem, pericula, conſideraret, ne humi quidem abiectum tollere vellet. Sed hæc eiuſdem vox fuit, qui regiam poteſtatem ſplendidam ſervitutem appellare non dubitavit. Erubeſcamus profectò, nos Chriſtianos, quorum*

[illegible] mentes veræ pietatis & iustitiæ divina luce illustrata esse [illegible] quidem nosse, quæ homines isti Ethnici, quos cæcos fuisse [illegible] tenebris vixisse, & dicere & credere solemus.

Sua mod. emol.] *Sic & Aristoteles lib. 3. Polit. cap. 4. & lib. 4. [illegible] annidem definit; quòd sit imperium unius, ad imperantis, & non subditorum, commodum directum.*

Lacedæmonii Athen.] *Pisistratidas hi nimirum eiecerunt: de quo vide in Nomin. propr. ad Cleomenem.*

Seditionibus jactata] *Manifestè hic refellitur N. Macchiavellus, qui l. b. 1. c. 6. comment. in T. Liv. ostendere volens, quomodo fieri potuerit, ut Roma tot seditionibus non vexaretur, Spartæ & Venetiarum utitur exemplis: quas urbes semper seditionum expertes fuisse ait. Quod ad Spartanos attinet, manifestis hic ab Thucydide verbis, & alijs historiarum monumentis, refutatur. Venetos quoque persæpè seditionibus afflictos, nec semper eadem reip. forma usos, ostendit Bodinus l. 6. c. 4. de Repub.*

Optimis legibus] *Herodotus l. b. 1. Lacedæmonios ante Lycurgum omnium penè Græcorum κακονομωτάτους fuisse, scribit.*

9. Eandem reipub. formam] *Eam, cuius Lycurgus fuit auctor, intelligit.*

Paucis hinc pòst] *Quartum aggreditur tempus, quo Persarum contra Græcos bella comparat cum præsenti.*

Adversus Medos] *Vtrunque Græcorum cum Medis bellum, satius est apud Herodotum, Plutarchum, Diodorum, legi, quam hic pluribus enarrari. Referetur tamen, si quid ad intelligendum rectiùs Thucydidem pertinebit.*

Paulò pòst] *Quintum tempus usque ad bellum Peloponnesiacum deducit: cuius res gestas ipse hoc eodem lib. pag. 38. & seqq. recenset.*

Ita à Medico] *Confirmat id quod initiò proposuerat, eos omni genere apparatus utrinque instructos fuisse.*

Paucorum tant.] *Lacedæmonij enim, qui paucorum imperio suam administrabant Rempub. in sociorum quoque civitatibus eandem formam instituerunt: his si præfectos, quos harmostas vocabant, dederunt. Contrà Athenienses democratici, populi ubique caussam fovebant.*

Difficilia sanè] *Suam deinceps diligentiam commendat, aliorum negligentiam & inscitiam arguens, & exemplis ostendens.*

Hipparchum cum] *Hæc infrà pluribus lib. 6. Thucyd. persequitur.*

5. Non uno utrunque] *Duos enim reges Lacedæmonij habebant, qui ambo in Senatu uno quisque calculo, duorum tamen vim habentes suffragium ferebant. Scholiastes.*

Quæ

ogographi] *Logographi in genere ſunt, qui vel orationes ias conſcribunt. hoc autem loco deteriorem in partem acci- deïjs, qui res fabulis alijs q́ animorum delinimentis condiuas ſt.*

hoc bellum] *Occupatio eſt. Dici enim poteriſſet: bellum magnum videri, quòd ipſe interfuerit: ut plerunque illa quæ noſtris ſiunt, graviora putamus, ijs quæ procul à nobis te- temporum intervallo abſunt. Verùm, ait Thuc ſi quis om- ſpectu malorum, quæ ſua viderit aras, oculos averſas, libe- mo ipſas res geſtas intueatur: nihilò tamen minùs maius n reliquis iudicabit.*

ones porrò] *Veritatem & fidem in hiſtoria ſcribenda com- Ac primò de orationibus ſeu concionibus, quas complu- rrimas inxtà & utiliſſimas operi ſuo inſeruit, tollerem in-*

vel ante] *Iovianus Pontanus in Dialogo de hiſtoria: Cùm t, homini data à natura oratio, magna cum excellentia ani- æterorum, ipſorumq́ hominum inter ipſos: ſuiq́ orationis is movere animos, & quò velit flectere; eademq́ fugientes rruentes impellat, dubitantes confirmet: huius eſſe memor ſtarum ſcriptor cumprimis debet. Itaque quoties res tuleris, res ipſos inducet, nunc confirmantes ſuos in periculis, nunc s illos ad ea obeunda, aliàs exhortanteis, aliàs obiurganteis, præmia proponenteis, modò admonenteis infamiæ, turpitu- vitutis, mortis. Videntur enim eiuſmodi allocutiones, quæ multos, nunc ad ſingulos habentur, decorare hiſtoriam, & mare. In quibus quoties res ipſa tuleris, nervos orationis genij ſui oſtendes verum ſcriptor. Nec ſolùm quæ dicta fuiſ- ntur ab imperatoribus, verùm etiam ea afferres, quæ veriſi- æq́ dicenda tempus, periculum, reiq́ ipſius natura poſtularit .*

ſa habitæ] *Hanc verò hiſtoricam legem, tum alij quidam ngreſſi, tum inprimis P. Iovius: qui apud exteras gentes, ad- ultiſſimis terrarum oris habitas orationes, veluti ipſe veluti in- t, declamatoriè ſcripſit.*

ut quodque] *Utrumque hoc cùm inprimis in hiſtorico re- r, ſæpè tamen Iovius adeò neglexit, ut multa etiam ſatis co- rtium ſtudio, omiſerit, vel depravârit.*

idem quia] *Oſtendit Thuc. quo iudicio quoque fine ſcripſe- iam; nimirum, ut non legendo ſolùm homines delectet, ſed uiùs utilitati lectoris ſervias, unde ſibi quiſque ſuæq́ reip. ineuſy capere poſſit.*

ɔulosis] *Ad Herodotum, quem fabulatorem hominem Gell. lib. 3.*

lib. 3. nominat, respicere videtur. Et Lucianus in libello de conscribenda historia: Thucydides, inquit, benè admodum lege hoc constituit, & virtutes ac vitia historicorum inter se discrevit: qui cùm videret Herodotum in summa admiratione esse, adeò ut Mulæ vocarentur ipsius libri, possessionem tamen ait se scribendo compositurum esse, quæ in perpetuum duret potiùs, quàm quæ ad præsens certamen comparetur. nec id se quod fabulosum sit amplexurum, sed veritatem rerum gestarum relicturum posteris esse. Deinde & utilitatem addit, & quem finem is qui rectè sapit historiæ statuere debeat, ut si quando rursus similia incidant, alij ad hæc respicientes, rebus suæ civitatis rectè uti possint.

Minùs fortasse) *Sic de sua Rhetorica Fabius lib. 3. Veremur, inquit, ne parùm hic liber mellis, & absinthij multum habere videatur: sitq; salubrior studijs, quàm dulcior.*

Cæterùm qui) *Lucianus de conscrib. hist. Unum, inquit, opus est historiæ & unus finis, utilitas: quæ sola veritate conciliatur. Quòd si hac neglecta, studebis historiam supra modum facere delectabilem, admistu fabulis, laudibus, & cæteris huiusmodi adulationibus: celerrimò illam Herculi in Lydia similem reddes. Vidisse enim alicubi te consentaneum est, pictum illum Omphalæ servientem, atque admodùm alieno ornatu indutum, illa videlicet pelle ipsius leonina vestitâ, & clavum manu tenente, eoq; Herculem præ se ferente, ipso autem in crocoto & purpura lanam trahente, & vapulante ab Omphale sandalio, &, quod turpissimum spectaculum est, vestitu cum corpore non conveniente, & virilem illum corporis habitum turpiter effœminante. Ac multi quidem fortassis hæc tua laudabunt: pauci verò illi, quos tu contemnis, suaviter & ad satietatem usque ridebunt, aspicientes indoctam & dissonam rei compositionem. Nam quod unius cuiusque rei proprium est, id pulcrum est. hoc si mutaveris, deforme id ipso usu reddetur.*

Hæc ad suum com.) *F. Guicciardinus lib. 1. hist. Est omninò periculosum actiones exemplis moderari, nisi eædem rationes, non in universum, sed singulatim omnes recurrant: deinde, nisi eadem prudentia gubernentur: & postremò, nisi præter cætera omnia etiam fortuna suas partes agat. Hæc ille. Verùm enimverò, nullum numen abest, si sit prudentia, sed te nos facimus fortuna deam cæloque locamus.*

11. Quàm ludicrum) *Hinc Fabius l. 10. Rhet. cap. 1. Thucydidem vi, Herodotum voluptate, meliorem esse scribit.*

Igitur superiorum) *Posteaquam satis de suo officio & proposito dixit: iterum attentionem belli magnitudine movet.*

Maxima fuit moles) *Fuére tamen, qui Persico Xerxis bello, Gelonis & Syracusanorum de Carthaginiensibus victoriam anteferrent.*

ferrent. Nam hos ingenti classe & 300. millibus pedituum sub iaem tempus in Siciliam venientes, Gelo omnes unà cum duce Amilcare ita delevit, ut vix nuntius cladis superesset, de quo vide Diodor. Sic. Lib. 11.

Duobus navalibus] *Navalia prælia ad Artemisium Eubœæ & ad Salaminem; terrestria, ad Thermopylas & Plataeam, commissa sunt.*

Extemplò] *Duos tamen penè annos consumpsit.*

Solis defect.] *Tres solis defectus, duos lunæ, huius belli temporibus congruentes, historici nobis prodiderunt, & cæli syderumque speculatores computarunt: de quibus in Chronologicis.*

Ille morbus] *De quo libro secundo.*

Intiò præmili] *Antè animum, quàm ipsam aggrederer, præfatus belli historiam.*

In speciem] *In omnibus ferè bellis, aliæ in speciem, quàm quæ verè justæ, armorum causæ feruntur.*

Metropoli] *Metropolis Græcis dicitur, urbs à qua aliæ urbes veluti filiæ ortum habent. Sic Corinthus Corcyræ, quam coloniam deduxerat, metropolis fuit.*

Finit barbaris] *Tantalidis.*

Ceu conditoribus] *Ob Phalium nimirum Corinthium, Epidamnos conditorem.* 124

Infimis precibus] *Infimis precibus orare, perinde ac summis orare, T. Liv. dicit: Vt lib. 29. supplex ab eo infimis precibus auxilium Romanis imperavit.*

Principe] *Ita enim moris fuit, sacrorum principem ex metropoli deligere.*

Magnam rei navalis] *Homerus Odyss. 8. navibus Phæacensium nullos esse gubernatores fingit, sed ipsas mentes hominum sensusque habere, & immensa maris spatia transire, aëris caligine nube opertus, nec quidquam metuere, ne naufragium aliúmve casum patiantur. Talis figmento, summam scientiam rei navalis Poeta exprimere voluisse videtur.*

Tantùm, ne bellum] *h. e. quamcunque se vel parùm æquam* 2. *conditionem subituros, modò ad arma res non deducatur.*

Alios sibi] *Tacitè minantur, se Atheniensium societatem impetraturos, si Corinthij iniquiores esse velint.*

Quos alioqui] *Corcyræos malebant, nec Atheniensis, nec ullos alios socios habere: rursus Atheniensium societatem petere, quàm cedere Corinthijs, præoptabant. Id mirum est, quod T. Quintius apud Liv. lib. 34. ait: in civili discordia, partem quæ domestico cæteris minus fit inferior, externo se pessimo applicare, quàm alteri cedere.*

Duobusq; exta mill.] *Quæritur cur hic duo-*

duo millia armatorum dicantur, cùm priùs tria millia eos instruxisse scripserit. Ipse respondet, eos reliquos præter duo millia, vel quòd hos suffecerint, vel contemptu Corcyræorum, reliquisse. H. Stephanus, vel tot milites eos habere non potuisse, quot instruere cogitaverint, vel alterutrum locorum Thucydidis depravatum esse, opinatur. Sed talia, utcunque se habeant, haud sunt in magno ponenda discrimine.

14. Quadraginta en] *Hoc addit, ne quis miretur, cùm 120. navē habuerint Corcyræi, cur non omnibus in prælium processerint.*

Trophæum] Τροπὴ *Græcis fuga hostium dicitur. inde spoliacta, fixa in stipitibus, trophæum appellārunt. Huius constituendi morem Maro Æneid.* 11. *describit:*

Ingentem quercum decisis undiq; ramis
Constituit tumulo: fulgentiaq; induit arma
Mezentī ducis exuvias, tibi magne trophæum
Bellipotens: aptat rorantes sanguine cristas,
Telaq; trunca viri, & bis sex thoraca petitum
Perfossumq; locis: clypeumq; ex ære sinistra
Subligat, atq; ensem collo suspendit eburneum.

De ijsdem ita loquitur Iuvenalis satyra 10.

Bellorum exuviæ, truncis affixa tropæis,
Lorica, & fracta de casside buccula pendens,
Et curtum temone jugum, victæq; triremis
Aplustre, & tristis summo captivus in arcu;
Humanis majora bonis creduntur: ad hæc se
Romanus Grajusq; & barbarus Induperator
Erexit, causas discriminis atq; laboris
Inde habuit: tanto major famæ sitis est quàm Virtutis.

Apud Diodorum S. libr. 13. *Nicolaus Syracusanus, trophæum non ex lapide, sed ex quocunque ligno fieri, ait, ut momenta eiorum quàm minimè diuturna essent. Eadem trophæa dijs consecrata eversere irreligiosum erat. Vnde Iulius Cæsar, Pharnace rege Ponti devicto, Mithridatis de Triario Romano duce trophæum, non deiecit, sed suo de Pharnace opposito obscuravit. Dionysius Cass. lib.* 42.

Adversus nem.] *Sic T. Liv. lib.* 5. *Clusinis adversus Romanos nullum ius societatis amicitiæve erat.*

Se adscribi] *Tricennali nanque inter Lacedæmonios & Athenienses fœdere facto, reliqui Græci alij Athenienſium alij Lacedæmoniorum partibus applicati, fœderi se eidem inscribi curārunt. Eo fœdere penitùs abstinuerant Corcyræi.*

Si qui sunt] *Oratio Corcyræorum generis est Deliberativi. pugnat*

thenienſium ſocietatem. In Exordio, ad benevolentiam & at-
m promiſſione duplici animos auditorum inclinant. Inde ob-
occurrunt. Simul argumenta præcipua ſpargunt: & ipſam
ionem, antè plerunq; in deliberationibus notam, conſtituunt.
idem inſtitut.) Occupatio eſt. Objici nanq; poſſet, debuiſſe 15.
ſocios ſibi quærere Corcyræos, quorum præſidio in adverſis
nt: iam verò non quærendos periculorum ſocios, cum quibus
egram non communicaverint. Reſpondet Corcyræus per ve-
m culpæ in imprudentiam: ob quam, ſibi incommodam, uti-
enienſibus, veniam ſe mereri ait.
amicorum) Ariſtidem Plutarchus refert, ſemper ſolum ac
mp. geſſiſſe, ac ſocietates fugiſſe: quòd paria amicorum præſ-
tia, ſoleat ad iniuſtos conatus incitare.
que nos quidem) Narratio eſt, exponens quo caſu in hanc
tem devenerint Corcyræi, ut aliorum ſocietatem petere cogan-

ræterea) Miſerationem commovet.
im quæ) Confirmatio ſequitur, in qua ab honeſto, facili, uti-
menta promit. Sed cùm, ut Fabius monet, ſecundum mores ſit
ſus agendum: utilitatis præcipuè, ad quam proniores erant
nſes, colligu argumenta.
primùm) Honeſtatis primò argumentum ponit: ſed id pa-
num. Minor enim Syllogiſmi ſic admodum controverſa: quam
a ſua oratione Corinthij validè pugnant.
cùm nos) Primum utilitatis argumentum. Toti huic Cor-
gosio, ſimilis eſt Campanorum actio, quos Romanorum ſocie-
tere Samnites coëgerunt: ut L. 7. T. L. deſcribis. Erant enim Sa-
ocij Romanorum, horum armis preſſi Campani, Romanorum
os opem implorant. Itaq;, ſi, inquiunt, ſecundis rebus noſtris
m periſſemus, ſicut cæpta celeriùs, ita infirmiore vinculo
a eſſet. nunc miſericordia veſtra conciliati, auxilioq; in dubijs
fenſi, beneficium quoq; acceptum colamus oportet, ne ingrati,
i ope divina humanaq; indigni videamur, &c.
ſe verò) Alterum longè validiſſimum, à claſſis magnitudi-
mentum. Ita Campani agri ubertatem prædicant: Campani
is amplitudine, non agri ubertate, ulli populo, præterquam
edentes, haud parva acceſſio rebus veſtris in amicitiam veni-

re conſid.) Amplificat argumentum, ab occaſionis varietate,
quentibus bonis.
ora præſidia) Sic Campani umbra potiùs Romani auxilij u-
ſt, quàm ut ipſi magnas vires polliceantur.
um verò) Confutatio eſt, tres obiectiones refellens. Pri-

mò eos confutat, qui bellum à Peloponneſio non imminere putabant.

Tum perſe) *Exemplaria καὶ ἀνίσως habent. Ac. Portus καὶ ἰσοῖς legendum putat. quod verendum eſt, Corinthios ipſ ad Lacedæmonios multùm auctoritate poſſere*

Vna tantum nobis) *Iuſtinianus de Samnitibus: una tantum pugna ſuperatos, ſibi poſſidere videri.*

Quòd [illegible] *Thucydides ſtatuere, qualia quæque ſint, cùm Corinthius ea non bene tractet.*

Sed [illegible]) *Hactenus argumentabatur, quæ nomen inſolidum amittere ſolent, quæ recipiunt. Apud Livium Hal. Sufetes contra Romanos negant neredis, Romanos ſibi eam eſſe debere, ſubiectos, ſuos finitimos, ut bellare ſecundum ſuorum arbitrium paeant. Pro hac igitur, exempla recitans colligarum, quæ non ſolitæ ſint conſilia ſibi ſic Lacedæmonios Dorienſibus imperare, ipſos Albanos Latinis.*

Hæc igitur) *Exemplo ſuo Athenienſes commonefacit, ne cuiquam ſibi à Corinthijs.*

Neque verò) *Tertium refutat, quòd fœdus Athenienſes violaturi ſint, ſi recipiant Corcyræos.*

Enimverò iniq.) *Indignitate rei ſtimulat Athenienſes.*

Multa nobis cum) *Validitatis denuò argumenta, & inprimis claſſis opportuni, atem celeb. at.*

Hoſtes fuerint) *Corinthij enim priùs acerba cum Athenienſibus bella geſſerant: Corcyræi nunquam.*

Quòd ſi quis) *Tertiam obiectionem adverſarij, de fœdere, alio argumento, ſatis probe ſervo, oppugnat.*

17. Hinc ſuum) *Si, inquit, metuentes licet ne fœdus violetis, tamen nos recipientes utilitatis profectò agetis, cùm viribus armatis terribiles hoſtibus futuri ſitis. Quòd ſi verò ſpe cæca præſenti fœdere fidentes, id conſervare, quàm nobis obſequi malueritis: hæc ſanè ſpes magnarum vos virium acceſſione orbabit, & hoſtibus inferiores reddet.*

Sciat idem) *Primum refutationis argumentum reſumit.*

Quæ cum) *Novum validitatis argumentum, à ſitu Corcyræ.*

Ad trajiciendum) *Hac commoditate Siculienſibus poſtea bellis ſunt uſi Athenienſes.*

Atque ut pauc.) *Concluſio eſt, brevi conſtans enumeratione argumentorum ab utilitate.*

Quandoquidem) *Corinthiorum oratio, diſſuadens Athenienſibus Corcyræam ſocietatem, duabus partibus conſtat. Prior refutatio eſt orationis Corcyræorum. Altera ad Athenienſes converſum, quos ab amicitia Corcyræa dehortantur.*

Modeſtiam ipſi) *Primò omnium excuſationem Corcyræorum, quaſi*

quæ ſe purgaverant Athenienſibus, cur quillius ad id locorum ambæ-rint ſocietatem, per διαλλὴν refellunt.

Delatos excip.) *Simile Q. Curtius l. 4. ſcribit: Naſamones ſunt gens Syrtica, navigiorum ſpoliis quæſtuoſa. quippe obſident littora, & æſtu deſtituta navigia notis ſibi vadis occupant.*

Enimverò ſi) *Alterum confutationis adverſariæ argumentum diluit Corinthius, oſtendens, Corinthijs ſanè non convenire, ut iniu-rijs exagitent colonos: contrà tamen colonorum officium eſſe, ut tan-quam matrem liberi, ſic ipſi metropolin colant. Et quia Corcyræi iniu-rijs Corinthiorum hoc ſe compulſos dixerant, docet, longè maiores in ſe Corcyræorum iniurias extare: tandemq; in hoc ipſo Epidamnio ne-gotio, nullam ipſis iniuriam factam arguit.*

Afflictam laborantemq;) *Nemo ſuum dicere poteſt, quem per-* 18.
euntem contempſit l. unusquisq;. C. de infantibus expo.

Nec verò ſatis) *Poſtea quam quæcunq; propriè adverſus Corcy-ræos dicenda fuerant, abſoluit Corinthius: ex prædicta ductâ commo-ne factione Athenienſes à ſocietate Corcyræa dehortatur.*

Quoniam quib.) *Concluſio præcedentis confutationis, & tranſi-tus ad alteram partem oratoris. Ea duplex eſt. primo enim de iure, tum publico, tum privato, diſputat. inde argumenta, quæ maximè Corcyræus iactaverat, noviſſimo prudenter loco refellit.*

Quando enim) *De iure publico initio contendens, tribus argu-mentis docet, minimè Athenienſibus committendum, ut deficientes ab altera parte recipiant. Primò tag, oſtendit, violaturos omnino fœ-dus Athenienſes, ſi Corcyræos in ſocietatem aſſumant.*

Corcyræis ne per inducias) *Cum quibus neq; amicitiam, neque* 19.
hoſpitium, neq; fœdus, habemus: hi hoſtes quidem non ſunt, proximè tamen ad eos accedunt. gl. in l. poſtliminij. §. 2. ff. de captivis.

Quippe nec nos) *Alterum argumentum: quo par ſibi pro pari referri volunt. quandoquidem nec ipſi deficientes ab Athenienſibus ſocios receperint.*

Quando Samus) *De defectione & bello Samiorum infrà Thu-cyd. p. 48. ſcribit.*

Quòd ſi vos) *Tertium arg. hunc morem non Athenienſibus mi-nùs, quàm Corinthijs, damnoſum futurum. nec enim immeritò ſe i-pſorum exemplum in eos verſuros.*

Nunc verò) *Altera diſputatio, de iure quod privatim erat Corin-thijs adverſus Athenienſes, ob beneficia quædam in ipſos collata.*

Viginti præb.) *De Ægineticò bello, quod fuit paulò ante primum Medicum bellum, vide Herodotum l. 6. Tunc enim Corinthij Athe-nienſibus amiciſſimi, viginti præbuerunt naves: & quoniam leges il-lorum donare vetabant, quinis drachmis vendiderunt.*

Atque hæc ea) *Commendat beneficium à tempore. Multum enim refert, quo tempore beneficium conferatur.*

Neque justum) *Alterum membrum huius partis, quo omnia quæ Corcyræi ostentaverant commoda amoliri conatur.*

Semper enim) *Primum argumentum, sententia philosophica constans, nihil utile esse, nisi idem iustum sit & honestum.*

Et an futurum) *Respondet primo Confirmationis Corcyræa argumento, de imminente ab Peloponnesiis bello: ac gravissimè commonefacit Athenienses, ob res incertas & dubias non esse certissima odia & pericula suscipienda.*

20. Quin potiùs) *Idem hoc auget temporis opportunitate, quo Athenienses animos sibi Corinthiorum egregiè conciliare possint.*

Ob Megarenses) *Horum enim caussa magna Corinthios clade affecerunt Athenienses: de qua infrà h. l. p. 44.*

Quòd autem) *Navalem Corcyræorum societatem reijcit, argumento vero quidem, sed parùm ad occæcatos præsenti utilitate animos idoneo.*

Quocirca cùm) *Concludit orationem repetitione gratiæ ob beneficia, & temporis occasionem commemorat.*

Quòd si feceritis) *Honestum & utile ad ultimum inculcat.*

Decreverunt soc.) *Periclis inprimis suasu, ut Plut. refert.*

Auxiliarem soc.) *Επιμαχίαν; qua se videlicet mutuò contra alios inferenteis arma iuvarent: non autem invicem, alijs bellum facientes, auxilia darent.*

Bellum quippe) *Ostendit, quæ maximè argumenta moverint Athenienses. Eo apparet, moralia honestatis præcepta & sententias, ipsumq; adeò ius, quibus inprimis Corinthij pugnaverant, parùm valere apud captos præsenti aliqua magni emolumenti specie.*

Decem eis naves) *Plutarchus auctor est, Periclem eis in contumeliam Lacedæmonij Cimonis filij decem solùm naves procurasse. Cimonis nanq; familiæ magna cum Spartanis necessitudo & amicitia intercedebat. Vnde quo maiorem ex gratia Spartanorum traheret invidiam Lacedæmonius, si nihil magnæ rei gessisset, invitum cum paucis navibus extrusit. Omnibus enim modis incremento filiorum Cimonis offecit, nomina etiam eis peregrina obijciens, quòd uni Lacedæmonio, alteri Thessalo, tertio Elio, nomen esset.*

Agerent) *Athenieness videlicet.*

21. Terrestres copiæ) *Navale prælium commissuri Græci, in terra quoq; copias aliquas disponere solebant, quæ si quæ vincerentur naves, aut in terram agerentur, subsidio essent.*

Assumptis trium) *Hoc fiebat, ut sicubi disijcerentur, aut in loco inopi destituerentur naves, non protinùs fame laborarent.*

Græci contra se) *Ad Artemisium quidem & Salaminem maior*

navium

navium numerus pugnavit, sed ea Græcorum contra barbaros prælia fuerunt.

Adhuc utiles) *Quæ læsæ quidem, adhuc tamen idoneæ navigationi erant.*

Pæana) *Pæana cantum duplicem Græcis fuisse, Scholiastes ait: alterum ante prælium, ad Martem, alterum post victoriam, ad Apollinem. Ita Germani disciplina patria, antequam publico prælio confligant, aut urbem aliquam oppugnent, omnes in genua procidentes, à Deo victoriam precantur. Quod cùm laudabile dignumq; Christiana gente sit institutum, P. tamen Iovius, ut Germanos planè barbaros effingat, & ad priscorum Latinorum potiùs morem, quàm ut veritas historiæ requirebat, loquatur: sic de eis in vita F. Davali scribit: Germani pugnandum esse rati, in genua procubuerunt, & truci murmure quodam carmine enunciato, cava manu collectum solo pulverem in terra spargebant: qui mos erat antiquissimus, eorum qui se pro principe victoriaq; devoverent, ac iurarent, se nisi victores domum non reddituros.*

Recedere sensim) *Id πρύμναν κρούεσθαι Græci vocant: quod est sensim, non aversa navi, recedentem, in puppim remigare, ut Schol. ait: ne vel apertè fugam naves capessere videantur, vel terga hostibus obijcientes faciliùs vulnerentur.*

Scaphæ impos.) *Κελήτιον, inquit Scholiastes, parvum est navigium, quod ab uno remige agitur. Valla actuariũ navigium, Winshemius celocem (κέλης primitivum celocem interpretantur Gellius l. 10. c. 15.) vertunt. Ego scapham appellavi, Q. Curtium secutus: qui scapham appellat, quod lib. 2. Arrianus κελήτιον vocat.* 23.

Sine caduceo) *Caduceum Schol. docet lignum esse rectum, duos angues ab utroq; latere, sic ut capita invicem obvertant, circumplacitos habens. quod caduceatores secum ferentes, tuti erant apud illos ad quos mittebantur. Signum autem erat lignum rectum & æquabile, orationis rectæ & æquæ. angues verò castra & exercitus oppositos significabant: inter quos media & æqua utrisq; oratio paucis caussa interponebatur.*

In vinculis asservatos) *Prudenter agunt Corinthij, dum vivos hos retinent potiùs, quàm ira cladium in eos sæviunt. Hoc enim factum nihil eis ultrà profuisset: illa via deinceps non leves clades Corcyræo populo intulerunt.* 24.

Murum quà Pall.) *Talibus consilijs violenta imperia administrantur. At Romani, qui suos iustè & moderatè in pace regebant, in bello quoq; talibus remedijs non eguerunt.*

Præterea præfectos) *Epidemiurgos Corinthij hos magistratus appellabant. Demiurgos quoq; magistratus gentis Achæorum appellat T. L. l. 32. scribit.*

mo sit. consultum velit. sin minùs, omnis humana consociatio solvatur necesse est. Igitur ut iustitiæ duo sunt fundamenta, primum, ne cui noceatur, deinde ut omnium si fieri possit utilitati serviatur: ita iniustitiæ quoque duo genera sunt, unum eorum, qui inferunt, alterum qui ab ijs, quibus infertur, si possunt non propulsant iniuriam.

Nam quis] *Secundum argumentum à consilijs & ingenijs Atheniensium, qui hostium cunctatione & inertia callidè uti norint.*

Soline] *Iterum dehortatio subiungitur ad Lacedæmonios, partim argumentis constans, partim obiectorum refutatione.*

Soline Græcorum] 1. *argument. Omnes alij Græci erecti sunt. Ergò neque vos cessare debetis.*

Et cunctan. potiùs] 2. *arg. idem cum Minutij argumento apud T. L. l. 22. Stultitia est sedendo aut votis debellari credere posse: armari copias oportet, deducendas in æquum, ut vir cum viro congrediaris. Audendo atque agendo res Romana crevit, non his sessibus consilijsve, quæ timidi cauta vocant.*

Soli dupl.] 3. *Facilius est, orientem extinguere ignem, quàm latè fusum incendium.*

Atherclè vos] *Obiectioni respondet: Lacedæmonios non ita procul, ut cui videri possit, à periculo summotos esse. Cùm enim Persarum, tanto intervallo dissitorum, celeritate propè fuerint oppressi: multò magis ab Atheniensibus adeò vicinis id contingere posse.*

Priùs intrare] *De Darij exercitu loquitur, qui Peloponnesum quidem non intravit, sed tamen in Atticam usque pervenit: & nisi Athenienses obstitissent, facilè in Peloponnesum penetrasset.*

An invadentibus] 4. *arg. Inferendum potiùs quàm arcendum bellum: quoniam, ut Annibal ait, maior est spes maiorq́ animus inferentis bellum, quàm arcentis. Et Africanus in oratione contra Fabium: Multum, inquit, interest, alienos populére fines, an tuos uri excindiq́ videas. plus animi est inferenti periculum, quàm arcenti.*

Et barbarum] *Alteri obiectioni respondet: At barbarum longè valentiorem superavimus. Verum, inquit Corinthius: sed is suapte magis imprudentia, quàm nostra vi, superatus est.*

Et ipsos] *Iterum obiectionem diluit. Victi sunt interim à vobis Athenienses: sed suis magis erratis, quàm nostris viribus.*

Nolite autem] *Per occupationem acrimoniam verborum adversus Lacedæmonios excusat.*

Cum qualib. hom.] *Tertium argumentum: quo Atheniensium mores, industriam, audaciam, & variam virtutem, mirificè Corinthius orator extollit, Lacedæmonios cum eis collatos acerbè reprehendit: ut tantò magis iram ipsis ad vindicandas sociorum iniurias acuat.*

·30 Illi supravires] *Hanc sententiam Rhodij apud T. L. lib. 45. exprimunt:*

Athenienſium populum fama eſt celerem, & ſupra vires au-
eſſe; Lacedæmoniorum, cunctatorem & vix in ea quibus fidit
entem.

n adverſis] *Ita Romanis mos erat, in adverſis vultum ſecun-*
unæ gerere, moderari animos in ſecundis. quo tamen poſterio-
tùm inferiores erant Athenienſes.

ni deſid.] *Lacedæmonij enim diſciplina ſua utebantur ad ex-*
ire.

uuntur] *At Lacedæmonij plerunque victoria contenti, fuſos*
on longiùs inſequebantur. Id ſcitè in publicis prælijs utile
que eſt, teſte Vegetio, ſic in ipſa belli gerendi ratione non rarò
propè victoriam interpellat. Ita Annibalis non minimum in
mano peccatum fuit, quòd non ex Cannenſi protinùs acie ad
Romam duxit. Cuius rei ipſum ſæpiùs deinceps vehementer
iſſe ferunt: inprimis cùm iam excedere Italia cogeretur, ſe ac
pſius caput execratum, quòd non cruentum ab Cannenſi victo-
iem Romam duxiſſet.

porib. præter] *Sententia eſt: Eos corpora ſua quaſi a-*
ucentes, in quodvis periculum pro republ. ca mittere: conſi-
ita uti, ut qui probè ſciant, non alienas ſe, ſed ſuas res a-

os dies] *Lacedæmonij enim complures dies feſtos habebant,*
us nunquam exercitum eduicebant.

ctem otioſam] *Apud Athenienſes otioſi capite plectebant-*
cedæmonij nihil otio honeſtius aut generoſius putabant.

is ob res] *Tertio argumento, ut prioribus, dehortationem ad*
monios ſubiungit: quo monet eos, ut relictis priſtinis ſuis mo-
Athenienſium induſtriam & ſtudia imitentur.

etè eos] *Vegetius lib. 4. Nemo bello laceſſere aut facere in-*
audet ei regno vel populo, quem expeditum & prompium ad
dum vindicandum, cognoſcit.

re ſufficiat] *Concluſio dehortationum.*

ic verò] *Propoſitio eſt, quam ſpecialem diximus. huius enim*
ræcipuè orationem Corinthij inſtituere. Petit igitur, ut Poti-
uxilio ſint Lacedæmonij, idque duobus argumentis. 1. quia
iſerint Potidæatis. 2. ne hos negligentes, reliquos ſocios ad a-
ietatem circumſpectandam compellant.

quos aliam] *Argivos innuere videtur, perpetuos Laced æ-*
um hoſtes.

vantes conſ.] *Vobis ſcilicet officium facientibus.* 31.

iberate] *Concluſio orationis, brevi officij commonefactione*
s.

non ut] *Oratione hac Athenienſes à bello ſibi inferendo a-*

ut cautè & providè agant, nec temerè fœdus dissolvant. inde à vi & armis ad ius & iudicium provocant: quæ si repudient, bellum vicissim minantur.

Cum & ipse] *Oratio Archidami, belli cum Athenienſibus non diſſuadet, ſed in aliud tempus differendum docet. Exordio animos ſibi Lacedæmoniorum concilium, dum ſe non timere ait, ut quiſquam in præſenti negotio imperitia aut cupiditate labatur.*

Proinde ſi] *Propoſitio orationis.*

Equidem adverſus] *Bellum protinus cum Athenienſibus gerendum, tribus generibus argumentorum diſſuadet; quia difficile; quia damnoſum; quia iniquum.*

35 Hominibus verò] *Primum argumentum ex facultatis loco ſumitur: quia Athenienſes ſint inſtructiſſimi, Peloponneſij imparati. Virtutum partium enumeratione probat & amplificat.*

Non in propinquo] *Pugnare hoc videtur cum eo, quod paulò antè Corinthij dixerunt; Athenienſes in vicinia Lacedæmonijs habitare. Sed diverſo iſthæ reſpectu dici liquet. Illud enim ad Perſas reſpiciebat ait Corinthius. multò autem propiores erant Lacedæmonijs Athenienſes, quàm Perſæ. hoc verò institutis Peloponneſiorum ſocium Archidamus profert. Diverſa autem ratione ijdem & longè & propè ſiti videntur.*

Et neque in publico] *Idem de Spartanis Ariſtoteles lib. 2. Polit. cap. 7. ait:* ὅτι ἐν τῷ κοινῷ τῆς πόλεως ἴσον ἐδέν, πολίτην μεγάλης ἀνάγκης ὄντος πολεμεῖν, ἀσφίγγεσθαι τὰ καιρὸς, &c.

Aliæ ſunt regiones] *Inſulæ, Thracia, Ionia.*

Quod igitur] *Sequuntur ab incommodis argumenta* 1. *quia nos maximam cladium partem feremus.*

Ac neque ponere] 2. *Aliud incommodum, ab infamia inde ſecutura. Ita Metellus apud Salluſt. ait: Omne bellum ſumi facilè, cæterùm ægerrimè definere: non in eiuſdem poteſtate initium & finem eſſe: incipere cuivis, etiam ignavo, licere; non deponi, niſi cum victores velint. Et Iuvenalis: Tecum priùs ergò volucra Hæc, anime, ante tubam galeatum ſerò de bello Pœnitet.*

Sed nec illud] 3. *ab incommodo argum.*

Verùm magis] *Sic ſanè evenit: adeò ut hæc tota oratio vaticinium futuri ſit omnium, quæ poſtea Lacedæmonijs incubuerunt, cladium. Quo ipſo vix verè ſimile evadit, Archidamum licet prudentiſſimum virum, in hanc ſententiam locutum eſſe, nec finito demum bello quædam ab ipſo Thucydide adiecta.*

Verùm enimverò] *Per occupationem ſuum conſilium duplex exponit; ut in præſens ita legati Athenas ad expoſtulandum mittantur, ut deinceps bellum ei ante cura paretur.*

Nimium oſten- ſen.] *Sic de Sabinis T. Liv. 1. Non oſten-*

lum priùs, quàm moverunt. Hodie interdum aliter fieri vi-

parorum quoque] *Sanè maiorem hi veniam merentur, hriſtiani illi, qui ne Chriſtianis cedere cogantur, cum Turcis r ſocietatem ineunt.*

c iam] *Conſilium ſuum commendat, à triplici ſecuturo do.*

privatas] *Corinthiorum & Megarenſium querimonias.*

erùm nemini] *Sequitur Refutatio, adverſus Corinthiorum is orationem directa. Ac primò timiditatis crimen ab ſua gente .*

vus belli] *Pecunias non eſſe nervum belli, adeoq; utile qui- iumentum, ſed tamen nec præcipuum nec ſemper neceſſari- on abſurdè, meo iudicio, diſputat N. Macchiavellus lib. 2. . comment. Livian. Exemplis enim infinitis demonſtrari po- n divitias & opes, ſed bonos duces & milites (humano modo) victoriam peperiſſe. Sic Cræſum Cyrus, Darium Alexan- rolum Burgundum Helvetij, ſuperârunt: quia illinc auri co- n viri; hinc ferrum potiùs fortiſſimiq; & duces & milites ſle- . Sic T. Livius, Romanos haud dubiè Alexandro (ſi poſt devi- ſtam in Italiam veniſſet) ſuperiores fuiſſe futuros contendit: lexander illis auro, hi ducum & militum bonitate præſtiiſ- ic ipſo bello Peloponneſij adeò inopes, Athenienſibus tantis opi- editis ſuperiores tandem evaſére. Sanè ſi auro bella perfice- , dudum inferiores Germanos & alios Hiſpani ſubegiſſent. Cō- tamen præſens Archidami ego minimè reprehendendum duco. ienſes enim non divitiarum ſolùm copijs, ſed & militari peritia itudine præſtabant. Vnde Archidamus æquari vires cupiens, us talem hoſtem non ſufficere militare robur, ſed alia adiumen- paranda, docet.*

rditatis] *Reſpondet orationi Corinthiorum, quatenus cun- is & tarditatis Lacedæmonios inſimulaverant. Huius enim non pœnitere ait, ut omninò ex dignitate uſuq; urbis Sparta- Laconicæ diſciplinæ convenientiſſimam, iudicet. Eo ſimul Spar- m animos ſibi conciliat, & ad conſervanda patria inſtituta ur.*

ntemnere leges] *Sic Demaratus Spartiata ad Xerxem lib. odoti ait: Lacedæmonij quamvis liberi ſint, non tamen omninò xiſtunt, his enim præeſt domina lex, quam multò magis ipſi me- , quàm tuite. Faciunt ergò quæcunq; illa cogit, &c. Idem apud iem in Hippia maiore dicitur, Lacedæmonios nec mutare leges ater ſolita liberos erudire. non enim peregrinas diſciplinas ad- e leges. Sed eos ibidem reprehendit Socrates, confirmans, uti-*

litatem

litatem potissimam esse legem civitatis, cum quasi quæ lex aut disciplina pugnet, meritò debeat mutari. At Lacones bonis legibus permultis, & quidem in rebus maximis, carere: qui tamen optimis legibus instructi videantur.

37. Nunc autem] *Peroratio est. qua consilium suum duplex plenius repetit verbis.*

Cùm inprimis] *Argumentum ab honesto & æquo, postremò (non insolito in Perorationibus modo) ponit; iniquum esse, eos qui ut æquum pati velint, armis refutare velle.*

Qui tunc Ephorus] *Lycurgus legislator Lacedæmonius, cùm egregiè ad pacis belliq; artes Spartanam urbē conformasset, paucorū tamen optimatum opes nimiùm provexisse videbatur. Ea de caussa anno 130. ab eius gubernatione, rege Theopompo, Spartani tanquam frænū iniecerunt regibus Ephorum potestatem. Horum annuus fuit magistratus. & quia regibus præcipuè tanquam rectores & magistrati appositi erant, contentiones cum ijs reges tanquam hereditarias acceperunt. Hi nec assurgebant regibus, ut reliqui cives, & in discordiis regum hi alterius sententiam comprobantes vincebant. Plutarchus.*

Quid sibi] *Oratio Sthenelaidæ ferox, qua ad bellum Lacedæmonios incitat; & orationes diversæ partis tumultuariè refutat. Atheniensium primò verba eo præcipuè spernit, quòd se magis ipsi laudaverint, quàm purgárint.*

Nos verò] *Ex contrario argumentatur ad Lacedæmonios, sociorum iniurias esse vindicandas.*

Valeant alii] *Archidami orationem arguens, Atheniensium copijs & apparatui sociorum suorum robur opponit.*

Socii sunt fideles] *Magnum id quidem; sed non solum huic sufficiens bello.*

Iis potiùs] *Hoc specie argumentum est, revera nulla ratione nititur, nec ad præsens bellum pertinet. De hoc ipso enim dicendum fuisset; an fecerint iniuriam Athenienses; an tantam, quæ bello debeat arceri; an alio modo possit res transigi; an si maxima sit ipsorum iniuria, iam commodè oppugnari possint; an spatio sumpto rectiùs bellum inferri queat, &c. Sed horum nihil dispexit ira & cupiditate, pessimis consultoribus, cæcatus Ephori animus.*

Vltrà augescere] *Hic remotis arbitris ira Lacedæmonio veram belli caussam elicit, quam alias studiosè tegebant.*

38. Siquidem Athen.] *Digressio sequitur satis longa, quæ res Atheniensium, ab Xerxis ex Græcia discessu, usq; ad præsentis belli initium per L. annos gestas, summa brevitate & perspicuitate Thucydides persequitur.*

Mycalen perfugerunt] *Disiecta enim ad Salaminem Xerxis illa ingente classe, barbari quicunque in Asiam aufugerant, ad Mycalen sub-*

ten ſubductis navibus, vallo ſe ibidem communierunt. Samij verò alijq; Græci in Aſia deficientes a Perſis, Græcorum claſſem in auxilium acceſſunt. Qui ducibus Leotychide rege Lacedæmonio & Xanthippo Athenienſi advenientes, Perſas acie pedeſtri 40. millibus cæſis ſuperarunt. Ita rebus geſtis, cùm Ioues iam Aeoleq; à Perſis defeciſſent: cæteri eos Græci hortati ſunt, ut relicta Aſia longinqua & hoſtibus vicina, in reliquam Iecum Græciam commigrarent, agrum eorum qui cum Medis ſteterant accepturi. Inclinatis iam ijs ad parendum, Athenienſes veriti, ne Ioues ſui coloni ad univerſos Græcos ius coloniæ transferrent: manere eos in ſua ſede iubent. nam ſi nemo alius Græcorum velit, ſe tamen conſanguineis auxilio futuros. Ita cùm in duas partes Græcorum ſententiæ diviſæ eſſent, Lacedæmonij cum ſuis domum abierunt, Athenienſes ad perſequendum bellum ſubſtiterunt. Diodorus lib. 11.

Vbi depoſuerant] *Athenienſes enim facto de urbe relinquenda decreto, parentes, liberos, uxores q; Trœzenem deportárunt. Quibus Trœzenij benignè exceptis, alimenta publicè decreverunt, & pueris poma, unde liberet, ſumere liberum fecerunt, mercedem inſuper præceptoribus ſolverunt.*

In ſpeciem] *Rurſus alia in ſpeciem cauſſa, quàm revera ſubeſt,* 39.
iactatur.

Tutum receptum] *Bello enim Medico omnes ferè Græci, qui non ad Xerxem defecerant, in Peloponneſum confugerunt.*

Priùs in eius] *Tunc enim Themiſtocles, cùm primùm adverſus* 40.
Æginetas triremes Athenienſes ædificaſſent, admare paulatim civitatem, adverſante licet Miltiade, deduxit: præbuitq; ſui criminandi materiam, Themiſtoclem lanceam & clypeum civibus extorquentem, ſcalmo eos & remo alligaſſe. Plutarch.

Tres portus] *Pauſan. in Atticis: Piræeus antequam ad Rempub. Themiſtocles accederet, non navale, ſed pagus fuit. At Themiſt. poſtquam ſummæ rerum præfuit, quòd multo opportuniore loco Piræeum ſitum putaret (cùm prounico Phaleri portu tres haberet) in eo navale exædificavit.*

Multum profuit] *Hæc res populi vires contra optimates aluit, ipſumq; audacia inflavit, omni ad nautas, hortatores, & gubernatores, auctoritate delata. Hinc ſuggeſtum, unde ad populum verba fiebant, ad mare ab Themiſtocle converſum, triginta poſtea tyranni terram verſus averterunt. Plutarchus.*

In quo duo] *Idem Q. Curtius lib. 5. de Babylonis muris ſcribit. Et latitudo mœnium urbis Nini tria plauſtra capiebat. Diod. 2.*

Piræum util.] *Itaque urbem Piræo & terram mari annexuit.*

Hi in

Hi in Cyprum) *Cyprus Medorum tunc partibus adhæserat, Xerxiq; ad bellum* 150. *naves dederat. Diodorus lib.* 11.

Cæterùm cùm) *Hæc recenſentur pluribus inf. h. l. p.* 53.

Idque omnibus) *Scholiaſtes Thucydidi id manifeſtum videri, non Lacedæmoniis illius temporis pariter apertum fuiſſe, cenſet. aliquin enim punituros eum fuiſſe. Atqui ego ſtatuo nequaquam verba pati, ut ex Thucydidis perſona accipiantur. non enim δοκεῖ ait, ſed δόξαν. Et exemplis notum eſt, miniſtros interdum principis omnium conſentiente iudicio damnari, cùm ipſe princeps eorum improbitatem ignoret. Sic facilè in negotio præſenti fieri potuit, ut pervulgatum inter cæteros Græcos Pauſaniæ ſcelus, magiſtratibus tamen Spartanis non ita certum eſſet.*

Vitiis corrumperentur) *Valerius Maximus lib. 2. cap 6. Spartana civitas ſeveriſſimis Lycurgi legibus obtemperans, aliquandiu civium ſuorum oculos à contemplanda Aſia retraxit, ne eius illecebris capti, ad delicatius vitæ genus prolaberentur. Audierant enim lautitiam inde & immodicos ſumptus, & omnia non neceſſaria voluptatis genera fluxiſſe. Ac minimè mirum eſt, quòd homines laborum patientia gaudentes, tenaciſſimos patriæ nervos externarum deliciarum contagione ſolvi ac hebetari noluerunt: cùm aliquanto facilior rem virtutis ad luxuriam, quàm luxuriæ ad virtutem tranſitus videretur. Quod eos non ſuſtinuiſſe dux eorum Pauſanias patefecit, qui maximis operibus editis, ut primùm ſe Aſiæ moribus permiſit, fortitudinem ſuam, effœminato eius cultu, mollire non erubuit.*

Satis idoneos) *Sed hoc modo Athenienſium potentiam auxerunt, & ſuas vires minuerunt.*

Quæſtores) *Hellenotamiæ dicti. Vectigalia autem Apodecta civium tributum recipiebant, ſic Hellenotamiæ ſociorum. Narrat autem imprimis Acharnenſium; vere primo cùm Dionyſia agebantur, tributi ſocios Athenas pertuliſſe. C. Sigonius lib. 4. de Repub. Athen.*

Primum fuit) *Tributum hoc Ariſtides cognomento Iuſtus, ager ſingulorum & vectigalibus inſpectis, pro facultatibus cuiuſque iuſta æquitate deſcripſit, ut ſocij felicitatem id Græciæ appellantes, Ariſtidem in cælum ferrent: poſtea inprimis, cùm id paulatim nimium augeretur. Primum enim, ut Plut. & Thuc. ſcribunt,* 460. *talentorum fuit. Id poſtea Pericles amplificavit.* 600. *talenta enim initio belli Peloponneſiaci fuerunt. Inde paulatim ad* 1300. *ſummam eſt redactum.*

42. Hellanicus) *Hunc Cicero lib. 2. de Orat. ex eorum numero eſſe ait, qui ſine ullis ornamentis monumenta ſolùm temporum, hominum, locorum, geſtarumque rerum reliquerunt. Strabo l. b.* 10. *Hellanicum plurimum in tota penè ſcriptione levitatis demonſtrare, ait. A. Gellius lib.* 15. *cap.* 23. *Hellanicus, ait, Herodotus, Thucydides, hiſtoria*

ſcripto-

ſcriptores, in iisdem ferè temporibus laude ingenti floruerunt, & non longè diſtantibus ætatibus fuerunt. Nam Hellanicus in initio belli Peloponneſiaci fuiſſe 65. annos natus videtur: Herodotus 53. Thucydides 40.

Eionem ad Strymonem) *Pauſanias in Arcad. tradit, Cimonem Strymone amne ad urbem averſo, ſubrutiſq́, eo modo muris, Medos expugnaſſe.*

Secuta poſtea) *Brevitatem hoc loco Thucydidis Dionyſius Hal. accuſat: Navales, inquit, inter Athenienſes & Peloponneſios pugnas, libro ſecundo tam copioſè deſcribit. at nobilem hanc contra Perſas pugnam paucis verbis complexus eſt. Ego cùm hoc apud Dionyſium legerem, non potui in animum inducere, Dionyſium illo quem de iudicio Thucydidis ſcripſit libello, ſeriò & graviter agere ſibi propoſitum habuiſſe. Aliud enim quæ ſunt propoſiti noſtri, aliud quæ per digreſſionē narrantur, requiruntur. Et navales illæ pugnæ inter Athenienſes & Peloponneſios pars belli fuerunt, quod Thucydides ſcribere inſtituit. At cum Perſis bella, non ex inſtituto, ſed per digreſſionem Thucydides ita narrat, ut nihil hac parte brevitate commendabilius inveniatur.*

Ad Eurymed.) *Hæc prælia aliter Diodorus lib. 11. aliter Plutarchus in Cimone deſcribit.*

Et metalla) *Metalla hæc Herodotus lib. 6. & in inſula & in continente Thracia, Thaſiis 200. auri & argenti talenta, & ſi plurimum 300. quotannis tuliſſe ſcribit.*

Terræmotus coortus) *Ingentem hunc Spartæ terræmotum fuiſſe fertur, domoſq́, à fundamentis everſas, & 2000. hominum in ruinis periiſſe: iumq́, velut extinctis Lacedæmoniis, Meſſenios helotesq́, ad arma concurriſſe. Cæterùm Archidamus rex Lacedæmoniorum, cùm cives vidiſſet ex tectis quæcunq́, erant chariſſima egerentes: protinùs velut hoſtis adeſſet, claſſicum canere iuſſit, ipſeq́, armatus proſiliens in campum, reliquos cives inſtruxit. Quorum viſa acie, Meſſenij in præſentia dilapſi, apertum deinde fecerunt bellum.* 43.

Et Helotes) *Sic dicti ab oppido Laconico Helos: de quo vide in nominibus urbium.*

Duce Cimone) *Hic enim inprimis erat Lacedæmoniorum ſtudioſus.*

Alienigenas) *Athenienſes enim Iones erant, Lacedæmonij Dores.*

In Athen.odium) *Id quod bello demum Peloponneſiaco anno tenore pertinaciſſimè exercuerunt.* 44.

Leuconticho) *Id eſt, Album murum. Retinui autem Græcam appellationem, Livium inprimis Pliniuḿque ſecutus, qui ferè ſolent Græca locorum & oppidorum nomina, licet aliquam ſignificationem Latinam præbere poſſint, retinere. Sic Livius Hieran comen, Gerdis*

tichos, Aporidos comen, Xylimen comen, dicere ſolet, quæ Latinè reddi potuiſſent. Plinio verò in Græcis deſcriptionis eſt familiarius, ut paſſim in eius volumine videre licet.

Acie fuſi ſunt) *Diodorus Siculus utrobiq; Athenienſes ait. Sed in hoc maior fides Thucydidi.*

Multis ſimul belli.) *Duobus tantùm. ſed & duo multos docet Ariſtoteles lib. Ioſa Metaphyſ.*

44. Criſæum ſinum) *Criſæus ſinus, qui & Corinthius, a Criſſa urbe in ea ſita nominatur.*

Ex fœdere) *Quod. pſi Argivis cum eis fecerant, ut in dictum*

Magna utrinque) *Hoc in conflictu Periclis maximè eniuiſſe Plutarchus ait.*

45. Tolmida Tolmæi) *Hunc ut quamplurimos militares in diſciplinem educeret, talem artem adhibuiſſe Diodorus ſcribit mille ſolùm armati decreti fuiſſent, ipſe ſingulos inuitorum ſe delecturum aiebat. ſatius proinde eſſe, ut voluntariè nominarentur, quàm velut coacti in militiam eant. Cùm ſic adnomina ſponte dediſſent, tum demum mille lege permiſſos a quecum 4000. ab urbe profectus, Laconicam primus popu Gythium navale Lacedæmoniorum, Cephalleniam inſulam pactum cepit.*

Terreſtri prælio) *Diodorus Athenienſes prælio diuica ſſe ſcribit: ſed Perſas cum eis pacem feciſſe, ea lege, ut A cederent. itaq; per Africam Cyrenen digreſſos, in patriam re*

46. Alios occiderunt) *Et in his ducem Tolmidam. Item Cl trem Alcibiadis, ut Plato in Alcibiade primo ait.*

47. Sede ſua) *Hoc fecerunt, quòd illi Attica quadam ma nes in ea trucidaverant.*

Eruptione ſub. *Hortatu & ductu Meliſſi Philoſophi. P*

48. Nono mẽſe) *Pericles cùm Samios nono mẽſe ſubegiſſet nouni ſe præferebat, qui Troiam decimo demum anno cepi tarch.*

Hinc jam non) *Concluſio præcedentis hiſtoriæ Lamnon ditus ad rem propoſitam. Dionyſius Halicarn. in libello Thucydidis, ordinem narrationis Thucydidiæ reprehendit; duas propoſuiſſet huius belli cauſſas, alteram veram, de pot thenienſium, alteram fictam & præiextam, de rebus ad Epi & Potidæam geſtis: faſiam tamen & poſteriorem priùs, ver crementis & viribus Athenienſium poſteriùs, narrâris. Al turam poſtulare, ut priora poſterioribus, vera falſis, priùs tur Ego autem viciſſim non video, cur ſemper priora ſequan multò minùs, cur vera falſis, in narrando ſint præponenda*

rem non ſemper eo ordine, quo quid eſt actum, narrare iu-
modo quo expedit. itaq; interim, ait, re ex poſita, cauſſas ſub-
, quæ anteceſſerint. Quòd ſi Thucydides præmiſſa falſa cau-
ellum narrare orſus, poſtea demum veram aperuiſſet: re-
ortaſſe poſſet. Nunc antequam belli initium faciat, utrang;
ſolutè, tam veram quàm falſam, enarrãs, nihil hac in par-
t. Sed nec illud omninò verum eſt, quòd Thucydides falſas
e veras enarret. Veram enim cauſſam ait fuiſſe Athenien-
tiam, quæ Lacedæmonijs nimis creſcere viſa, eos in arma
t. Hanc verò in ipſo proœmio (utpote rem ſui iudicij, non ab
oprobatam & conclamatam) ſtatim indicaverat, oſtendens,
xparva & humili maximam & floreniſſimam rempub.
thenienſes, quomodo cum Medis bella geſſerint, quomodo
i ſubiecerint, quomodo cum Lacedæmonijs contenderint.
verò apertiſſimis verbis indicata vera cauſſa, ad reliquas bel-
s, quibus tamdiu ſopitus ignis eruperit, enarrandas tran-
illas priores pluribus explicaret, nec Dionyſius nec alius
quirere potuiſſet. peculiarem enim illa potiùs & longiorem
iſtoriam flagitarent. & cauſſæ bellorũ repetendæ ſunt pro-
ultimæ; ut monet Ant. Viperanus in lib. de ſcribenda hiſt.
ur longè fuit, Thucydidem indicata perſpicuis & paucis
belli cauſſa, inde ad occaſiones (& illas belli cauſſas tan-
non interveniſſent, nondum protinùs bellum coorituru
æ circumſtantiæ docerent) percenſendas tranſire: quàm ab
arum primordijs auſpicando, ingens ſibi præter animi ſen-
us imponere. quod ſi faciendum neceſſario eſſet, nemo quis-
icularem hiſtoriam ſcribere, ſed omnes quàm longiſſimè rez
eberent; quandoquidem is eſt rerum humanarum ordo, ut
odam nexu omnia cohæreant, & ſemper poſteriora habeant
ognationem cum prioribus. At verò, inquit Dionyſius, ipſe
c locum hiſtoria dignum, utpote ab alijs præter miſſum, in-
q; & ſuo ordine & copioſiùs omnia narrare debuiſſet. Sed
Thucydidis verbis ſequi. digreſſione enim illum locum Thu-
ſoluta hiſtoria, ſe expoſiturum, dicit. Id verò non potuiſſet
re loco facere. poſuit enim ante initium belli, & poſuit eo in
maximè de bello ſuſcipiendo deliberatur. Quòd ſi ab initio
riam collocaſſet, copioſiùs omnia, præter inſtitutæ hiſtoriæ
um explicari oportuiſſet, ne vel principium ſequentis nar-
lli Peloponneſiaci inæquale videretur, vel ipſe negligentiæ
ut imprudentiæ accuſari poſſet.

nvocatum) Non enim negligit Deus virtutis ſtudioſos, ſed
abſq; omni ſenſu. Quippe non vocem requirit, ut edocea-
ũ opus, neq; aures ut cognoſcat. Suidas.

Lacedæmoniis equidem) *Altera Corinthiorum ad bellum exhortatio, pulcerrimis exornata sententijs, quatuor partibus constat; Exordio, Propositione, Confirmatione, Peroratione. Exordio Lacedæmoniorum benevolentia petitur, & sociorum mediterraneorum, tum ad orationem, tum ad bellum attentio.*

Sic nanque) *Ita Cicero Philipp. 1. de M. Antonio: Illa erat vita, illa secunda fortuna, libertate esse parem cum cæteris, principem dignitate.*

50. Negotia) *Maritima videlicet. Hos enim Athenienses nautici homines obire, iam in pace commercia agitare, iam bello armis vexare, solebant. unde hos facilè metus Athenienſium ad bellum movebat.*

At qui med.) *Hi minùs timebant Athenienſes, non tantum terrestri, quantum navali, robore valentes.*

Eos ego) *Rationem exponit, quare his non minùs, quàm maximis urbibus, sint Athenienſes timendi.*

Igitur cùm) *Propositio est orationis, præcipuè quidem ad mediterraneos directa, sed tamen ad omnes revera se extendens.*

Moderati enim) *Confirmatio argumenta ex tribus generibus habet. Primum ab honesto & laudabili.*

Si non lædaris) *Insignis regula est, qua quando & quantum sint bella gerenda, verè & prudenter exprimitur.*

Nam qui vol.) *Ratio præcedentis regulæ, cur neq; nimio pacis amore necessaria bella declinare, neq; secunda belli fortuna inflati plus æquo efferri, debeamus.*

Iidem postquam) *Corinthij præclari suasores, huic tamen consilio non parnerunt. nulli enim magis deinceps paci obstiterunt.*

De victoria) *Alterum argumentum à facultate.*

Spe maioris) *Hoc consilio serò tandem paulò ante finem belli usi sunt Lacedæmonij. Lyſander enim cùm à Cyro impetrasſet, ut nautis pro ternis quaternos daret obolos: brevi hostium classem nautici hominibus orbavit, eos etiam qui remanebant segnes & seditiosos effecit.*

Quod enim nobis) *Sententia est: Lacedæmonijs à natura est insitam animorum fortitudinem; quam nunquam possint addiscere Athenienſes: quòd nisi ab natura quis fortis procreetur, nunquam aliter fortis evadat. Sanè Vegetius lib. 2. cap. 26. Pœnos, inquit, viros fortes natura procreat; bona institutione complures reddit industria.*

51. Et castelli) *Decelea postremis belli annis magno cum damno Athenienſium communita est.*

Non appar.) *Scipio apud T. Livium lib. 28. Multa, quæ non ex intervallo non apparent, bellum aperiet.*

Nulla

Nulla quippe) *Annibal apud T. L. lib. 30. Nusquam minùs, quàm in bello respondet eventus.*

Proinde ſic) *Tertium argumentum, à periculo ſervitutis.*

Quod vel in) *Quartum argumen. à turpitudine ſervitutis, timiditatis, negligentiæ, alioruṁ; criminum; quæ omnia Peloponneſiis incumbant, niſi ad arma deſcendant.*

Contemptionem) *Agnominatione hoc loco utitur Thuc. qua Latinè haud æquè potuit exprimi. contemptionem enim καταφρόνησιν, ſtultitiam ἀφροσύνην appellat.*

Sed quid juvat) *Quintum argumentum à maiorum inſtitutis.*

Hoc & Pythica) *Sext. ab oraculi mandato, & Græciæ auxilio.*

Illud nemo) *Obiectioni de fœdere reſpondet; nunquam bellum inſturum fuiſſe deum, ni iam ruptum fœdus iudicaſſet: nec etiam repellentes vim, ſed inferentes, fœdera violare.*

Quocirca) *Peroratio, qua breviter rurſus præcedentia argumenta attingit: quædam etiam nova magna parvaq; addit.* 52.

Succur. Potid.) *Vt in priore oratione ad Lacedæmonios, ſic in præſenti etiam, poſteaquam bellum adverſus Athenienſes ſuaſerunt, Potidæatis ſuccurri ſolicitè petunt.*

Quando in conc.) *Hominem enim improbum non accuſari tutius eſt, quàm abſolvi: ut Cato apud Livium ait.*

Bello enim pax) *Cicero Philip. 7. Si pace frui volumus, bellum gerendum eſt: ſi bellum omittamus, pace nunquam fruemur.*

Prima legatione) *Iam religionibus utrinque pugnare orditur. Sic & hodie ubique religio, licet revera minimè ſit curæ, obtenditur.*

Deam) *Mineruam.*

Olympionices) *Sic dicitur qui in Olympijs certamine vicit.*

Arcem, uti dominat.) *Sintne utiles in urbibus arces, an non? variè diſputari poteſt. Fr. Patricius lib. 8. tit. 9. de Inſtitut. reipub. Arcem in urbe liberæ civitatis inutilem eſſe, in ſubiecta neceſſariam adnodum, definit. Macchiavellus com. lib. 2. cap. 24. eas in univerſum damnat. Cui ſententiæ Bodinus quoq; lib. 5. cap. 5. de repub. accedere videtur.*

Iovis Milichii) *Iovem ſuum Athenienſes, ut Romani, variis cognominibus affecerunt; vocantes, Poliuchum, Bulæum, Phratrium, Philium, Erceum, Cteſium, Milichium. Feſti dies ei conſecrati, Pandia, Diaſia, Diipolia. fuerunt. Sigon. lib. 1. de R. A.*

Severas) *Quidam Venerandas, pro Severas, converterunt.* 53.

Seditionibus occ.) *Alia quoque in Græco ſententia videri poteſt: Cleomenem hos deteſtabiles homines, & unà Athenienſeis*

custodiuntur : tyranni peregrinis. illi enim volentibus sec
ges, hi invitis, imperant. unde illi à civibus, hi contra cives,
habent.

54. Quare etiam major] *Notandum, subditorum defecti*
sam non rarò esse, præfectorum, quos principes dare solen
tiam & tyrannidem. Ita Helvetij, ob præfectorum violen
Austriacis se in libertatem vindicarunt. Sic Bato Dalmata
Romanis descivisset, victus captusque, & cur defecisset inte
Vos, respondit, in culpa estis, qui ad greges vestros custodie
canes aut pastores, sed lupos præficitis.

Scytale] *Scytalen hanc Scholiastes, Plutarchus, & Sui*
ci describunt. A. Gellius lib. 17. sic de ea scribit: Lacedæmoni
cùm dissimulare & occultare literas ad suos imperatores pa
sas volebant, ne si ab hostibus captæ forent, consilia sua no
epistolas id genus factas mittebant: Surculi duo erant, tere
guli, pari crassamento, eiusdemque longitudinis, derasi, q
consimiliter. Vnus imperatori in bellum proficiscendi dab
rum domi magistratus cum iure atq; cum signo habebant. S
sus venerat literarum secretiorum, circa eum surculum lo
ca tenuitatis complicabant, volumine rotundo & simplici,
undique coirent. Literas deinde in eo libro per transversas i
rum oras, versibus à summo ad imum proficiscentibus inf
Id lorum literis ita perscriptis ex surculo revolutum, impe
menti illius conscio miserunt. Resolutio autem lori literas tr
que mutilas reddebat, membraque earum & apices in tur

ſtatem in reges] *Agidem iuniorem, regem Spartanum, ı carcerem coniectum etiam necárunt.*

mplò del.] *Demosthenes oratione in Neæram; Plataenses, Lacedæmonios apud Amphictyonas nomine sociorum accu- nille talentùm ab eis mulctam petisse: erasisque versibus, in- orbes quæ rebus interfuerant coegisse.*

iid properè] *Nulla unquam de morte hominis cunctatio . Iuvenal. Sat. 6.*

e sigil.] Σφραγῖδα παραπεισάμενος; *eleganti locutione* 55.
cyd. Ex hoc patet, non ita simplicem vetustatem fuisse, ut tant, sed tales artes, ob quas quidam nostram ætatem ut sceleratissimam accusant, etiam olim usitatas fuisse. Nullum ie vitium, nulla mala ars aut improbitas inter homines ver- ius non apud antiquos etiam exempla, imò sceleratiora, in-

ris absconditis] *In altera scilicet casulæ parte: ut in alte- niam loquentem audirent.*

obstruxerunt] *Matrem Pausaniæ primum laterem appo- unt. eius exemplum reliquos secutos.*

oque expiare] *At id videtur iam expiatum fuisse, duabus Pausaniæ positis. quam enim aliam expiationem require- nienses? nisi fortè Ephororum, qui Pausaniam necaverant, uniri voluerunt: sicut Lacedæmonij in simili casu priùs ses monuerant.*

istoclem quoque] *Plutarchus in Them. Pausanias, in-* 56.
ens id proditionis facinus, primò Themistoclem illud, licet el avit. Vt eiectum vidit urbe, & id indignè ferentē, non du- m ad consortium cœptorum invitare, ostenditque ei literas Græcos ipsum, ut ingratos & improbos, inflammans. Themi- omnia repudiavit quidem, non tamen ulli patefecit: quia ore, ut vel absisteret ab incœpto, vel alia ratione, quia res an- ectaret, detegeretur. Punito ea de caussa Pausania, reper- eræ nonnullæ & scripta de his agentia, quæ Themistocli su- fecerunt. Atque hinc Lacedæmonij ipsum & cives invi- bantur, non præsentem, sed per literas, isthæc purgantem. stem, se qui imperare vellet, ad parendum autem nec factus voluntatem haberet, nunquam in animum inducturum, is & hostibus semetipse cum Græcia venderet, &c. Hæc de le ab Ephoro prodita, ab Thucydide autem, ut damnata fal- issa, idem Plutarch. in libello de Herodoti malignitate scri-

cismum] *Hunc ita describit C. Sigonius lib. 2. de Republ. um populo placuisset ostracismi iudicium constituere, forum*

litatem potissimam esse legem civitatis, cum quasi quæ lex aut disciplina pugnet, meritò debeat mutari. At Lacones bonis legibus permansu, & quidem in rebus maximis, carere: qui tamen optimis legibus instructi videantur.

37. Nunc autem] *Peroratio est. qua consilium suum duplex plenis repetit verbis.*

Cùm in primis] *Argumentum ab honesto & æquo, postremò (non insolito in Perorationibus modo) ponitur; iniquum esse, eos quibus æquum pari velint, amicis refutare velle.*

Qui tunc Ephorus] *Lycurgus legislator Lacedæmonius, cùm egregiè ad pacis belliq; artes Spartanam urbē conformasset, paucorū tamen optimatum opes nimiùm provexisse videbatur. Ea de caussa anno 130. ab eius gubernatione, rege Theopompo, Spartani tanquam frenū iniecerunt regibus. Et horum potestatem. Horum annuus fuit magistratus, & quia regibus præcipuè tanquam rectoribus & magistratibus appositi erant, contentiones cum ijs reges tanquam hereditarias acceperunt. Hi nec assurgebant regibus, ut reliqui cives, & in discordia regum hi alterius sententiam comprobantes vincebant. Plutarchus.*

Quid sibi] *Oratio Sthenelaidæ ferox, qua ad bellum Lacedæmonios incitat; & orationes diversæ partis tumultuariè refutat. Athenienſium primò verba eo præcipuè spernit, quòd se magis ipsi laudaverint, quàm purgârint.*

Nos verò] *Ex contrario argumentatur ad Lacedæmonios, sociorum iniurias esse vindicandas.*

Valeant alii] *Archidami orationem arguens, Athenienſium copijs & apparatui sociorum suorum robur opponit.*

Socii sunt fideles] *Magnum id quidem; sed non solum huic sufficiens bello.*

Iis potiùs] *Hoc specie argumentum est, revera nulla ratione nititur, nec ad præsens bellum pertinet. De hoc ipso enim dicendum fuisset; an fecerint iniuriam Athenienses; an tantam, quæ bello debeat ercari; an alio modo possit res transigi; an si maxima sit ipsorum iniuria, iam commodè oppugnari possint; an spatio sumpto rectiùs bellum inferri queat, &c. Sed horum nihil dispexit ira & cupiditate, pessimis consultoribus, cæcatus Ephori animus.*

Vltrà augescere] *Hic remotis arbitris ira Lacedæmonio veram belli causſam elicit, quam alias studiosè tegebans.*

38. Siquidem Athen.] *Digressio sequitur satis longa, quæ res Athenienſium, ab Xerxis ex Græcia discessu, usq; ad præsentis belli initium per L. annos gestas, summa brevitate & perspicuitate Thucydides persequitur.*

Mycalen perfugerunt] *Disiecta enim ad Salaminem Xerxis illa ingente classe, barbari quicunque in Asiam anfugerant, ad Mycalen sub-*

ten ſubductis navibus, valloſe ibidem communierunt. Samij verò aliíq; Græci in Aſia deficientes à Perſis, Græcorum claſſem in auxilium accerſunt. Qui ducibus Leotychide rege Lacedæmonio & Xanthippo Athenienſi advenientes, Perſas acie pedeſtri 40. millibus cæſis ſuperarunt. Ita rebus geſtis, cùm Iones iam Aeolen q; à Perſis defeciſſent: cæteri eos Græci hortati ſunt, ut relicta Aſia longinqua & hoſtibus vicina, in reliquam ſecum Græciam commigrarent, agrum eorum qui cum Medis ſteterant accepturi. Inclinatis iam ijs ad parendum, Athenienſes veriti, ne Iones ſui coloni ad univerſos Græcos ius coloniæ transferrent: manere eos in ſua ſede iubent. nam ſi nemo alius Græcorum veliet, ſe tamen conſanguineis auxilio futuros. Ita cùm in duas partes Græcorum ſententiæ diviſæ eſſent, Lacedæmonij cum ſuis domum abierunt, Athenienſes ad perſequendum bellum ſubſtiterunt. Diodorus lib. 11.

Vbi depoſuerant] *Athenienſes enim facto de urbe relinquenda decreto, parentes, liberos, uxoresq; Trœzenem deportârunt. Quibus Trœzenij benignè excepiis, alimenta publicè decreverunt, & pueris poma, unde liberet, ſumere liberum fecerunt, mercedem inſuper præceptoribus ſolverunt.*

In ſpeciem] *Rurſus alia in ſpeciem cauſſa, quàm revera ſubeſt,* 39.
iactatur.

Tutum receptum] *Bello enim Medico omnes ferè Græci, qui non ad Xerxem defecerant, in Peloponneſum confugerunt.*

Priùs in eius] *Tunc enim Themiſtocles, cùm primùm adverſus* 40.
Æginetas triremes Athenienſes ædificaſſent, ad mare paulatim civitatem, adverſante licet Miltiade, deduxit: præbuitque ſui criminandi materiam, Themiſtoclem lanceam & clypeum civibus extorquentem, ſcalmo eos & remo alligaſſe. Plutarch.

Tres portus] *Pauſan. in Atticis: Piræeus antequam ad Rempub. Themiſtoclis accederet, non navale, ſed pagus fuit. At Themiſt. poſtquam ſummæ rerum præfuit, quòd multo opportuniore loco Piræeum ſitum putaret (cùm prounico Phaleri portu tres haberet) in eo navale exædificavit.*

Multum profuit] *Hæc res populi vires contra optimates aluit, ipſumq; audacia inflavit, omni ad nautas, hortatores, & gubernatores, auctoritate delata. Hinc ſuggeſtum, unde ad populum verba fiebant, ad mare ab Themiſtocle converſum, ſtriginta poſtea tyranni terram verſus averterunt. Plutarchus.*

In quo duo] *Idem Q. Curtius lib. 5. de Babylonis muris ſcribit. Et latitudo manium urbis Nini tria plauſtra capiebat. Diod. 2.*

Piræum util.] *Itaque urbem Piræo & terram mari annexuit.*

Hi in Cyprum) *Cyprus Medorum tunc partibus adhæserat, Xerxiq; ad bellum* 150. *naves dederat. Diodorus lib.* 11.

Cæterùm cùm) *Hæc recenseantur pluribus inf. h. l. p.* 53.

Idque omnibus) *Scholiastes Thucydidi id manifestum videri, non Lacedæmoniis illius temporis pariter apertum fuisse, censet. aliquin enim punituros eum fuisse. Atqui ego statuo nequaquam verba pati, ut ex Thucydidis persona accipiantur. non enim δοκεῖ ait, sed ἐδόκει. Et exemplis notum est, ministros interdum princ. pis omnium consentiente iudicio damnari, cùm ipse princeps eorum improbitatem ignoret. Sic facilè in negotio præsenti fieri potuit, ut pervulgatum inter cæteros Græcos Pausaniæ scelus, magistratibus tamen Spartanis non ita certum esset.*

Vitiis corrumperentur) *Valerius Maximus lib. 2. cap 6. Spartana civitas severissimis Lycurgi legibus obtemperans, aliquandiu civium suorum oculos à contemplanda Asia retraxit, ne eius illecebris capti, ad delicatius vitæ genus prolaberentur. Audierant enim lautitiam inde & immodicos sumptus, & omnia non necessaria voluptatis genera fluxisse. Ac minimè mirum est, quòd homines laboris patientia gaudentes, tenacissimos patriæ nervos externarum deliciarum contagione solvi ac hebetari noluerunt: cùm aliquanto facilior rem virtutis ad luxuriam, quàm luxuriæ ad virtutem transitus videretur. Quod eos non frustra timuisse dux eorum Pausanias patefecit, qui maximis operibus editis, ut primùm se Asiæ moribus permisit, feritudinem suam, effœminato eius cultu, mollire non erubuit.*

Satis idoneos) *Sed hoc modo Athenienſium potentiam auxerunt, & suas vires minuerunt.*

Quæstores) *Hellenotamiæ dicti. Vi autem Apodecta civium tributum recipiebant, sic Hellenotamiæ sociorum. Narrat autem interpres Acharnensium; vere primo cùm Dionysia agebantur, tributi socios Athenas pertulisse. C. Sigonius lib. 4. de Repub. Athen.*

Primum fuit) *Tributum hoc Aristides cognomento Iustus, ego singulorum & vectigalibus inspectis, pro facultatibus cuiusque tanta æquitate descripsit, ut socij felicitatem id Græciæ appellarent, Aristidem in cælum ferrent: postea inprimis, cùm id paulatim nimium augeretur. Primum enim, ut Plut. & Thuc. scribunt, 460. talentorum fuit. Id postea Pericles amplificavit. 600. talenta enim initio belli Peloponnesiaci fuerunt. Inde paulatim ad 1300. summam eli redactum.*

42. Hellanicus) *Hunc Cicero lib. 2. de Orat. ex eorum numero esse ait, qui sine ullis ornamentis monumenta solùm temporum, hominum, locorum, gestarumque rerum reliquerunt. Strabo l. b. 10. Hellanicum plurimum in tota penè scriptione levitatis demonstrare, ait. A. Gellius lib. 15. cap. 23. Hellanicus, ait, Herodotus, Thucydides, historiæ scripto-*

ſcriptores, in iisdem ferè temporibus laude ingenti floruerunt, & non longè diſtantibus ætatibus fuerunt. Nam Hellanicus in initio belli Peloponneſiaci fuiſſe 65. annos natus videtur: Herodotus 53. Thucydides 40.

Eionem ad Strymonem) *Pauſanias in Arcad. tradit, Cimonem Strymone amne ad urbem averſo, ſubrutisq; eo modo muris, Medos expugnaſſe.*

Secuta poſtea) *Brevitatem hoc loco Thucydidis Dionyſius Hal. accuſat: Navales, inquit, inter Athenienſes & Peloponneſios pugnas, libro ſecundo tam copiosè deſcribit. at nobilem hanc contra Perſas pugnam paucis verbis complexus eſt. Ego cùm hoc apud Dionyſium legerem, non potui in animum inducere, Dionyſium illo quem de iudicio Thucydidis ſcripſit libello, ſeriò & graviter agere ſibi propoſitum habuiſſe. Aliud enim quæ ſunt propoſiti noſtri, aliud quæ per digreſſionē narrantur, requirunt. Et navales illæ pugnæ inter Athenienſes & Peloponneſios pars belli fuerunt, quod Thucydides ſcribere inſtituit. At cum Perſis bella, non ex inſtituto, ſed per digreſſionem Thucydides ita narrat, ut nihil hac parte brevitate commendabilius inveniatur.*

Ad Eurymed.) *Hæc prælia aliter Diodorus lib. 11. aliter Plutarchus in Cimone deſcribit.*

Et metalla) *Metalla hæc Herodotus lib. 6. & in inſula & in continente Thracia, Thaſiis 200. auri & argenti talenta, & ſi plurimum 300. quotannis tuliſſe ſcribit.*

Terræmotus coortus) *Ingentem hunc Spartæ terræmotum fuiſſe fertur, domosq; à fundamentis everſas, & 2000. hominum in ruinis periiſſe: umq; velut extinctis Lacedæmonijs, Meſſenios helotesq; ad arma concurriſſe. Cæterùm Archidamus rex Lacedæmoniorum, cùm cives vidiſſet ex tectis quæcunq; erant chariſſima egerentes: protinùs velut hoſtis adeſſet, claſſicum canere iuſſit, ipſeq; armatus proſiliens in campum, reliquos cives inſtruxit. Quorum viſa acie, Meſſenij in præſentia dilapſi, apertum deinde fecerunt bellum.* 43.

Et Helotes) *Sic dicti ab oppido Laconico Helos: de quo vide in nominibus urbium.*

Duce Cimone) *Hic enim inprimis erat Lacedæmoniorum ſtudioſus.*

Alienigenas) *Athenienſes enim Iones erant, Lacedæmonij Dores.*

In Athen. odium) *Id quod bello demum Peloponneſiaco anno tenore pertinaciſſimè exercuerunt.* 44.

Leuconticho) *Id eſt, Album murum. Retinui autem Græcam appellationem, Livium inprimis Pliniuḿque ſecutus, qui ferè ſolent Græca locorum & oppidorum nomina, licet aliquam ſignificationem Latinam præbere poſſint, retinere. Sic Livius Hieran conem, Gordium*

enituisse Plutarchus ait.

45. Tolmida Tolmæi) *Hunc ut quamplurimos milites in ditionem educeret, talem artem adhibuisse Diodorus scr. mille solùm armati decreti fuissent, ipse singulos iuniorum se delectorum aiebat. satius proinde esse, ut voluntariè nom teantur, quàm velut coacti in militiam eant. Cùm sic ad nomina sponte dedissent, tum demum mille lege permissos d que cum 4000. ab urbe profectus, Laconicam primus pop Gythium navale Lacedæmoniorum, Cephalleniam insulam pactum cepit.*

Terrestri prælio) *Diodorus Athenienses prælio dimica fuisse scribit: sed Persas cum eis pacem fecisse, ea lege, ut A cederent. itaq; per Africam Cyrenen digressos, in patriam re*

46. Alios occiderunt) *Et in his ducem Tolmidam. Item C trem Alcibiadis, ut Plato in Alcibiade primo ait.*

47. Sede sua) *Hoc fecerunt, quòd illi Attica quadam na mnes in ea trucidaverant.*

Eruptione sub. *Hortatu & ductu Melissi Philosophi. P*

48. Nono mēse) *Pericles cùm Samios nono mēse subegisse mnoni se præferebat, qui Troiam decimo demum anno cepi tarch.*

Hinc jam non) *Conclusio præcedentis historiæ Lannorn ditus ad rem propositam. Dionysius Halicarn. in libello Thucydidis, ordinem narrationis Thucydidiæ reprehendit; duas proposuisset huius belli caussas, alteram veram, de po theniensium, alteram fictam & prætextam, de rebus ad Ep & Potidæam gestu: falsam tamen & posteriorem priùs, ver crementis & viribus Atheniensium posteriùs, narrârit. A turam postulare, ut priora posterioribus, vera falsis, priù tur. Ego autem vicissim non video, cur semper priora sequen multò minùs, cur vera falsis, in narrando sint præponend*

rè oratorem non ſemper eo ordine, quo quid eſt actum, narrare in-
, ſed eo modo q[uo] expedit. itaq; interim, ait, re expoſita, cauſſas ſub-
ngi poſſe, quæ anteceſſerũt. Quòd ſi Thucydides præmiſſa falſa cau-
ipſum bellum narrare orſus, poſtea demum veram aperuiſſet: re-
hendi fortaſſe poſſet. Nunc antequam belli initium faciat, utram-
eſſam abſolutè, tam veram quàm falſam, enarrãs, nihil hac in par-
vertit. Sed nec illud omninò verum eſt, quòd Thucydides falſas
ſſas ante veras enarret. Veram enim cauſſam ait fuiſſe Athenien-
m potentiam, quæ Lacedæmonijs nimis creſcere viſa, eos in arma
npulerit. Hanc verò in ipſo proœmio (utpote rem ſui iudicij, non ab
nibus approbatam & conclamatam) ſtatim indicaverat, oſtendens,
omodo ex parva & humili maximam & florentiſſimam rempub.
erint Athenienſes, quomodo cum Medis bella geſſerint, quomodo
æcos ſibi ſubiecerint, quomodo cum Lacedæmonijs contenderint.
ndem verò aſſertiſſimis verbis indicata vera cauſſa, ad reliquas bel-
ccaſiones, quibus tamdiu ſopitus ignis eruperit, enarrandas tran-
Nam ut illas priores pluribus explicaret, nec Dionyſius nec alius
quior requirere potuiſſet. peculiarem enim illa potiùs & longiorem
ſtituto hiſtoriam flagitarent. & cauſſæ belloru̇ repetendæ ſunt pro-
næ, non ultimæ; ut monet Ant. Viperanus in lib. de ſcribenda hiſt.
tius igitur longè fuit, Thucydidem indicata perſpicuis & paucis
rbis vera belli cauſſa, inde ad occaſiones (& illas belli cauſſas tan-
, ut ſi non interveniſſent, nondum protinùs bellum coorituru̇m
iſſe, multæ circumſtantiæ doceant) percenſendas tranſire: quàm ab
is Athenarum primordijs auſpicando, ingens ſibi præter animi ſen-
ntiam onus imponere. quod ſi faciendum neceſſario eſſet, nemo quis-
am particularem hiſtoriam ſcribere, ſed omnes quàm longiſſimè res
ceſſere deberent; quandoquidem is eſt rerum humanarum ordo, ut
ntino quodam nexu omnia cohæreant, & ſemper poſteriora habeant
iquam cognationem cum prioribus. At verò, inquit Dionyſius, ipſe
uc hunc locum hiſtoria dignum, utpote ab alijs prætermiſſum, in-
avit. itaq; & ſuo ordine & copioſiùs omnia narrare debuiſſet. Sed
go id ex Thucydidis verbis ſequi. digreſſione enim illum locum Thu-
d non abſoluta hiſtoria, ſe expoſiturum, dicit. Id verò non potuiſſet
mmodiore loco facere. poſuit enim ante initium belli, & poſuit eo in
o, ubi maximè de bello ſuſcipiendo deliberatur. Quòd ſi ab initio
nc hiſtoriam collocaſſet, copioſiùs omnia, præter inſtitutæ hiſtoriæ
gumentum explicari oportuiſſet, ne vel principium ſequentis nar-
tioni belli Peloponneſiaci inæquale videretur, vel ipſe negligentiæ
icuius aut imprudentiæ accuſari poſſet.

Et non vocatum) Non enim negligit Deus virtutis ſtudioſos, ſed
ræſtò eſt abſq; omni ſenſu. Quippe non vocem requirit, ut edoceã-
ur quid ſit opus, neq; aures ut cognoſcat. Suidas.

Lacedæmoniis equidem) *Altera Corinthiorum ad bellum exhortatio, pulcerrimis exornata sententijs, quatuor partibus constat; Exordio, Propositione, Confirmatione, Peroratione. Exordio Lacedæmoniorum benevolentia petitur, & sociorum mediterraneorum, tum ad orationem, tum ad bellum attentio.*

Sic nanque) *Ita Cicero Philipp. 1. de M. Antonio: Illa erat vita, illa secunda fortuna, libertate esse parem cum cæteris, principem dignitate.*

50. Negotia) *Maritima videlicet. Hos enim Athenienses nautici homines obire, iam in pace commercia agitare, iam bello armis vexare, solebant. unde hos facilè metus Atheniensium ad bellum movebat.*

At qui med.) *Hi minùs timebant Athenienseis, non tantum terrestri, quantum navali, robore valenteis.*

Eos ego) *Rationem exponit, quare his non minùs, quàm maritimis urbibus, sint Athenienses timendi.*

Igitur cùm) *Propositio est orationis, præcipuè quidem ad mediterraneos directa, sed tamen ad omnes revera se extendens.*

Moderati enim) *Confirmatio argumenta ex tribus generibus habet. Primum ab honesto & laudabili.*

Si non lædaris) *Insignis regula est, qua quando & quatenus sint bella gerenda, verè & prudenter exprimitur.*

Nam qui vol.) *Ratio præcedentis regulæ, cur neq; nimio pacis amore necessaria bella declinare, neq; secunda belli fortuna inflati plus æquo efferri, debeamus.*

Iidem postquam) *Corinthij præclari suasores, huic tamen consilio non paruerunt. nulli enim magis deinceps paci obstiterunt.*

De victoria) *Alterum argumentum à facultate.*

Spe maioris) *Hoc consilio serò tandem paulò ante finem belli usi sunt Lacedæmonij. Lysander enim cùm à Cyro impetrasset, ut nautis pro ternis quaternos daret obolos: brevi hostium classem nautis hominibus orbavit, eos etiam qui remanebant segnes & seditiosos effecit.*

Quod enim nobis) *Sententia est: Lacedæmonijs à natura esse insitam animorum fortitudinem; quam nunquam possint addiscere Athenienses: quòd nisi ab natura quis fortis procreetur, nunquam aliter fortis evadat. Sanè Vegetius lib. 2. cap. 26. Paucos, inquit, viros fortes natura procreat; bona institutione complures reddit industria.*

51. Et castelli) *Decelea postremis belli annis magno cum damno Atheniensium communita est.*

Non appar.) *Scipio apud T. Livium lib. 28. Multa, quæ mox ex [illegible] non apparent, bellum aperiet.*

Nulla

quippe) *Annibal apud T. L. lib. 30. Nusquam minùs, quàm spondet eventus.*

de sic) *Tertium argumentum, à periculo servitutis.*

vel in) *Quartum argument. à turpitudine servitutis, ti- negligentiæ, aliorumq; criminum; quæ omnia Peloponnesiis t, nisi ad arma descendant.*

mptionem) *Agnominatione hoc loco utitur Thuc. qua ad æquè potuit exprimi. contemptionem enim καταφρόνη- am ἀφροσύνην appellat.*

quid juvat) *Quintum argumentum à maiorum institu-*

& Pythica) *Sext. ab oraculi mandato, & Græciæ auxi-*

emo) *Obiectioni de fœdere respondet; nunquam bellum fuisse deum, ni iam ruptum fœdus iudicasset: nec etiam re- rim, sed inferentes, fœdera violare.*

rca) *Peroratio, qua breviter rursus præcedentia argumen- : quædam etiam nova magna parvaq; addit.* 52.

Potid.) *Vt in priore oratione ad Lacedæmonios, sic in præ- , posteaquam bellum adversus Athenienses suaserunt, Pe- curri solicitè petunt.*

o in conc.) *Hominem enim improbum non accusari tu- àm absolvi: ut Cato apud Livium ait.*

nim pax) *Cicero Philip. 7. Si pace frui volumus, bellum est: si bellum omittamus, pace nunquam fruemur.*

legatione) *Iam religionibus utrinque pugnare ordium- hodie ubique religio, licet revera minimè sit curæ, obten-*

) *Mineruam.*

ionices) *Sic dicitur qui in Olympijs certamine vicit.*

uti dominat.) *Sintne utiles in urbibus arces, an non tari potest. Fr. Patricius lib. 8. tit. 9. de Institut. reipub. Ar- liberæ civitatis inutilem esse, in subiecta necessariam ad- finit. Macchiavellus com. lib. 2. cap. 24. eas in universum ui sententiæ Bodinus quoq; lib. 5. cap. 5. de repub. accedere*

lilichii) *Iovem suum Athenienses, ut Romani, varijs co- s affecerunt; vocantes, Poliuchum, Bulæum, Phratrium, rceum, Ctesium, Milichium. Festi dies ei consecrati, Pan- Dijpolia, fuerunt. Sigon. lib. 1. de R. A.*

s) *Quidam Venerandas, pro Severas, convertunt.* 53.

ionibus occ.) *Alia quoque in Græco sententia videri omenem hos detestabiles homines, & unà Athenienseis*

ſeditioſos eieciſſe. Eſt enim : [illegible]

53. Arm ſcapios] *Erras Æm. Probum, [illegible] ſcapios dixerit, vel ab Græcis, vel Latine, cap. is [illegible] : dicas enim : [illegible] ſignificare volumus, & ſigno dominum, & ſignificare.*

Sigillum] *Ita habuit, ut quibuſdam videtur, regis effigiem : ſecundum alios, Cypri imaginem, quidam Dareæ quam in cuſpide ſua ferebant, cuius hiſtoria rex declarat ſuus.*

Cum jampridem] *Similis huic Pauſaniæ fuit apud Romanos Manlius Capitolinus : qui obtrectare contra Gallos geſtum animo elatus, regi affectati criminis damnatus poſtea necatus eſt.*

Medi Ægitacilites] *Ita ſemper tyrannidis ſignum fuit. De quo ita Ariſtoteles lib 3. Polit. cap 10. Reges, inquit, civium ſuorum armis cuſtodiuntur : tyranni peregrinis. illi enim volentibus jecundum leges, his invitis, imperant. unde illi à civibus, hi contra cives, cuſtodias habent.*

54. Quare etiam major] *Notandum, ſubditorum defectionis cauſſam non raro eſſe, præfectorum, quos principes dare ſolent, inſolentiam & tyrannidem. Ita Helvetij, ob præfectorum violentiam, ab Auſtriacis ſe in libertatem vindicarunt. Sic Bato Dalmata, cùm ab Romanis deſciviſſet, victus capiſque, & cur defeciſſet interrogatus : Vos, reſpondit, in culpa eſtis, qui ad greges veſtros cuſtodiendos, non canes aut paſtores, ſed lupos præfiſtis.*

Scytale] *Scytalen hanc Scholiaſtes, Plutarchus, & Suidas Græci deſcribunt. A. Gellius lib. 17. ſic de ea ſcribit : Lacedæmonij veteres, cùm diſſimulare & occultare literas ad ſuos imperatores publicè miſſas volebant, ne ſi ab hoſtibus captæ forent, conſilia ſua noſcerentur, epiſtolas id genus facillimas mittebant : Surculi duo erant, teretes, oblongi, pari craſſamento, eiuſdemque longitudinis, deraſi, atque omni conſimiliter. Unus imperatori in bellum proficiſcendi dabatur, alterum domi magiſtratus cum iure ac cum ſigno habebant. Quando uſus venerat literarum ſecretiorum, circa eum ſurculum loreum undique tenuitatis complicabant, volumine rotundo & ſimplici, ita ut ora undique coirent. Literas deinde in eo libro per tranſverſas inſcribebant. Id lorum literis ita perſcriptis ex ſurculo revolutum, imperatori commeatis illius conſcio miſerunt. Reſolutio autem lori literas truncas atque mutilas reddebat, membraque earum & apices in partes diverſiſſimas ſpargebat. propterea ſi id lorum in manus hoſtium incideret, nihil conjectari ex loro quibant. Sed ubi ille ad quem eras miſſum, acceperat, ſurculo compari, quem habebat, capto, ad finem, perinde ut fieri debere ſciebas, circumplicabat : atque ita litera per ambitum eundem ſurculi coalescentes, rursum coibant, integramque epiſtolam & facilem legi præſtabant.*

Pote-

tatem in reges] *Agidem iuniorem, regem Spartanum, carcerem coniectum etiam necárunt.*

nplò del.] *Demosthenes oratione in Neæram; Plataenses, acedæmonios apud Amphictyonas nomine sociorum accu- ille talentum ab eis mulctam petisse: erasisque versibus, in- rbes quæ rebus interfuerant coegisse.*

id properè] *Nulla unquam de morte hominis cunctatio Iuvenal. Sat. 6.*

: sigil.] Σφραγῖδα παραπολιμαίνοις; *eleganti locutione* 55.
yd. Ex hoc patet, non ita simplicem vetustatem fuisse, ut ant, sed tales artes, ob quas quidam nostram ætatem ut celeratissimam accusant, etiam olim usitatas fuisse. Nullum e vitium, nulla mala ars aut improbitas inter homines ver- us non apud antiquos etiam exempla, imò sceleratiora, in-

is absconditis] *In altera scilicet casulæ parte: ut in alte- iam loquentem audirent.*

obstruxerunt] *Matrem Pausaniæ primum laterem appo- nt. eius exemplum reliquos secutos.*

que expiare] *At id videtur iam expiatum fuisse, duabus Pausania positis. quam enim aliam expiationem require- uenses? nisi fortè Ephororum, qui Pausaniam necaverant, uniri voluerunt: sicut Lacedæmonij in simili casu priùs ès monuerant.*

istoclem quoque] *Plutarchus in Them. Pausaniæ, in-* 56.
ens id proditionis facinus, primò Themistoclem illud, licet lavit. Vt eiectum vidit urbe, & id indignè ferentē, non du- n ad consortium cœptorum invitare, ostenditque ei literas ræcos ipsum, ut ingratos & improbos, inflammans. Themi- omnia repudiavit quidem, non tamen ulli patefecit: quia re, ut vel absisteret ab incœpto, vel alia ratione, quia res an- ctaret, detegeretur. Punito ea de caussa Pausania, reper- ræ nonnullæ & scripta de his agentia, quæ Themistocli su- fecerunt. Atque hinc Lacedæmonij ipsum & cives invi- bantur, non præsentem, sed per literas, isthæc purgantem. tem, se qui imperare vellet, ad parendum autem nec factus oluntatem haberet, nunquam in animum inducturum, & hostibus semetipse cum Græcia venderet, &c. Hæc de e ab Ephoro prodita, ab Thucydide autem, ut damnata fal- issa, idem Plutarch. in libello de Herodoti malignitate scri-

ismum] *Hunc ita describit C. Sigonius lib. 2. de Republ. m populo placuisset ostracismi iudicium constituere, forum*

cancellis ſepiebatur, ita ut decem ſolùm aditus relinquerentur, per quos populus in tribus diviſus ingrederetur. Tum Archontes & ſenatores, qui iudicio præerant, univerſam quæ convenerat multitudinem numerabant. nam ſi pauciores ſex millibus eſſent, irritum iudicium erat. Suffragium erat teſtula, in qua quiſque nomen potentis alicuius civis inſcripſerat, cuius magnitudine & opibus offenderetur. Qui ſic maioris partis ſuffragijs erat notatus, is urbe exemplo cedere, & per decennium abeſſe, integris tamen fortunis, cogebatur. Hoc enim inter exilium & oſtraciſmum intereſſe volebant, quòd exules bonis multabantur, nec tempore locóque circumſcribebantur: qui verò teſtulis damnati erant, ij & bona ſua retinebant, & certo tempore locóque definiebantur. & exilium quidem flagitij pœna fuit, oſtraciſmus potentiæ nimiæ diminutio, &c.

Promptis ad perſ.] Erat odio Lacedæmonijs Themiſtocles, tum multis alijs de cauſſis, tum inprimis quòd ijs invitis & deceptis munita Athenarum inſtauraverat, ſuamque patriam contra vim externam probè munierat: de quo paulò ante Thucydides narravit.

Merita in eam] Nam cùm eum Corcyræi controverſiarum, quas cum Corinthijs habebant, arbitrum cepiſſent: pro Corcyræis ſententiã tulit, ut eis Corinthij talenta 20. penderent, Leucadem communem utrique coloniam haberent. Adhæc quia Corcyræi non interfuerant bello Xerxis (miſerant enim naves quidem, ſed hæc circa Peloponneſum ſe detinuerant tempore prælij, ſpecie quidem quòd Maleam promontorium venti ſuperare prohiberent, revera belli eventum expectantes) cùm reliqui Græci eos excindere vellent, Themiſtocles retinuit, dicens: ſi id facerent, ut omnes qui non interfuiſſent bello delerent, maiore Græciam clade affecturos, quàm à Xerxe acceptura fuiſſet.

Edoctus ab ea] Alij Admetum ipſum, ut neceſſitatem apud inſequentes, cur non dederet eum, excuſaret, hunc modum ſupplicandi extruxiſſe aiunt. Plutar. in Them.

Non tradidit eum] Ioan. Bodinus lib. 3. de Rep. cap. 6. in fin. Reus fugitivus, ſceleris conſcius, ſine ſumma alterius maieſtatis iniuria retineri non poteſt. Si tamen civitas certò ſciat, fugitivum hominem, quem hoſpitio excepit, tyranni crudelitatem effugiſſe, nec ſceleris ullius conſcium eſſe: non modò prodere innocentem ac peregrinum crudeli tyranno turpe eſt & iniurioſum, verùm etiam pro miſerrimi hominis capite ac ſalute dimicandum erit: cùm ne lex quidem divina ſervum fugitivum irato domino reſtitui patiatur. Deut. 23.

92. Ex Salamine] Poſt Salaminiam nanque pugnam, Themiſtocles ut Xerxem quàmprimùm ex Græcia amoliretur, nuntium ei miſit, decreviſſe Græcos Helleſpontum claſſe petere, ad pontem eius incidendum. Eo nuntio rex expaveſcens, relicto Mardonio cum parte copiarum, præcipuis ex Græcia aufugit.

Non

s unquam] *Insequentes quoque Persarum reges me-*
uoties Græci cuiusdam indigerent opera, polliceri solitos,
d se fore Themistocle.

ıanque] *Ita Plutarchus: Themistocles, inquit, suum so-*
ur ingenium, nullis excultum literis vel disciplinis. un-
lud in utranq; partem faciebat, institutorum vitæ vicis-
:broque ad deteriora inclinabat. quod ipse postea confes-
issimos pullos, inquiens, ubi rectè informati fuerint, ge-
vadere equos.

ıs plerunque] *Cicero lib. 10. ep. ad Att. Ep. 7. Themisto-*
sset, ut ait Thuc. Τῶν τε πωραχρῆμα δὶ ἐλαχίστης βουλῆς
μων, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιπλεῖστον τοῦ γενησομένου ἄρι-
tamon incidit in eos casus, quos vitasset, si nihil eum fe-
is erat (ut idem ait) qui τὸ, τε ἄμεινον ἢ χεῖρον ἐν τῷ ἀ-
ιώρα μάλιστα, tamen non vidit, quomodo Lacedæmonio-
modo civium suorum invidiam effugeret, nec quid Ar-
:eretur.

ıs est] *De morte eius vide Diodor. lib. 11. & Plutarch. in*

obsonii] *Eius enim mare piscibus abundat. His tribus* 59.
ijciunt quidam, Percoten & Palæscepsin. Plut. in The-
autem morem Persis, ut secundum necessaria in victum
etiam ornamenta, reditus dati distribuerentur ex Plato-
:ibiade patet, ubi Socrates: Retulit, inquit, nobis vir qui-
unus eorum qui ad Persarum regem profecti erant, se
ntegrum penè diem latam ac fertilem peragrasse provin-
incolæ uxoris regiæ Zonam appellarent, esse quoq; aliam
ptram; atque ita multas alias regiones pulcras ac ferti-
m solius reginæ pertinere, nominaq; singulis locis à sin-
ntis imposita esse.

ı] *Pausanias in Att. refert, Athenienses aliquando*
Themistoclem pœnituisse, receptaque eius ossa ex Magne-
am à necessarijs eius reportata. sepulchrum in Piræeo

m de Meg.] *Refert Plut. cùm legem Pericles certam*
tabulam in quam plebiscitum relatum esset revellere ve-
m ex legatis dixisse: Tu verò ne revulseris, sed converte
ò, cùm id non impediat lex ulla.

t sacr. sol.] *Anthemocritum præconem Athenienses à*
s interfectum, cùm eis sacræ terræ cultura interdiceret,
ausanias scribunt.

ıctisque] *Ab hac dicendi facultate Olympius dictus est.*
dicturus esset valdè solicitus: ut quando concionem ac-

cederet, semper precaretur deos, ne ullum sibi verbum, quod ad rem præsentem non conveniret, excideret. Plut.

Quanquam me] *Exorditur orationem Pericles, à sua in proposito constantia. Simul cùm nihil in rebus humanis certum omninò inveniatur, sibi privatim cavet, flagitans, ut qui iam suam sententiam amplexuri sint, eandem postea in adveversa fortuna defendant.*

Fortunam etiam] *Ita sanè vulgò fit, ut pleraque adversa fortunæ aut cacodæmoni imputentur: cùm nos ipsi ut plurimùm malorum nobis caussa & auctores simus.*

Quantoperè] *Confirmatio est. Primum argumentum, à periculo, quod immineat Atheniensibus, si nunc cedant.*

Nam cùm] *Ostendit primò, quòd Lacedæmonij insidientur Atheniensium libertati, eo argumento, quòd non iure, sed pro imperio armisq; rem gerant.*

59. Potidæa nos] *Docet, qua via libertatem Atheniensium subruere conentur.*

In hoc autem] *Sic consiliarij regis Antiochi, quærenti an bellum gereret cum Romanis: Parvas, aiunt, & vix dictu dignas belli caussas tanto regi civitates esse, quas Romani petant. Sed initium semper per ius iniusta impetrandi fieri, &c. Tit. Liv lib. 35.*

Vt ubi hîc] *Tentatur enim patientia, & tentata contemnitur, T. L. lib. 1.*

Tam enim] *Maxima directò servitutem quærit: parva paulatim ad maiora conscendens idem molitur.*

Quam verò] *Alterum argum. à facultate & copijs utriusque partis.*

Peloponnesii agrestes sunt] *Peloponnesios Atheniensibus minâs valere, confirmando primùm, inde confutando, docet. Confirmat autem, quia imperiti, pecuniarum egentes, ad maiora bella rudes, consilij inopes, &c.*

Agrestes sunt] *Sed ex hoc genere optimos fieri milites Vegetius censet. Ita enim scribit: Nunquam posse credo dubitari, aptiorem armis rusticam plebem, quæ sub divo & in labore nutritur, solis patiens, umbræ negligens, balnearum nescia, deliciarum ignara, simplicis animi, parvo contenta, duratis ad omnem laborum tolerantiam membris, cui gestare ferrum, fossam ducere, onus ferre, consuetudo de rure est. Ex agris ergò supplendum robur præcipuè videtur exercitus. nescio enim quomodo minùs mortem timet, qui minùs deliciarum novit in vita. Ita & Horatius libr. 3. Carm. Od. 6. de Romanis suis canit:*

Non his juventus orta parentibus
Infecit æquor sanguine Punico,
Pyrrhumque & ingentem cecidit

Antio-

Antiochum, Hannibalemque dirum.
Sed ruſticorum maſcula militum
Proles, Sabellis docta ligonibus
Verſare glebas, &c.

Neque in privato] *Contrarium Socrates in Alcibiade Platonis aſſerit: Aurı, inquiens, & argenti apud Lacedæmonios copia tanta eſt, quantam non reliqua omnis Græcia habet. multa enim iam ſecula inferetur illuc ex univerſa Græcia, etiam ex Barbaria: effertur autem nuſquam. Quin & rex illorum pecuniоſiſſimus eſt. ex ijs enim maxima pars ad ipſum pervenit: & tributum quoque illi pergrande penditur.*

Alius quàm acerr.] *Vt in præſentia Corinthij.*

Alius ut quàm] *Velut Lacedæmonij. Ita de Romanis patribus T. L. lib. 5. Panci Reipubl. cæ, huic atque illi, ut quoſque ſtudium privatim aut gratia occupaverat, adſunt.*

Brevi temp. mom.] *Hoc verò peccatum longè magis in populari imperio admittitur: ut cùm aliorum, tum in primis Athenienſium exemplo liquet, qui breviſſimæ ſæpè concionis momento de ſummis rebus decreta fecerunt.*

Privata agunt] *Ita Ariſtoteles lib. 2. Polit. cap. 2. Minimè omnium curatur, quod eſt plurimis commune. de privatis enim præcipuè ſolliciti ſunt, de publicis parùm, niſi quantum ex re uniuſcuiuſq. cirtà reliqua, ut quæ alijs curæ ſint, negligentes exiſtunt. ſicut in re familiari multitudo miniſtrorum interdum minùs, quàm paucitas, inſervit. Ita Plato lib. 9. de Legibus:* τὸ μὲν κοινὸν, ξυνδεῖ, τὸ δὲ ἴδιον, διασπᾷ τὰς πόλεις. 60.

Cæterùm neque] *Refellere iam nititur commoditates, ſi quas ad bellandum habere hoſtes videbantur.*

Illam enim] *Caſtelli communitionem fieri non poſſe, oſtendit.*

Nec facilè] *Secundo loco, navales eorum vires refutans, negat futurum ut nauticam diſciplinam rectè perdiſcant.*

Nondum penitùs] *Diſputat ab exquiſitiſſima rei navalis ſcientia: quaſi verò non & ijs, qui non longum uſum habent, favere fortuna poſſit, nec ipſi Athenienſes Medico ſtatim bello & poſtea res maximas contra Græcos & barbaros geſſerint. Cur non idem Peloponneſiis contingere poſſe veriſimile fuit? ut poſtea factum eſt. cùm pares re navali Athenienſibus, maris inſuper imperium eis eripuerunt. Non tamen negaverim, ſemper in re navali Athenienſes fidentiores, Peloponneſios fidentiores, Peloponneſios timidiores fuiſſe.*

Quòd ſi manus] *Aliam de re navali obiectionem refellit.*

Vt cum exigua] *Id quidem florente rep. Athenienſium haud facilè fiebat, at poſtea inclinata eorum fortuna, tranſfugia hæc cum damno ſenſerunt.*

Nos

62 Nonverò ego] *Primarium ea Peloponnesiorum inducillarum de Lacedæmonem nunc Athenienses pacem rumpere.*

Expendite] *Rumpere quæ volent pacem vestram, dum pacem inter se cum Peloponnesijs non contendent.*

Vnicum solum] *Athenas unus Athenienses, longè maximè generosum: cui Sparta, erat, alium cujus bellicosum habuisse. Vera enim eos non tam hostium vis & arma, quam propria cupiditas vitia, everterunt.*

Nunc autem] *Sententia de bello gerendo expedita, quando, quid præsenti legatorum Lacedæmoniorum respondendum videatur.*

Lacedæmonii advenas] *Spartani omnes peregrinos urbe sua ejiciebant, ne quid suis inclusis ex alienis moribus damni crearent. Sed tamen id Lacedæmonij disciplinæ suæ causa erga omnes peregrinos faciebant: Athenienses, cum alijs urbs eorum pateret, solos Megarenses arcebant.*

Vos autem] *Epilogus est, adhortans ad bellum: ubi à necessitate eius, à commodinate, à gloria, & maiorum exemplis.*

63 Iure communi] *Hoc sanè non parùm meliorem facit Atheniensium causam, quòd socios ab armis ad ius provocant. unde Lacedæmonij, qui repudiaverant, magnis demum cladibus hoc suum peccatum senserunt. Es vicissim postquam Atheniensis, inclusarum secundis, iudicium de controversijs, quod Lacedæmonij detrectarant, pati nolebant: versa quoque fortuna est, & ad Lacedæmonios inclinata.*

Absque caduceo] *Hostes enim cum caduceo, cuius religionem isti essent inter se congredientur.*

LIBER II. THVCYD.

64 Secundum æstates hyemesq;] *Carpit hoc loco Thucydidem, longoq; intervallo populari suo Herodoto Halicarnassæo Dionysius Halicarnassæus postponit, quòd novam quandam nec ab alijs tritam viam inire volens, in æstates & hyemes historiam suam diviserit. quo factum sit, ut res minimè perpetua serie cohærentes, sed brevibus concisæ segmentis, obscuram & difficilem narrationem effecerint. Hæc ille. Ego autem non video, quomodo hæc in æstates & hyemes rerum divisio ita concisam & minutam efficiat narrationem. Tollatur enim hyemis, tollatur æstatis mentio: nihilo minùs eadem res ordine stabunt. Nec dubito, quin si omissa hac partitione, secundum Archontum ad Olympiadum annos Thucydides navrasset, eadem intervalla & eandem rerum ordinem observaturus fuerit. Inspiciatur autem unus Thucydides, nusquam æstatis vel hyemis mentione narrationem con-*

scindet,

ſcindere, vel in medio rerum ordine ſeriem abrumpere, coactum ſcriptorem reperies. Nec dubia cauſſa eſt: cum hyemis nang, adventu arma plerung, & res omnes ponuntur, interim alia tempori apta & cõvenientia aguntur: æſtatis initio, omnia reſuruuntur, & res de integro geruntur. Vnde qui ſecundum æſtates & hyemes ſcribit auctor ipſam rerum geſtarum naturam ſequitur, neg, res cohærentes divellit, ſed per ſe ſeparatas ſeparatim recenſet. Quòd verò non ſemper integram aliquam hiſtoriam abſolvit, ſed aliquo uſq, perducta narratione ſubſiſtit, & alijs quibuſdam interiectis, tandem cœpta pertexit: id profectò cum omnibus ferè Hiſtoricis, qui modò vel paulò amplam hiſtoriam ſcripſere, Thucydidi commune eſt. Nec id eorum vitio evenit, ſed rerum geſtarum conditio & eventus requirit. Nam cùm in uno bello ſæpè res quatuor aut quinq, locis diverſæ gerantur, & ſæpè in alio loco res fiant, ſine quarum cognitione ea quæ poſtea in hoc evenerunt intelligi non poſſint: non ſanè video, quid aliud agere Hiſtoricus poſſit, quàm ut una narratione ad ſtabilem quandam terminum, ut urbis alicuius obſidionem, inducias, aut ſimile, perducta, ea quæ in alijs locis eodem tempore geſta ſunt recenſeat, indeq, ad priora reverſus una cum modo rerum geſtarum vel ſubſiſtat in narrando vel pergat. Si hoc à ſcriptore requiras, ut ſingula planè ſeparatim, & ſecundum loca potiùs, quod placet Dionyſio, recenſeat: de uno plerunq, bello hiſtoriæ decem vel plures erunt ſcribendæ. ut de præſente bello, alio libro erunt explicanda quæ per 27. annos in Attica geſta ſunt, alio quæ in Sicilia, alio quæ in Peloponneſo (niſi & hunc in quinq, ſuas regiones dividere malis) alio quæ in Thracia, alio quæ apud Acarnanes, alio quæ in Aſia, &c. quo modo hiſtoria fieret planè nulla, & nec intelligi nec retineri quidquam poſſet. Vnum enim hoc fuit & cohærens bellum, & ſæpè quæ in Sicilia vel Thracia evenerunt, cauſſa fuerunt illorum quæ in Attica aut Peloponneſo acciderunt: rurſus in his locis geſta ſunt, quæ in illis effectum ſunt ſortita. De hac ratione ita quoq, ſcribit in Dialogo de hiſtoria Ioa. Pontanus: Vſuvenit in componenda hiſtoria, quod in ædificandis tum domibus tum navibus, multas ſubinde fieri rerum commiſſuras, & quaſi membrorum inter ſe coniunctiones: quas prudentia, ordinisq, ſolers ac circumſpecta ratio moderetur oportet, quæq, & ipſa locorum quoq, & temporum rationem habeat, ut poſt narratas explicatè diligenterq, res alias, tranſgrediatur ad alias. inde poſtquam huic parti ſatis feceris, ad continuandam regrediatur priorem materiam. rurſus ea, quantum ſatis erit, explanata, reditum ad alteram illam facias; aut ſi rei ratio tulerit, ad aliam, moxque ad aliam, &c.

Prætoris Athen.] *Archontem hunc Athenienſes vocârunt. munus fuit, ut ius inter cives diceret, &c. Sigon. lib. 4. de R. Athen.*

Bœtarchis] *Magiſtratus hi Bœotorum fuerunt, undecim numero, ut Scholiaſtes ait.*

Cum

Cum Eurymacho] *Demost. oratione in Neæram, Eurymachum instinctu Archidami Platæam occupare conatum, scribit.*

Pax adhuc] *Huius enim tempore, nihil timentibus Platæensibus faciliùs successuræ insidiæ erant. bello vero apertò moto, suæ quisq; custodiæ intentus est.*

o acerbissimum discrimen subeat.

rùm] Principiò ad verum patriæ amorem cives deducit.

l eius] Edoctos patriæ amorem, civium benè meritorum ex-
parem virtutis laudem cohortatur, tum ab honestis eorum
proposito, tum consecuta eos gloria immortali.

m gloria] Qui pro Repub. ceciderunt, perpetuò per gloriam
telliguntur. l. bello amissi. 18. ff. de excusat.

corum noscitur] Vt Licinus ille dives & fortunatus Ro-
qui tanto sumptu è porphyretico marmore sepulcrum sibi fie-
t, ut vulgò epigrammate rideretur:

noreo tegitur Licinus tumulo: at Cato nullo,
mpejus parvo: credimus esse deos?

ùs enim] Sententiam penè παράδοξον prima fronte pro- 81.
emo enim iustiùs amare vitam videtur, quàm qui secundis
luit: nec quisquam faciliùs contemnere, quàm miseri & in-
Sed qui ad honestatem & virtutem, quam respicit Pericles,
eferet: verissimam sententiam inveniet. Nam qui adversa
miserijsque urgetur, si maximè intrepido animo mortem
certum tamen relinquit, patriæ ne & honesti amore, an vi-
agat. ut ille Antigoni miles, dum affecto erat corpore, omnes
audacissimè obijt; curato eodem, timidus evasit. Contrà qui
sunt fortuna, cùm nihil non ad vivendum invitare videa-
ndo tamen pro patria se devovent: indubitatam apud omnes
itudinis opinionem adquirunt. simul illud boni consequun-
cundissimè actam vitam pulcerrimo exitu claudant: cùm

quid vesper vehat incertum sit, multosque adeò longa vita vertenti præbuerit fortunæ. De Lacedæmonijs hos refert in Pelopida versus Plutarchus:

Hi cecidére, quibus non mors non vita fuêre
Dulcia, verùm ambo claudere fine bono.

Quocirca] *Secundum membrum, quo parentes defunctorum consolatur.*

Quippe qui] *Primum consolationis huius argumentum, ab adversis in vita casibus: è quibus ut quisque incolumi fama & gloria evadit, ita maximè beatus censetur.*

Neque sum] *Animos parentum sibi conciliat lenitque, iustum fatendo dolorem.*

Qualibus] *Egregia nimirum sobole.*

Quippe dolor] *Definitio doloris.*

Cæterùm quibus] *Alterum consolationis argum. dilemmam factum & divisione ætatum: ubi unicuique suam adiungit consolationem.*

Filiis autem] *Tertium ultimæ partis membrum, quo fratres & filios defunctorum ad æmulationem virtutis incitat.*

Inter vivos] *Ovidius lib. 1. Eleg. Pascitur in vivis livor, post fata quiescit: Tunc suus ex merito quenque tuetur honos.*

Denique] *Vltimum membrum quo fœminas officij commonefacit.*

Naturaque deteriores] *Iusque virtutibus ornatas esse, quarum decus dedecúsve in vestro sexu, non in virili. locum habet (ut in Oeconomia, sedulitate; pudicitia etiam apud illius ætatis homines) vel, & in ijs rebus non degenerare, quorum respectu quo ad laudem vituperiúmve minimus est in virili sexu. Græca primo aspectu obscura sunt: sed si relativi οἷς resolutio fiat, satis clara erunt: καὶ ἐν τούτοις, ὧν ἂν ἐπ' ἐλάχιστα, &c. Hæc Præceptoris mei M. Crusii sententia est.*

Minimus est] *Sic Poëta: Γυναικὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει. ἀλλ' ἀνδρὶ οὐκ ἔτι τοῦτο.*

Exposui] *Peroratio est, brevi commemoratione constans dictorum: simul præmia cæsorum pro patria celebrans, quæ duplicia sunt, sepulturæ honos & cura liberorum.*

Pubertatem] *Pubertatem Schol hoc loco ad octavum decimum definit annum. Ea enim ætas militaris fuit, qua ex pueris in ephebos transibant. Lege nanque erat sancitum, ut pueri omnes, simul atque decimum & octavum attigerant annum, in tabulas lexiarchicas relati, sui iuris potentes fierent, & sacramento militari obstringerentur. Et hæc sanè iure civili nostro plena pubertas est, ut definit Iustinianus Imp. Instit. de adoptionibus.*

Vtilissi-

Vtilissimo meher.] *Hoc Atheniensium exemplum nostra ætate Veneti, ut multa alia, sequuntur. Ita post prælium cum Carolo 8. Galliæ rege, non solùm stipendia ijs auxerunt, qui fortiter egerant, sed & complurium qui in acie ceciderant filijs stipendia aliaq; præmia, filiabus verò dotem, decreverunt: ut lib. 2. Guicciard. scribit. Pari modo egisse accepimus post navalem anno 1571. ad Naupactum victoriam, qua socio Philippo Hispaniæ rege, Selimi Turcarum Sultani classem immortali nominis sui gloria represserunt. De tota huiusmodi præmiorum ratione copiosè scripsit, Ioan. Bodinus lib. 5. cap. 4. de Repub.*

Apud quos] *Sic apud T. L. tribuni plebis: Eò impendi laborem ac periculum, unde emolumentum atq; honos speretur: nihil non aggressuros homines, si magna conatis magna præmia proponantur, magnos animos magnis honoribus fieri.*

Sunt viri præstant.] *Sic d. c. Bodinus scribit: Hoc uno popularis status cæteris præstare videtur, quòd in eo solo statu belli ducibus honores ac triumphi decernuntur, ut mirum videri non debeat, si in popularibus imperijs plures bellicis laudibus, quàm in reliquis civitatibus, excelluerunt. Et quoniam nulli populi maiora laudis & gloriæ præmia proposuerunt, quàm Romani, necesse erat, ut populos omnes illustrium virorum multitudine superarent.* 82.

Pestilens primò] *Hunc eundem morbum Lucretius lib. 6. versibus, & Hippocrates lib. 3. Epidem. morb. sect. 3. medicè describit.*

Primò in Æthiopia] *Oram illam occidentalem Æthiopiæ, quæ Nigir accolit fluvium, licet calidissima sit, nunquam pestem sensisse I. C. Scal. ger de subtil. Exerc. 32. tradit.*

Libyamq;] *Semper affert Libya aliquid mali. Proverbium.*

Nulli erant] *Præter Enneacrunon: de quo suprà lib. 1.*

Suam igitur] *Caussas morbi alijs disquirendas permittit: sive ut imperitus medicinæ, sive, ut Fr. Portus censet, ne medicum & philosophum agens historici limites transcendat. quòd ipse sanè velle videtur, cùm se historicam relationem eo de morbo facturum, nihil disputaturum, profitetur. Diodorus Siculus lib. 12. tres caussas percensèt: Cùm, inquit, hyeme præcedente magni gravesq; imbres regionem inundassent, factum est, ut locis depressioribus aquarum multitudo residens, in paludum morem stagnaret. quæ æstatis subsecutæ calore facta, crassi gravesq; coacti vapores, aerem exhalantes infecerunt. Victus deinde & alimentorum vitium morbi caussa fuit: cùm fructus eius anni nimio humore corupti, neq; cocti satis ad salubritatem fuissent. Tertia caussa accessit, intermissio Etesiarum: quarum alioqui flatu nimius æstatis calor temperatur. intensis itaq; ob id caloribus, & inflammatè penitùs aere, hominum corpora, nusquam frigidiore refecta aura, laborare cœperunt.*

Itaque describere] *Secundum illud nimirum, quod in Exordio promise-*

promiserat: ut qui res præteritas accuratè nosse, & in ijs quæ iterum eodem cor similiq; modo usuveniens, hæc ad suum commodum velit adhibere; non plura desiderare possit.

Etiam oblivio] *Messalam Corvinum proprij nominis ex morbo oblitum, Plin. lib. 7. cap. 24. scribit.*

Maximè canes] *Lucretius: Cumprimis fida canum vis Strata vijs animam ponebat in omnibus ag. am.*

Cum hom. cons.] *Plin. lib. 8. cap. 40. Ex his animalibus, quæ nobiscum degunt, fidelissimum ante omnia homini canis. soli dominii novère; & ignotum quoq; si repentè veniat, intelligunt; soli nomina sua; soli vocem domesticam agnoscunt, &c.*

84. Omnia sacra] *Diversum de Romanis T. L. scribit; ubi capta à Gallis urbe Roma, regebat tamen omnia pudor, discriminaq; rerum penè perditis rebus servabantur.*

Iam enim] *Dilucida sequitur descriptio improbitatis hominum, quam dum numinis iram pœnamq; ante oculos, & mortem propè imminentem cernunt, propalàm exerunt; tanquam post hanc vitam, nec præmia bonos, nec malos supplicia sequantur. De Socrate Philosopho Gellius lib. 2. Noct. Att. scribit: In illius etiam pestilentia vastitate, quæ in bello Peloponnesiaco inprimis ipsam Atheniensium civitatem, internecino genere morbi depopulata est: is parcendi moderandiq; rationibus dicitur, & à voluptatum labe cavisse, & salubritates corporis retinuisse, ut nequaquam fuerit communi omnium cladi obnoxius.*

85. Donec iud.] *Civile nimirum, apud homines.*

Fato const.] *Mortem videlicet.*

Hippagogis navibus] *Hippagogi, naves sunt equitibus in mari vehendis aptè constructæ.*

Solvissent] *Plutarchus refert, ipsum unà ducem Periclem profectum: & cùm iam omnes conscendissent, subitò oborto solis defectu, videntem tum cæteros milites, tum præcipuè gubernatorem suum vehementer consternatum, chlamyde faciem eius texisse, ac rogasse; ecquid hoc horrendum putaret ostentum. negante eo: quid ergò interest, dixisse, nisi quod maius est, quod nunc facit tenebras? Sed de hac secundi anni Eclipsi, nihil Thucydides, diligens talium rerum notator, tradidit: nec calculus Astronomicus ullam, quæ tantas tenebras facere potuerit, prodit.*

Agrum omnem] *Præter eam partem cui tetrapolis nomen fuit, Huic pepercerunt; quòd ibi maiores ipsorum Heraclidæ habitaverant, indeq; egressi Eurystheum devicerant. Diod. 12.*

Longè lateque] *Hinc Archidamicum bellum proverbio dici solitum, cùm funditùs omnia tolluntur. Erasmus in adag. chil. 3. cent. 3. ad. 29.*

Legatos

Legatos ad quosdam] *Incassis hoc loco Dionysius H. Thucydidem, quasi suæ patriæ prætor modum faventem. Cur enim, inquit, l. 4. post eadem ad Pylum legationem, ab Lacedæmonijs Athenas pertinente caussa missam, orationemq; eorum & assensum enarrat; hanc verò, qua ab Lacedæmonijs Athenienses pacem priùs petierant, tam obiter attingit? Expostulamus autem, donec nobis de hac legatione plura Dionysius edat; unde eam tam insignem dignamq; memoria fuisse constet. Cæterum ad Pylum, & legationem Lacedæmoniorum orationemq; memorabilē, & digna omnia relatu fuisse, cernas quales hæc Athenensium legatio, utrùm publico consensu solemniterq; an ubicunq; missa & alia fuerit, non video. Ipsa Thucydides legatos quosdam simpliciter è missos ait, nec multa inde verba facit. Inde ego legationem illam tam tumq; negotium, nec solemne nec dignum magna nuncupatione fuisse pro Thucydide præsumo, donec de magnitudine eius ab alio contrarium probatur.*

Nihil istorum] *Oratio deliberativi generis est. Debebatur enim suos Pericles à præsentibus moribus & consilijs, & ad sustinendum fortiter bellum excitare studet. Exordium breve est & abruptum, deductum à finis expectatione, cui facta ipsorum congruentia inveniuntur.*

Vt docceam] *Propositio orationis quasi bipartita ab oratore constituitur. Simul enim se defendere apud Athenienses, simul ne deficiens animis cohortari, instituit. Hanc orationem iracundiæ quidem Periclis, non tamen præsenti tempori, convenisse, Dionysius ait. Potiùs enim deprecationem humilem, quàm iracundam & vehementem exhortationem, attribuendam fuisse; utpote ipsi vero & amburi præsentium malorum. Verùm Dion. multò minùs se rationem præcepta considerare declarat, dum non videt, eandem caussam aliter ab alijs agi debere. Hanc quoq; orationem (quæ nec est adeò ferox & insolens, ut Dionysio videtur) optimè Periclis magnitudini convenire, quivis intelliget, qui mores, infimæ, & grauissimi viri considerabit; quæ tum alij, tum egregiè Plutarchus in Vitis, & post orationem præsentem Thucydides, describunt. Multitudinem, inquit Thuc. vastè abusse bonitate, nec magis sequebatur eam, quàm ducebat, nam quia tam magnis artibus ad tantum fastigium pervenerat, ideò nec ad voluptatē plebis dicere cogebatur: sed cum auctoritate & vehementia conveniebat eam, &c. Tali igitur viro, tum in capitis quidem periculo (in quo hoc loco Pericles non versabatur) oratione humile & abiecta, ad plebem imprimis, mendum est. Quod illustri exemplo T. Livius lib. 2. docuit in Appio Claudio, capitis ad plebem reo: Numquam, inquit, magis in vinculis plebs vestra ad iudicium vocatus est, plenius suarum, quam vestrarum iurarum. Vnus ipse App. Claudius & tribunos plebis & plebem & forum iudicium provisilio habebat. illustrem animo plo-*

næ plebis, non senatus preces, perpellere unquam potuère non modò ut vestē mutaret, aut supplex prensaret homines, sed ut ne ex cōsueta quidem asperitate orationis, cùm ad populùm agenda caussa esset, aliquid leniret. idem habitus oris, eadem contumacia in vultu, idem in oratione spiritus erat: adeò ut magna pars plebis Appium non minùs reum timeret, quàm consulem timuerat. Semel caussam dixit, quo semper agere omnia solitus erat, accusatorio spiritu: adeoq; constantia sua & tribunos obstupefecit & plebem, ut diem ipsi sua voluntate producerent, &c. Hoc nimirum est illud, quod adeò nobis Oratores commendant, deorum: cuius si quisquam alius, T. Livius præclarus est artifex, qui aliter Fabium Maximum & Scipionem Africanum, aliter Sp. Posthumium & Terentium Varronem loquentes & agentes facit. Nec ignotum est Socratis exemplum, qui quamvis in capitis iudicio versans, non tamen oratione humili voluit uti. de quo ita lib. 1. de Oratore Cicero: Socrates cùm omnium sapientissimus esset, sanctissimeq; vixisset ita in iudicio capitis pro se ipso dixit, ut non supplex aut reus, sed ut magister & dominus iudicium esse videretur. Quin etiam cùm ei scriptam orationem disertissimus orator Lysias attulisset, quam, si ei videretur, edisceret, ut ea pro se in iudicio uteretur, non invitus legit, & commodè scriptam esse dixit: sed, inquit, ut si mihi calceos Sycionios attulisses, non uterer, quamvis essent habiles, & apti ad pedem, quia non essent viriles: sic illam orationem disertam sibi & oratoriam videri; fortem & virilem non videri.

Ego verò] *Primum argumentum: Quæ pars civitatis adhuc intacta est, & alteram insuper conservare potest, eius incolumitati præcipuè convenit studere. Publica res incolumis ad id locorum, privatam longè magis sustinere potest, quàm hæc illam. Respub. ergò conservanda & ad amplitudinem eius augendam privatæ calamitatem parvi pendendæ. Eodem argumento M. Valerius Cos. apud T. Liv. lib. 26, utitur: Respub. incolumis, & privatas res facilè salvas præstat: publica perdendo, tua nequicquam serves. Eandem Thucydidis sententiam, ut & plura, in orationem Cæsaris ad milites, Dion Cass. lib. 38. transtulit.*

Ac mihi] *Alterum argumentum. Civi benè merito præstantissimoq; ob consilium datum succensere iniquum est. Talis ego sum. Ergò, &c. Minor probatur enumeratione quatuor virtutum, quæ magnum in patria civem reddant. Aristot. lib. 5. Polit cap. 9. in cive qui magistratum gerit tria requirit; ut amet præsentem civitatis statum; ut habeat potentiam maximam ad ea exequenda, quæ magistratus requirit; ut virtute præditus sit & iustitia Reipub. conformi.*

87. Tali viro] *Mirum mihi videtur, inquit Dionysius, Periclem omnium qui tunc essent oratorum maximum, ignorasse, quod mediocribus etiam ingenijs est exploratum, eorum qui se præter modum laudant*

dant orationes auditoribus esse permolestas: idq; in illis præsertim cõcionibus, quæ vel in iudicio vel ad populum habentur, in quibus non de præmijs, sed de pœnis, est periculum. tunc enim non solùm alijs molestiam, verùm & sibi, dum multitudinis invidiam concitant, infortunium pariunt. Nam qui eosdem & iudices habet & accusatores, in hoc ipso, ut eos ad audiendum benevolos reddat, infinitis lacrymis opus habet, &c. Huic obiectioni sufficerent, quæ modò in exordio huius orationis contra aliam eiusdem obiectionem dixi: sed tamen, ut appareat etiam in capitis periculo laudationes aliquando gratas esse, aliud perillustre exemplum ex T. L. lib. 38. de S. ipione Africano, domitore Annibalis & Charthaginis, in iudicium vocato, hic apponam: Iussus dicere, inquit, caussam, sine ulla criminum mentione, orationẽ adeò magnificam de rebus ab se gestis exorsus est, ut satis constaret, neminem unquam neq; melius neq; verius laudatum esse, dicebantur enim ab eodem animo ingenioq; à quo gesta erant, & aurium fastidium aberat quia pro periculo, non in gloriam referebantur.

Id verò in medium] *Secundum Persium: Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter.*

Pecunia] *De abstinentia Periclis Plutarchus scribit: Cùm continuum in annuis magistratibus imperium obtinuisset, animum tamen præstitit à pecunia invictum: interim non negligens rei familiaris.*

Quippe qui] *Tertium argumentum, à necessitate belli præsentis.*

Veruntamen] *IV. à decoro & laudabili.*

Nam quod] *Obiectionem movet: cui tamen hac oratione nil respondet. ad ea enim quæ alijs temporibus ipsos monuerat, sese refert. Et videtur satis respondisse in fine lib. 1.* 88.

Iam verò] *V. à maiestate magnitudineq; imperij ipsorum, maritimi præsertim. Quanta autem sit res maris imperium, quantaq; inde ad Atheniens. pervenerint commoda, pluribus Xenophon lib. de Rep. Athen. describit.*

Quin potiùs] *VI. argumentum.*

Cavete etiam] *VII. à maiorum exemplo. Ita pro lege Manil. Cicero: Videte ne, ut maioribus vestris pulcerrimum fuit, tantam vobis imperij gloriam relinquere, sic vobis turpissimum sit, id quod accepistis tueri & conservare non posse.*

Hosti proinde] *VIII. Qui non fortunæ modò successibus, sed consilio etiam prudentiaq; pollent, hi non confidentes solùm, sed etiam despicientes, hostem reprimere debent. Vos illis valetis. Ergò.*

Proinde ut] *IX. Honor laborque societate quadam naturali sunt iuncta. Vos igitur vel complecti ambo, vel utroque abstinere debetis.*

Nolite

Nolite enim] *X. ab inutili & periculoso. Sic Iulius Cæsar Dion. lib. 38. Qui ad tantam potentiam venerunt, eos vitam p tam agere possibile non est.*

89. Tales profectò] *XI. Otium & quies civitati perniciem affe Ergo fugienda. Similiter apud Dion. lib. 38. Cæsar milites contr manos exhortans: Privatus, inquit, qui quàm minimum habet tiorum, tutissimus esse videtur. Civitas autem, præsertim si que tinet dominatum, protinùs hoc modo collaberetur. Hæc enim n hominibus ita constituta, sed ab ipsa natura decreta, & fuerun sunt, & erunt, quoad genus mortalium erit, &c.*

Neque mihi] *XII. Quodcunq; consilium quis approbav cuius consequentia partim solita & prævisa, partim planè inexp & fortuita existunt: ob id consiliario non est succensendum. Tal fuit consilium. vos ei assensistis: agrorum vastatio minimè prater evenit: unus morbus divinitùs magis, quàm humana aliqua c incidit. Ergò non est æquum mihi succenseri.*

Hi mores] *XIII. à prioribus moribus.*

Cogitate quin] *XIV.*

Plurimos lab.] *Recitat Isocrates in oratione de pace, quam mas magnusq; Athenienfium cladès, quibus tamen frangi eorum tinacia nequierit.*

Etsi nunc] *Planè divinat exitium patriæ: quamvis non in lo tempus previdisse, sed in præsentem potiùs calamitatem oculos in disse videatur. Credibile nanq; est, ipsum Periclem tantam deûm clademq; urbis cernentem, de salute eius pertimuisse.*

Ita enim naturâ] *De rerump. conversionibus & mutation vide Bodin. lib 4. cap. 2. de Repub.*

Atque hæc] *XV. & ultimum argumentum: Quidquid spl rem ingentem & gloriam procreat: ab eo nec ignavorum reprob nec invidorum virulentia, nos absterrere debet. Imperium spl rem in præsens, gloriam in perpetuum gignit. Ergò.*

Vos igitur] *Conclusio orationis.*

90. Pecun. mulctârunt] *Mulcta summa, ut Plut. scribit, fu dum eos, qui minimum, 15. talentorum, qui plurimum, 50. fui Diod. lib. 12. octoginta talentis mulctatum scribit.*

Quandiu enim] *Sequitur encomium illustre Periclis, inpr hac in parte notandum: tum ob insigne egregij civis exemplum, quòd accuratè, quid urbem Athenienfium everterit, indicatur stendit autem ordine Thucyd. quid in pace, quid bello præsti civitati: ultimum inprimis in bello præsenti disponendo consil extollens.*

Vires in eo] *Intelligens nanq; Pericles, Athenienses intra na li invictos, eosdem terrestri bello Lacedæmonijs inferiores: hac q dem p*

dem parte quàm minimùm tentandam fortunam, illa pro viribus rem gerendam censuit cuius consilij jamè præclari fiducia bellum orsus, id tamen minùs cogitavit, non se perpetuò suis superfuturum, qui cives regere & frænare posset, ut Periclea consilio, non aliena cupiditate bellum administrarent.

Etenim si) *Quadripartitum ergò consilium fuit: ut terrestre bellum vitarent: ut maritimo operam darent: ut belli tempore detinendo magis, quàm augendo, imperio cogitarent: ne denique in manifestum aliquod discrimen Respub. darent. Huius consilij præstantia eventis maximè apparuit, cùm Athenienses, nisi quòd maritimo fortè bello satis gnaviter rem gesserunt, reliquorum nihil penè observarunt. Terrestri acie in Ætolia, Bœotia, Thracia, Peloponneso, victi sunt: Siciliam verò, rem nihil ad se pertinentem, lices ingens bellum in manibus esset, magnis viribus, maiore cupidine, attentarunt: eoque ipso in extremum casum Respub. dederunt.*

Privatis potiùs) *Privatum hoc loco reipub. opponit.*

Cujus rei causa) *Præclarissima sunt hæc quæ de Pericle memorat, & omnibus qui Respub. suam innocenter utiliterque gerere volunt, accuratè tenenda.*

Non malis artibus) *Plutarchus contrà in Pericle, plerosque alios, præter Thucydidem ferre ait, populum primùm ab eo ad agrarias divisiones, ad sportulas theatrales, & mercenarias largitiones accipiendus deductum, eoque pravo more profusum luxu, solutum istis actionibus reddidum, frugi cùm fuisset antè, & operis se suis toleravisset. Posteaquam verò planè sui iuris Athenas & totum imperium fecerit, non fuisse deinceps eundem, neque perinde tractabilem populo, aut pronum ad concedendum & obsecundandum, sicut ventis, libidini plebis: sed ex laxa illa & conveniente quadam indulgentia, quasi florido & molli concentu, aristocraticum & regalem intendentem Reip. statum, præstantem seipsum ad optima quæque rectum & inculpatum, suadendo atque docendo spontaneum ferè duxisse populum: interim urgendo perquam invitum cogendoque, applicasse ad id quod ex usu erat. Plato quoque, in Gorgia Periclem accusat, quòd cùm Athenienses accepisset honestos & probos, eos effeceris pigros, loquaces, timidos, avaros, primusque mercenaria stipendia induxerit.*

Penes ipsum) *Plutarchus refert, Athenienses ipsi urbium tributa, ipsasque adeò urbes, has ligare, illas solvere, muros nunc extruere, nunc demoliri, fœdera, opes, vires, pacem, fortunasque omnes, permisisse.*

Principem virum] *Bodinus lib. 6. cap. 4. de Repub. unius imperium reliquis omnibus præferens, hoc utitur testimonio; omnes alias Respub. vel pessimè administratas fuisse, dicens, vel sicubi se præclarè gesserunt, unius aut alterius egregij civis virtuti (quod est velut unius*

imperium) id acceptum ferendum. In summa, inquit, si quis p
rium civitatum veterem memoriam repetat, perfectò compert
cum hostibus, aut cum civibus sempiternum bellum gessisse: &
diu floruerunt, non populari, sed sapientissimi cuiusdam civi
rio, nutu, consiliis, quasi regia quadam potestate, moderata
Quandiu floruerunt Athenæ, non popul., sed Senatus Areop
imperio tenebantur. postea verò quam à Senatu ad populum
delata potestas est, Periclis unius arbitrio omnia regebantur
rectissimè Thuc. civitatis imperium habuisse confitetur.

Qui verò) *Amplificat laudes Periclis contrariorum colla*

Eorum ad quos) *Leontinorum & Egestanorum, qui acce*
in auxilium contra Syracusanos Athenienses. Sed hæc lib. 6.
mnia exponentur: quibus in libris quid præcipuè observandu
loco monstratur.

91. Lacedæmoniorum legati Aneristus, &c.) *Memorab*
est exemplum, notandumq; ob similes nostri temporis casus,
putationes de iure legationum: illud inprimis, quo Cæsar Freg
Antonius Ricon, ad Turciæ Sultanum à Francisco I. Gall
missi, anno 1541. in Insubria à Cæsarianis intercepti sunt &
Quòd si illi legati, ut societatem adversus Cæsarem Carolum
Turcis contraherent, & ad bellum Cæsari faciendum eos inci
missi fuerunt: hoc exemplo factum illud poterat defendi, quò
tos ad hostes nostros, nostrique detrimenti caussa, & contra n
sos, hostium loco habere ius sit. Nec induciis inter Cæsarem &
illis potuit caveri. hoc enim ipso Francus inducias violavit, si
Cæsarem ad hostes legatos misit. Si tamen aliis de caussis legati a
cos sunt missi, nihil Galli in Cæsarem peccarunt: qui & ipse
ad Turcos misit legatos. Bellaius certè in Comment. scribit,
sum ad Venetos, Rinconem ad Sultanum missum fuisse, ut pur
utrobique Galliæ regem suspicionibus, ei à Cæsare factis: quan
omnes contra eum principes concitaret, illis per suos ministro
significarit, ab rege se adversus ipsos solicitatum esse. Et sani
iure legatos istos interceptos fuisse, ipse Imperator Carolus, e
fonsus Vastius Cæsaris per Insubriam præfectus, in quem id fa
conferebatur, fassi sunt; negantes, ipsis vel inbentibus vel scie
factum esse. quo tamen Galliæ rex non contentus, gravissimum i
sarem bellum movit.

Desineretque) *Possunt Græca & hoc modo distingui: ναὶ*
σαι: βοηθεῖν τε αὐτοῖς. Tunc interpretatio erit: ut exercitum
Potidæam obsidentem depelleret, Lacedæmoniisq; opem ferret.

92. Sive cum neutris) *Insueti nimirum maris Lacedæmonij,*
in eo deprehensos, partis Athenienfium putabant.

Rerum Argis.) *In Peloponneso.*

Cæ

ùm Ambraciotæ) *Diversi genere is cives, priusquam in unum coalescant, plerumq; in seditiones delabuntur. ut enim ex multitudine, ita nec in qualicunq; tempore, fieri concordiam solet. Itaq; omnes ferè, qui alibi in partem civitatis aegrè acceptæ seditiones prolapsi sunt. Aristot. lib. 5 Pol. ca. 3.*

equum) *Oratio hæc Plataensium, unico constat argumento,* 93.
unicunq; maiores publicè sanctæq; libertatem civitati aliquæ dederunt: hi non debent eam oppugnare. Vestri maiores notam talem dederunt. Ergò.

Græcis) *Iidem Græci in iuramento, quo inter se obligati in contra Mardonium processerunt, nullam se eorum urbium, unà contra barbaros stituros, eversuros, comprehenderunt.*

liberatori) *Post devictum ad Plataeas Mardonium, Græcia accepit, ut aram Iovi Liberatori erigerent, nec sacra antè sacram extincto per totam regionem igne, qui esset per barbarorum Delphis ex communi foco accendendus essent. Eum se allecturus Euchidas Plataensis, Delphos cucurrit rediitq; antè diem, eadem die mille stadia emensus salutatis civibus mortuus, moribundus cecidit. Plutarch. in vita Aristidis.*

inquit) *Refellit orationem Plataensium Archidamus.*

se) *Respondent Plataenses, duabus de causis se parere posse* 94.

uidem) *Exceptio Archidami adversus Plataenses praeditionis. Nam ad prius argumentum ipsorum, de coniugibus, nihil respondet: alterius incommodum, se exilio ipsorum esse ostendit.*

etiam negl.) *Sed hanc fidem Athenienses nefando perjurio sunt, cùm tanto tempore obsessos, inopiq; ad ultimum pro fide nulla unquam ope sublevârunt.*

heroasque) *Macrobius lib. 3. Sat. Constat omnes urbes sub dei esse tutela; moremque Romanorum arcanum & multum fuisse, ut cùm obsiderent urbem hostium, eamque iam caperent, certo carmine evocarent tutelares deos: quòd aut non posse urbem non crederent, aut si posset, nefas æstimarent sacrare captivos. Nam propterea ipsi Romani, & deum incuius fide Roma est, & ipsius urbis Latinum nomen, ignotum esse dicunt, &c.*

rum vallo) *Dictum est vallum à vallis. valli enim fustes* 95.
ibus vallum muniunt. Et valli dicti, quòd figantur & evellantur. Intervalla spatia sunt inter capita vallorum, id est, stipitum quibus vallum. Isidorus lib. 15 c. de munitione.

sversa impl.) *Φορτικὸν hoc est, quemadmodum corbes sunt Maro in Gallo: Gracili fiscellam texit hibisco. Nos dicimus,*

ſicchtem. *Duos nimirum ordines lignorum texuerunt, quos inter ſe continerent.*

Operi præſtiterunt] *Operi inſiſtere T. L. vocat, quod nos dicimus*: das Werck oder die arbeit treiben.

Ligniſque inter,] *Quemadmodum in parte Germaniæ ex lateribus & lignis inter eſſis conſtruuntur.*

Coriis etiam] *Vegetius lib. 4. de re militari, cap. 6. Proſ la duplicia, ſaga cilicia, tenduntur, quæ impetum excipiam tum. nec enim facilè transeunt ſpicula quod cedis & flectun*

Cuniculum] *Idem lib. 4. cap. 24. Genus oppugnationis terreneum a. ſecretum, quod cuniculum vocant, à lepori ſub terra fod.ntes, ubi ſe condunt. Quomodo verò per mænia ruentes irri poſſit, ut ubi conſtet ſub quibus terræ partibus ſit Sanibech in obſervat. Geog. apti. docet.*

Orſi ab ejus] *Hæc ut rectiùs intelligatur, ex G. Stevvechii commentario, hæc adſcribere viſum eſt: Bene, inquit, cum nu actum erit, ſi in tempore novum murum intrinſecus in parium civitate duxerint. id quod noſtro ſeculo in uſu eſſe docta ſcilicet foſſa, & novo aggere facto ab ea parte mœnium integer eſt, usque ad alteram quæ calamitas non peri mit per ſemilunæ modum quidquid eſt ruinoſum excludant relinquant.*

Vt etiam capto] *Veget. lib. 4. cap. 23. Si tanta vis fuerit rus arietibus perforetur, ſalutis ſpes una ſupereſt, ut deſtr mibus, alius intrinſecus murus addatur, hoſtes, inter hos tes, ſi penetrare tentaverint, perimantur.*

96. Sed eos partim] *Adverſus arietum vim varia veteres invenerunt. Iſidorus lib. 18. Contra arietis impulſum vetus ſaccus paleis plenus, & in eum locum demiſſus quo aries per xo enim ſaccorum ſinu ictus arietis illiſus mollitur. Quo ſi hodie etiam ſaccis lana tomentoq; plenis pilæ tormentis miſſ untur. Plures modos avertendi arietis, vide apud Veg. l. 4. c. 2*

Validas trabes] *Sic & Vticenſes à Scipione oppugnati impetum rejiciebant transverſis trabibus.*

Arcturi exortum] *Menſe Septembri. Arcturus enim circa autumnale æquinoctium apparet.*

98. Principe fam.] *Ex familia cui ad magiſtratus patebat ad Po tus.*

99. Fundis autem] *Funda funiculus eſt, qui duobus capitibus capitur, altero cum anſula, ne exeat, altero ſine, ut dimitti poſſ in medio latior eſt, ut ibi lapis contineatur. hunc circumadh funiculo, & ab uno capite dimiſſo, vehementer projiciebat ſi res. G. Stevvechius lib. 1. Com. Veg.*

Ca

Cæterùm posteaq.] *Navale hoc Phormionis prælium, ut & subsequens, vix rectè intelliges, ni vel Geographicam Græciæ descriptionem ad manus, vel situm urbium & locorum, quorum hic fit mentio, animo accuratè complexus fueris.*

Itaque non fefell.] *Athenienses, quamvis noctu ab Naupacto profecti extraq; fretum egressi, stationem ceperant, non tamen facere voluerunt, quin id Peloponnesii sentirent.*

Priùs in Cretam] *Agunt more suo Athenienses; cùm maximè proprij belli urget necessitas, potiùs tamen aliena & ad se nihil pertinentia agunt.* 101.

Sed neque hi *Peloponnesii.*

Si quis vestrûm] *Deliberativi generis est oratio, qua militum eorum animos erigunt duces Peloponnesii. Partes tres sunt: Propositio, Confirmatio, Peroratio. Propositio initiò ponitur, victoriam ex hoste pro haud dubia expectandam.*

Etenim qui] *Argumenta confirmationis ducuntur ex loco facultatis sive caussarum. Primum est: Qui non ignavia, sed fortuna & alijs incommodis, priùs succubuerunt: ij de sua virtute desperare non debent. Vos non ignavia, sed fortuna & imperitia, victi estis. Ergo. Minor propositio prima ponitur.*

Non enim] *Maior.*

Quare nihil] *Conclusio.* 102

Enimverò non] *Secundum argumentum: Quibus animorum robur inest, multo sunt validiores ijs qui sola peritia nituntur. Nos animorum fortitudine præstamus: Athenienses nil nisi peritiam aliquam adferunt in certamen. Ergò. Rursus primum locum occupat Minor.*

Horum autem] *Maior Propositio. Hæc sententia Protagoræ quoq; est apud Platonem, ab arte quidem audaciam progigni; at fortitudinem a natura debitaq; animorum educatione nasci.*

Pavor quip] *Probatio Maioris.*

Proinde] *Colligit in breve duo præcedentia argumenta.*

Suppetit] *Tertium argumentum. Qui numero, qui auxilijs, qui locis præstant: victoria quoq; indubia potiuntur. Vos ijs rebus præstatis. Ergò. Et hic Minor antecedit.*

Vt plurimùm] *Maior propositio, opidò fallax & incerta.*

Qui & numero] *Hanc sententiam ipsis penè verbis in orationem Antonij ad milites, ad Actium contra Octavium Cæsarem pugnaturi, Dion lib. 50. transcripsit: τὰ πολλὰ τῶν ἄμεινον παρεσκευασμένων αἱ νίκαι γίνονται.*

Neque herele] *Vltimum argumentum, cuius sola Minor ponitur.*

Et jam corr.] *Respondet obiectioni: At vos Peloponnesii priùs*

quoq; navium copiam & fortitudinem in prælium ferentes, victi men est. Verum inquit, nos tum certis de caussis victos esse: sed ea cuncta correximus. Veruntamen, quod præcipuum fuit, non ex dàrunt imperitiam.

Non quod] *Conclusio orationis.*

Nim. Athenienses] *In re navali exercitatissimos.*

Certam. propinq.] *Vegetius l. b 3. cap. 12. Animis penè omni hominum hoc naturaliter evenit, ut trepident, cùm ad conflict vene. int. Monitis tamen & oratione ducis, exercitui virtus cre & animus: præcipuè si futuri certaminis talem acceperint ratione qua sint facilè ad victoriam perventuri. Tunc nimirum ignavia stium vel error ostendendus est, vel si antè à nobis superati sint, co memorandum.*

Quandoquidem int.] *Oratio Phormionis opposita in eodem nere priori, & ipsa facultatis argumentis, multò tamen firmiorib confecta est. Partes eædem, ut in præcedente. Orditur à propositio adiuncta simul caussa instituti sermonis.*

Nam primum] 1. *argumentum: Qui hostium iudicio sunt va diores, ij de victoria diffidere non debent. Nos sumus. Ergò. Poni sola Minor cum confirmatione.*

Deinde cùm] 2. *arg. In eo quinq; est fortior & animosior, in q est exercitatior. Nos in navalibus prælijs sumus peritiores, Pelop nesii in pedestri acie. Quare cùm hic navali certamine agatur, no animosiores erimus. Ponitur initiò Minor.*

103 Sed quilibet] *Maior. Simul argumentum Peloponnesiorum animositate, qua inprimis gloriabantur, verissima ratione refellit. enim, ut lib. 1. Veget. ait; scientia rei bellicæ dimicandi nutrit au ciam, & nemo facere metuit, quod se benè didicisse confidit.*

Lacedæmonii v.] 3. *arg. Ubicunq; inviti in aciem milites quuntur, ibi non est victoria speranda. Hostiũ milites inviti sequu tur. Ergò. Minor ponitur.*

In certamen trah.] *Veget l. b. 3. c. 26 Nunquam ad certamen p blicum produxeris militem, nisi eum videris sperare victoriam.*

Ne igitur] 4. *argumentum.*

Hostes en.] 5. *argumentum.*

Non inviti neque coacti.] *Hoc argumentum Phormionis il stri exemplo F. Guicciardinus lib. 11. confirmat: ubi Helvitij Nova à Gallis obsessi, eruptione in obsidentes, nulla necessitate cogente, ſ cta, illustrem victoriam reportarunt. Nunquam, inquit, neq; sup bius neq; ferocius gens Helvetiorum consilium cepit: pauci cont multos, absq; equitatu, absque tormentis, adversus exercitum his bus instructissimũ, nulla necessitate compulsi. Novaria enim perici to erat liberata, & in diem sequentem non parvam militum accessi*

ne

nem expectabant: ſponte eam rationem potiùs, in qua eſſet ſecuritas minor, ſed gloriæ ſpes maior, quàm eam, in qua maiorem ſecuritatem minor gloria ſequeretur, experiri ſtatuerunt.

Sæpè magnus] *6. argum. Qui vincuntur, hi ſunt vel imperiti vel timidi. Vos neutrum. Ergò Minor primò ponitur, inde Minor.*

Cæterùm in] *Plum. argument. de officio militum in ipſo certamine. Eius egregia exempla infrà lib. 7. habemus: ubi Athenienſes, agiles, navales in prælium contra Syracuſanos graves & validas committentes, magnam cladem acceperunt.*

Vos verò] *Concluſio argumenti, & ipſa breves continens rationes.*

Hos igitur] *Epilogus orationis, cohortatione conſtans, quæ tribus ex tribus generibus utitur argumentis.*

Vt proribus] *1. à laudabili & honeſto.*

Magnum quippe] *2. ab inutili, & periculo amittendæ maritimæ poſſeſſionis.*

Iterum dico] *3. à facili. Leve eſt vincere victos.*

Præter voluntatem] *Phormionis: cui minimè placebat in anguſtijs pugna.* 104.

Ferro ſe trajecit] *Laconicum hoc fuit, ſibi potiùs inferre manus, quàm in hoſtium venire poteſtatem. Talis ſanè mors pleriq; Ethnicorum generoſa & honeſta habita eſt: ipſique Romani, & exempla multa eius generis ediderunt, & velut magnam virtutem ſunt admirati. Ipſe Cicero, qui ſe tamen Philoſophum voluit videri, Pompeium, Lentulum, Scipionem, Afranium, qui alienis manibus occiſi erant, facilè periſſe, ai Catonem qui ſeipſe interfecerat, præclarè: lib. 9 fam. ſcribit. Rectiùs Ariſtoteles, tales molles magis quàm fortes habendos, & ſepultura quoque privandos, in Ethicis docet. Et ſapientiſſimè Plato in Phædone, non eſſe ex hac vita ante iuſſum & voluntatem domini noſtri & dei migrandum, demonſtrat. Sic Darius Perſarum rex, Q. Curtio auctore, cùm Beſſi inſidijs ſibi captivitatem mortemque imminere cerneret, ſuis: Ite, inquit, conſulite vobis, ego hic legem fati mei expecto. Forſan mireris, quòd vitam manu mea non finiam: alieno ſcelere, quàm meo, mori malo. Sic & eleganter Martialis:* 105.

Hoſtem cùm fugeret ſe Fannius ipſe peremit:
Hic rogo, non furor eſt, ne moriare mori?

Quæ reliqua] *Quæ Naupactum nondum attigerat: ut modò dictum.*

Ignes Athenas] *Ignes hi facibus tolli ſolebant, quibus aliqui ſupra murum elevatis, finitimis ſocijsve adventantium hoſtium ſigna dederunt. Ea amicis quoq; ſigna dari ſolebant, cùm auxilia ſibi venire*

[illegible] memorandum [illegible]

[illegible] quietis [illegible]

[illegible] agitatione.

[illegible]rtorum] *Portus nimirum [illegible]*

[illegible]ubus] *Portus enim definitur [illegible] inde exportantur, ea [illegible] munia. l. 50 ff. de verb. signi.*

[illegible]uor. mpactorum] *De utroque dictum [illegible].*

[illegible]ri ...] *Equites sagittarij.*

[illegible]ma[illegible]nomon] *Quasi dicas, Ensiferi : [illegible] pernicitate gradi.*

[illegible] *Syrtes.*

[illegible]ro ille] *Scomine.*

[illegible]ucum quod] *Diodorus Sic. lib 12 reditus annuos [illegible] esse scribit.*

[illegible]que Petitas] *Plut. de vitanda usura : Pe[illegible] fæ, inquit, [illegible] arbitrantur, mentiri : prius verò deum non esse*

[illegible]ec quisquam aliquid] *Idem apud Christianos in [illegible] est. [illegible] menti. rer. Moscovit. Sig. B. Herberstenius : C[illegible] tu[illegible] [illegible] rue muneribus ad dominos aditus non patet. [illegible] ad officiales & præfectos relegantur : qui nisi munera [illegible] boni decernunt constituentve. Nec ea tantum [illegible] etiam nobilium, si quid à proceribus impetrare vo[illegible].*

[illegible]discordibus] *Discordiæ enim vel ingentes vires dissi[illegible].*

[illegible]ge quàm octo] *Legenda hic, quæ in nominibus regionum [illegible] scripsi.*

[illegible]uam illarum] *Dimidiam insularum partem continentis [illegible] Herod. lib. 2. scribit.*

[illegible]am matre peremp.] *Plutarch. lib. de exilio : Alcmæon inter [illegible] Achelöi aggerem habitavit, quo Eumenides, ut aiunt, [illegible]. Ego verò potiùs, ut civiles magistratus, seditiones & furiales [illegible] declinaret, locum vel angustissimum delegisse puto, ubi [illegible] ageret.*

[illegible]one] *Ephorum auctorem Strabo l. b. 7. esse scri[illegible]m ad Thebas bellum, Alcmæonem a Diomede [illegible] Ætoliam concessisse, sociumq; sellli in Ætolia & [illegible]da præbuisse. cùm verò ad Troianum bellum [illegible]entur, Diomede profecto, Alcmæonem in Ac[illegible]os, condidisse, & de fratris sui nomine Amphi[illegible].*

LIBER III. THVCYD.

Ab Lacedæmoniis] *Metuentibus nimirum, ne vicennale fœ-* III.
us violarent.

Ex ipſis Mitylenæis] *De belli huius origine ſic ſcribit Ariſtote-*
s, lib. 5. Polit. cap. 4. Seditio Mitylenæ ob hæreditatem orta, magno-
um fuit malorum origo, belliq; cum Athenienſibus cauſſa, quo Pa-
es Mitylenem cepit. Cùm enim Timophanes civis opulentus duas
lias reliquiſſet, Doxandrus alius civis, qui filijs ſuis eas uxores
ari cupiens repulſam tulerat, ſeditionem movit, & Athenienſes,
uorum hoſpes erat, irritavit.

Bœot. conſang.] *Æolica enim utrisque origo.* 112

Indicem unum] *Ex ſuis civibus unum, qui priùs conſilia Mi-*
lenæorum Athenienſibus detexerat.

Extra mœnia] *Priſcus hic mos fuit, ut obſeſſi ab hoſte, ſicubi*
relio ſecundo pugnaſſent: in urbem non reverſi, extra mœnia caſtris
nſiderent; oſtendentes, ſe iam æquis viribus cum hoſtibus dimicare,
ec modò propulſare, ſed ultrò inferre vim poſſe. Exemplum eſt apud
om. Iliad. 8. ubi Hector Troianique, victis prælio Græcis, in eodem
mpo noctem egerunt.

Emporiumque] *Vide quæ de his emporijs, ſuprà p. 26. ſcripſi.* 113.

Ex Phormionis fam.] *Errant Acarnanes, dum paterna potiùs*
agine quàm propria virtute nobilem ducem quærunt. Sed his ali-
a venia dari poteſt: quia peritiſſimi ducis filium non ita facilè de-
neraturum ſpes erat. Quanto verò magis falli dicendum, qui ne-
io quam imaginariam nobilitatem reſpicientes, eum qui nec ipſe,
e pater, nec avus, aliqua virtute fuit inſignis, in ſummum locum
vere tollunt.

Sive filium ſive prop.] *Ita bello civili, qui in Africa Cæſari re-*
ebant Romani, cùm Scipionem Lentulum ducem haberent, certam
bi victoriam pollicebantur; rati nullum in Africa Scipionem infe-
iter rem gerere poſſe, ut Dionyſ. libr. 42. ſcribit. Quæ tamen ſpes eos
urimum fefellit. Veriſſimè enim Hom. Odyſ. C.

Παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται;
Οἱ πλείονες κακίονες, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀμείνους.

Ludicrum erat] *De templo ludisq; Olympicis, vide in Nomini-*
us proprijs ad Olympiam.

Haud equidem] *Oratio Mitylenæorum Deliberativi generis eſt.*
ocietatem namque & auxilium Lacedæmoniorum implorant. Simul
fectionem ab Athenienſibus purgant. Exordium à ſua perſona de-
mpſerunt: quam ſuſpicionibus odijsq; liberare volunt, ut in ſequen-
ratione benigniores habeant auditores. Nam, ut Cæſar Auguſtus

dictitare solebat, proditionem amant homines, proditores oderunt: & transfugæ nomen execrabile est veteribus socijs, novis suspectum. Hanc suspicionem proponunt initiò Mitylenæi: tum invidiæ inde impendentis levandæ caussa sic argumentantur: Quicunque defectionis suæ caussam habuerunt, hi meritò suspicione debent absolvi. Nos iustam caussam habuimus. Ergò. Minorem in Exordio non probant: Sed contenti hac iniecta auditoribus opinione, ea ipsa de caussa se ostensuros proponunt, quàm iustas, quamque honestas suæ defectionis habuerint caussas.

Quandiu ex eis] *Philippus Macedo, proditores se inprimis amare, arebat: eos verò qui iam prodiderunt, maximè odisse. Nihil enim fidei illis haberi potest, qui priores socios deseruerunt, nisi iustissimas defectionis caussas ostendant.*

114. De jure nanque] *Propositio est purgationis de defectione.*

Venimus in] *Purgationem à capite arcessit Mitylenæus: primoq; institutam cum Atheniensibus societatem excusat: tùm paulò post secutam adversus eos diffidentiam: tandem caussas enarrat, cur iam, quod diu parturierint, ab Atheniensibus defecerint.*

Venimus in] *Narratiuncula est specialis, ostendens, quando & qua occasione societatem cum Athen. fecerint Mitylenæi.*

Id verò] *Institutam cum eis olim societatem purgat: Omnis societas Græcorum libertatis tuendæ caussa facta, iusta est & honesta. Nostra ea de caussa facta fuit. Ergò. Minorem probat: Qui libertatem propugnanteis impigrè secuti sunt, oppugnanteis verò timuerunt: de ijs nihil dubitandum, quin libertatis Græcorum caussa in alienam venerint societatem. Nos, &c. Ergò.*

Cæterùm cùm] *Obijci potuisset: Cur verò non protinùs universi obstitistis, & ab eorum societate descivistis? Vt enim libertum vobis fuit instituere eam, sic & dissolvere licebat. Huic respondet: discordiam sibi venenum fuisse: ea se præpeditos nunquam coniunctis viribus obsistere potuisse.*

Nos verbo] *Secunda pars purgationis; qua diffidentiam adversus Atheniensium societatem purgat.*

Tutissimas a.] *Vt nos proverbio dicimus:* Ein Schwert behelt das ander in der Scheiden.

Nostram verò] *Occupatio est. Dici potuisset: Ecquid autem vos solos liberos reliquerunt? ecquid non iamdudum, ut cæteros, sub iugum miserunt? Huic aliquot argumentis respondet. Primò ait, eos suæ libertatis imagine ad aliorum servitutem callidè abusos, dolo potiùs quàm viribus secum contendere statuisse.*

Simul eo] *2. argumentum. Græcus Scholiastes ipse à se hoc loco dissentit. Nam primò sic interpretatur; Athenienses subiugantes civitates, nostræ libertatis specie sunt usi, dicentes: nunquam Mitylenæus*

næos, qui liberi suique sint iuris, secum reliquos sponte (legit enim ἀκόλας apud Thucyd.) oppugnaturos fuisse, nisi illi deliquissent. Mox totam sententiam commutat, & quæ priùs ad Athen. verterat, iam sociis attribuit, legens apud Thuc ἄκολας. Itaq; cùm tota controversia in eo consistat, ἀκόλας legendum, an ἄκολας: sanè priorem dictionem potiùs retinendam, ipsa loci sententia evincit, eamq; doctissimi viri H. Stephanus & Portus observant. Quod verò Portus Scholiasten secutus, verbum ἐχώντο sociis attribuit, socios eo argumento usos: sanè & præcedentia & sequentia legentibus haud obscurè demonstrant, verbum ἐχώντο, retinentur, non minùs de Athenienſibus intelligendum, quàm præcedens ἐφύλαττο, & sequens ξυνεπῆγον.

Interim dum] *3. responsio ad obiectionem.*

Sed classis] *4.* Nec parùm] *5.*

Non tamen] *Redit ad priorem de infida Athenienſium societate orationem.*

Quare si cui] *Tertia pars purgationis, qua ipsam in præsentia defectionem à se iure factam asserit: Nemini vitio esse debet, qui suæ saluti ut potest consulit. Nos incolumitati nostræ adversus Athen. insidias non aliter consulere potuimus, nisi defectione. Ergò. Minor probatur: Saluti nostræ duobus modis consului potuit, vel ut expectaremus, quoad ipsi in nos assurgerent Athenienses, vel ut animevertentes eorum insidias, societatem solveremus. Priore via uti non licuit. impares enim viribus eramus. Ergò posteriore fuit utendum.* 115.

Has causas] *Conclusio purgationis Mitylenæorum, & transitus ad ipsam societatis petitionem: quam tribus generibus argumentorum sulciunt, ab honesto primum, tum à facili, tum ab utili.*

Id jam olim] *Narratio est ἀναμνήσεως ἴσχυς: ostendens, quomodo iam olim deficere voluerint, & quæ spes nunc defecerint.*

Itaque] *Argumentum ab honesto primum.*

Quo omnes] *Secundum.*

Occasionem] *Argum. Facultatis.*

Neq; verò] *Per occupationem utilitatis mittur argumentis.*

Moveat itaq;] *Peroratio est varijs motibus confecta.* 116.

E Corinthio in Atticum] *Isthmum, quà naves per sulcum quendam ab uno mari in alterum traducuntur,* 50. *stadiorum esse, Strabo lib. 8. ait.*

Athenienses cùm] *Egregium hoc consilium est Athenienſium, quo parvo labore accipiti perfusos metu animos Lacedæmoniorum suspendunt. Simul animorum egregia fortitudo & constantia in eis declaratur, cùm nihil apparatibus hostium moventur.*

Præter equit.] *Sigon. l. 1. de rep. Athen. Solon Athenienſium legislator civium censu quatuor excogitavit, ita ut qui ex siccis humidisq; modios explerēt quingentos, in prima classe, qui quadringentos, in*

secun-

secunda, qui trecentos, in tertia, reliquos inde omnes, in quarta, collocaret. Ex his primos Pentacosiomedimnos, alteros, Equites, tertios Zeugitas, quartos Thetas, appellavit. Postremis hu lege Solonis aditus ad magistratus non patebat postea verò ab Aristide & ipsi in eam partem Reip. sunt admissi.

117. Longè instruct.] *Videre licet, quantum huius civitatis fuerit robur, quæ tanta ab sævissimo morbo vastata clade, talem tamen classem produxit.*

Partamen] *Iam. n. 250. naves sunt: principio belli 300. fuerunt.*

Simplici muro] *Simplici muro clauditur urbs, quando uno solùm ambitu cingitur: quando gemino, ut Plataea, duplici muro cincta dicitur.*

Tributo] *Id εἰσφορὰν appellabant: de quæsic l. 4 de R. A. Sigonius: Εἰσφοραὶ collationes tributorũ fuerunt, quæ belli caussa extraordinem civib & inquilinis, Senatus Populiq; decreto indictæ sunt. Ea verò tributa pro ratione census conferebantur, diligenter fortunis cuiusq; & patrimonijs æstimatis.*

Eadem hyeme] *Insigne hoc loco Plataensium, quæ animo, quæ consilio, factum, ac nescio an amœnissimum in universa hac historia memoratur.*

118. Ex coagmentatione] *Alios modos, quibus mensura colligatur ad scalas faciendas, Veget. l. 4. c. 3. commemorat*

Patentium] *Patebant ad conspectum laterculi, quia tectorio illiti non erant.*

Crassitie lat. æst.] *Lateres quàm multi essent, numerando sæpiùs collegerunt. simul crassitudinem eorundem facilè ob propinquitatem conijcere poterant. Ex his simul cognitis æstimârunt, quanta altitudinis scalæ murum hostium æquarent.*

Lævo solùm pede] *Macr. l. 2. Sat. Ætolorũ morẽ fuisse docet, ut dextro solùm, secundũ Euripidem, pede calceati, lævo nudi essent. Aristotelema ait refutare Eur. l. 2. Poët. lævum eos tantùm pedem calceatum habuisse dicendo. Cum eo congruit locus præsens.*

Vtranq; scand] *Duas turres, quarum per intervallum transcendebant, quidam Plataensium occupârunt, ut inde concursantes arcerent hosteis, donec cæteri de suo numero murum superassent.*

119. Trecenti quib.] *De his priùs nihil memoraverat Thucydides. quod verò officium ipsorum fuerit, iam ostendit.*

Thebas versus &c.] *A Peloponnesijs nimirum, vim hostium significantes.*

Ignes complures] *Amicorum præsentiam significantes. De his ignibus dixi sup. lib. 2. p. 107.*

Ad labrum fossæ] *Quod Thucydides χεῖλος, Valla Pertusq; crepidinem, Winshemius marginem, vocant: id ego labrum appello, ductus*

num affinitate, tum Livij auctoritate, ita lib. 37. ſcribens- ubisto altam, duodecim latam cùm duxiſſes, extra duſſa circumdedis: interiore labro munitum cum crebris

gè] *Quia non ut ipſi prioribus præſidio fuerunt, ita go anxiſij habebant.*

potiùs] *Gell. l 2. Qui ventus ab oriente verno. id eſt, nis, Eurus nominatur. Is alio quoq; nomine à Græcis gmanis nauticis Subſolanus, vocatur. Veget. l. 4. c 38. o, id eſt, ab orientali cardine, ventus oritur ἀπηλιώτης, us.*

ilone] *Ἐκεῖνοι τοὺς βορείους ἀπηλιώτας, ἀείλινα ρὶ τοῦ πρώτου ψυχροῦ.*

ıalas] *Id loci nomen eſt, Latinè Capita quercus. Recam dictionem, ſicut T. L. locum ad quem T. Quin. ns regem devicit, Cynoſcephalas appellas: cùm potuiſſet pita canis.*

alteram] *Tunc enim quadragima diebus Atticam* 120.
aſtárunt. Sup lib. 2.

ıato] *Non aſſentior Porto. qui convertit, populo priorma dediſſe. Nam præterquam quòd abſonum eſt à vene cives ſine armis, quibus mœnia defenderent, fuiſſe: oq, certum eſt ψιλὸς vocare levis armaturæ milites, ſi gravia arma geſtant. Hos hoc loco d: ſcrè opponit, ὁπλίτῃσι ῥίπτῃσι ψιλὸν ὅπλον. Sicut & lib. 8. dicit: Τὸν πάντα ἐκεῖνον ψιλοὺς ὁπλίτας ἀπολιπόντα ἀβλῆ αὖθις.*

& Paralo] *De his lib. 4. de R. Ath. C. Sigonius: Sa-* 122.
æ fuerunt, Salaminia & Paralus. Salaminiam eam ea quæ Delia dicebatur, tradit ad Medianam Vlpia- fuit, qua Theſeus quondam in Cretam ad pœnas Mi- ortauus eſt. hæc enim ſumma ſemper religione refecta, ij Phalerei ætatē, teſte Plutarcho, pervenit: eádem quen Delum quæ ad ſolenne pertinerent ſacrificium deve- dies ſupplicium de aliquo capitale ſumere nefas fuit. ribis Arpocratio, à Paralo antiquo quodam heroe no- i eam conſcenderunt, Paralij ſunt appellati. Cuius offi- ior obolos acceperunt, & maiorem anni partem domi Ambas autem cùm ad bellum gerendum, tum ad præ- pus eſſes, ad inducias reducendas, & omninò ad pub- eriter obeunda, adhibitas legimus.

derat] *Simile Alb. Cranzius ſcribit lib. 2. Metrop.* 123.
us Bambergenſis comes, cùm militari de more concur- rmato Conrado Francorum duci, germano fratri Ludo-

vici

vici imperatoris, stravit Albertus Conradum, & oppressit e
res Imperatoris animum exasperavit in Albertum: cui ex h
stam vindictam constituit per omnem occasionem. Id cùm no
ret Hatto Archiepiscopus Moguntinus, suasit Alberto, ut de
ad placandum Imperatorem, se mediatorem pollicitus ad rec
onem ineundam: interpositoq; iureiurando, se incolumem red
Albertum in illius arcem firmavit: & credidit Albertus.
ingressi sunt, cùm Hatto versus in Albertum non satis, inq
prudenter consulimus, qui impransi descendimus in castra,
ni tractaturi: quin redimus in arcem tuam ad ientacula. Al
hil fraudis veritus, redibat cum illo. Gustato ita cibo, imple
menti caussa, sib. iam videbatur officio fecisse satis. Vbi in cas
runt, abreptum iussit imperator gladio feriri. Nihil illi prof
fidem archiepiscopi proditoris imploraret. nam ille ubi pro
perfecit, retraxit se ex oculis morituri.

Qui longè æquiore] *Οὐκ ἀρχόμενοι ὥσπερ οἱ ἄλλοι. Id*
interpretari possumus: Incusabant cùm ipsam defectionem,
initiò statim, sicut cæteri, hanc essent ausi, &c. nam postea dic
enim subito consilio defecisse videbantur; sed scil. longa cogi
ventũ rerum inter Athenienses & Peloponnesios expectant
liciori se parti applicarent. Οὐκ ἀρχόμενοι, id est, εὐθὺς ἐν ἀρ
Arist. lib. 2. Rhetor. c. 21. ἢ ἀρχόμενον ἢ ἀποδείξαντα.

Qui & priùs] *Incessit hic Thucydidem Dionysius, quòd*
orationibus, quibus impulsi Athenienses decretum de nece M
orum fecerant, omissis: posteriores has, nõ æquè magni mome
diderit. At ego multis de caussis ita evenire potuisse puto, ut
commodius fuerit, illis omissis, has potiùs nobis relinqui. E
fecerit Thucydides, pro eo potiùs præsumendum puto, ita c
fuisse, donec aliud edoceamur. Nam si sibi vult cred Dionysi
se est, ut illas priores nobis orationes proferat, unde iudicem
rintne æquè aut potiùs, ac hæ posteriores, edendæ.

Id temporis ac.] *De hoc Cleone, quomodo se populo insin*
cæterisq; artib. eius, legatur comœdia Aristophanis, quam Eq
scripsit. Cicero in Bruto, Cleonem turbulentum quidem civem
men eloquentem, ait fuisse. Itaq; quæ res in civitate duæ pl
possunt, summa gratia & eloquentia, eæ iam ambæ contra Mi
pugnant.

Semper ego] *Deliberativi generis est orat. Suadet eni*
Mitylenæos excidio puniendos. Exordium deducit à persona
rum, Atheniensium videlicet moribus & cõsiliis: quos sumpt
ne ex Mitylenæo negotio, inconstantiæ, credulitatis semperten
guit: eoq; viam sibi sternit ad insequentem orationem, qua ab
moribus dehortatur Athenienses, & ad vindictam acuit.

Esse judicavi] *Perniciosissimum insidiarum genus est, sub libertatis specie adulari.*

Melior enim] *Verissima sunt hæc & pulcerrima, quisquis sit Cleon qui dixit, & quodcunq; vasle falsò colligat.* 124.

Firmis immotisq;] *Leges num debeant esse ἀκίνητοι, an non, in utranq; partem sunt argumenta apud Arist. lib. 2. Polit. c. 6. Platonem in Politico & passim de Legib. T. Liv. l. 34. in orationib. Catonis & Valerij. Bodinum de rep. l. 4. c. 3. & alios.*

Inconstanter ut.] *Itaq; Aristoteles reprehendebat Athenienses, quòd cùm duas res invenissent, frumenta & leges: illis quidem uterentur, legibus non item. Idemq; l. 6. c. 4. Polit. Οὐκ ἴσιν, inquit, εὐνομία, τὸ ἐμμένειν τοῖς νόμοις, μὴ πειθομένοις δέ.*

Ac plerunq; qui] *Ioan. Bodin. lib. 4. de rep. c. 1. Est, inquit, interdum plebis, quæ imperandi summum ius habet, tanta temeritas & inconstantia, ut rerum novarum perpetua cupiditate feratur, eoq; sæpiùs accidit nationibus illis, quæ cæteris ingenio præstant, ut de Atheniensibus, Megarensibus, Syracusanis, Florentinis. Genuensibus, proditum est. nunc enim se quisq; imperio dignum iudicat, ac sibi sapere plus satis quisq; videtur: nec, nisi difficillimè, recta præceptoribus credit. Si verò genus hominum acumine ingenij minùs præstat, morem gerit, & in consilijs capiendis facilius adquiescit, quàm quos argumentorum multitudine ac disserendi subtilitate superare necesse est: ex quo pervicacia sapientibus consilijs inimica, rerumq; publicarum variæ conversiones sequuntur. Et quidem Atheniensis centum paulò minùs annis, quinquies, Florentini septies reip. statum commutarunt: quod nec Venetis accidit, nec Helvetijs, quos ingenijs minùs valere constat. Idem lib. 5 c. 1. Florentini ac Neapolitani Venetos & Insubres ingenij acumine in privatis rebus vincunt: in publicis tamen vincuntur. Nam Veneti prudenter consilia capiunt: quippe & à sententia discedere, & saniora consilia sequi, non dubitant: ut qui ingenij viribus nec planè confidunt, nec diffidunt omninò. Illi verò sive nimia disserendi subtilitate, sive ingenij ostentatione, quam semel sibi proposuerunt sententiam, mordicùs tueri pulcerrimum putant, & cùm se imperio dignos esse singuli arbitrentur, populare imperium semper maluerunt quàm optimatum.*

Legibus se sub] *Ita Pausanias Plist. cuidam rogati, quare apud Spartanos nefas esset priscam ullam abrogare legem: Quia, inquit, legibus convenit in homines auctoritas, non hominibus in leges.*

Dum rectè] *Sunt nimirum ex altero genere hominum, quod Hesiod. constituit. priores ex tertio potiùs, quàm primo.*

Quos imitari] *Ostendit adversum quos præcipuè loquatur, adversarios nimirum suos, auctores talium factorum populo.*

Equidem de mea] *Propositio est orationis, qua Cleon eiusdem se, ne*

usque inf.) *Apud Thuc. egregia & efficax est vocum allu-*
Latinis verbis haud pariter reddi quivis: ἐπανίστησαν μᾶλ-
ιν. ἢ ἀπίστησαν

norum cladibus) *Vt Naxiorum, Ægineta rum, Samiorum,*
sium, & modò Potidæatarum.

t plurim.) *Huius in proclivi ratio est. nam qui consilio &*
ia res sibi secundas peperére, ijsdem adminiculis tueri eas
plerunque possunt. At felicitas inopinatò obtingens, impe-
oque & insolentibus potest accidere: quia, quibus præsi-
bus eam tueantur, carent, perniciem plerunq́, ut ait Salomo,

ulsare) *Huius sententiæ veritas clarissimè Atheniensium in*
i bello exemplis liquet.

; enim eò insol.) *Servus à pueritia delicatè educatus, postea*
um habere cupit. Salomo sententiarum c.29. v. 21.

nium enim) *Hæc infra satis Diodotus refellit.*

d si eodem) *Alterum de supplicio Mitylenæorum argumen-*
commodo Atheniensium & contrario incommodo, ostendens
veritate subditos in officio retinendos.

em hab. loco) *Quasi vero non media via esset, ut ab hoste*
coacti facilè veniam invenirent; sua verò sponte desciscenti-
protinùs extrema supplicia iniungerentur? Quomodo cum
deficientibus agendum, vide Bodin. l.3. c.7. de Rep.

bellaturus) *Romani apud T. L. l.31. Illud periculum est, ne* 126
lè victis ignoscendo, plures eo ipso ad experiendam adversus
unam belli incitemus.

d v.) *Invitum est, quod aut violentum est, & à vi coacto su-*
, aut per ignorantiam admittitur. Arist. l.3. Ethic. Nic.

; ego) *Alio argumento ab inutili ostendit, si Mitylenæis igno-*
dmissuros maximè imperio perniciosa.

ericordia) *At verò & Romanorum exemplo ac confessione,*
torum in utranq́ partem factis, liquet, nulla re magis, quàm
ia & facilitate veniæ, imperia stabiliri Omnes certè magistra-
lementiam magis quàm severitatem propendere debere, ipse
nis boni iustitiæq́ regula docet: qui cùm se ardẽtissimum sua-
um vindicem, profiteatur, scelera tamen parentum usq́ ad
quartumq́ liberorum gradum se persequi ait; at pietatem eo-
, usq́ ad millesimam generationem remunerari. Quo eviden-
dit, infinitis modis clementiorem se quàm severiorem esse: no-
tiam magistratus, si nomen deorum, quod ipsis tribuit, tueri
observare eandem regulam teneri.

quales) *Quod per æquales intelligat, ex contrario liquet.*

essitate quad.) *Multum refert, qualis sit necessitas, utrùm ab*

ab imperantium tyrannide impoſita, an ſubditorum vitio facta. Malis enim vi & iniurijs ad rebellandum ſubditos adegerunt, multi clementia & iuſtitia eosdem in officio non invitos continuerunt.

Rerum, cap.) *Et hoc loco in Græco alluſivum eſt: ὀνειδίσαι τοῖς τοιούτοις ἀντιλήψονται Sed his manifeſtum fit, quàm iuſte Cleon vehementer ſit illis mentis, quæ maximè reprehendit, usurus.*

Enimverò) *Duo argumentor genera hactenus tractata colligit.*

Sin minùs) *Alia argumenta ſubiungit, ex quibus fortè puniendi Mitylenæos ſequitur, non tamen extremè puniendos.*

Eademigitur) *Peroratio, qua crudelius vindictæ, avidos etiam ſanguinis & intemperantes Athenienſium animos ad ſanguinem & eadem vertit.*

Aſſiduè ante ocul.) *Hoc non ignarus tractandi animos multitudinis vehementer Athenienſibus Cleon obtundit. Nihil enim magis ad vindictam acuit, quàm memoria eorum, quæ vel paſſi ſumus, vel paſſuri ſumus.* 127

Ego verò) *Oratio Diodoti perelegans, præcedenti omni exparte oppoſita eſt. Itaque cùm Cleon ante confirmationem ſententiæ de pœna Mitylenæorum, longa oratione, & adverſarios oratores copioſo in odium & ſuſpicionem adducere, & populum levitatis arguendo à mutatione conceptæ ſententiæ abſterrere, conatus eſſet: primùm Diodotus, priusquam doceat, non eſſe exitio civitatis puniendam defectionem, Cleonem & aſſeclam eius, non ſolùm ob dicta refellit, ſed invicem odio ſuſpicionis obnoxios reddit: populum verò ab id ipſum de conſiliarijs ſuis pravum iudicium caſtigat, & ad mediorum ſententiam ducit.*

Exiſtimo) *Dixerat in oratione Cleon, perniciosiſſimum eſſe civitati, ſi nulla conſiliorum ſit conſtantia. Contrà Diodotus nihil nollet ait, quàm de maximis rebus ſæpiùs deliberari.*

Et celeritatem) *Damocritus Ætolorum Prætor l. 31. T. L. Rem magnis diſcriminis conſilijs nullam eſſe tam inimicam, quàm celeritatem, ait celerem enim pœnitentiam, ſed eandem ſeram atq; inutilem, ſeparatim præcipitata raptim conſilia neq; revocari neq; in integrum reſtitui poſſe.*

Quorum alterum) *Ira videl. cet. hæc enim furor brevis eſt.*

Orationibus v.) *Quòd oratoribus Cleon invidiam fecerat, ambitionis avaritiæq; inſtructo crimine: Diodotus viciſſim Cleonem amentiæ & perverſitatis inſimulat.*

Omnium verò) *Indignitatem rei, quòd avaritiæ corruptelæq; crimen: Cleon obiecerat, auget ab inſequentibus publicè privatimſq; [illegible]*

[illegible]rem) *Oſtendit quemadmodum ſint tractandi auditores. Reſt copiam habeat conſiliariorum.*

Quòd

si quis minùs) *Xerxes Persa innumeris vitijs inquinatus d tamen rectè egit; quòd cùm Demaratum Lacedæmonium cum haberet, optima plerunq; consilia dantem: consilijs qui- arò parebat, nihilo tamen minùs ipsum & benevolum sibi & ab adversariorum criminationibus tegebat.*

item) *Vt maiorem sibi auctoritatem & dignitatem adijciat, populum ob iniqua iudicia castigat.*

itur) *De officio suo agit, quod his moribus civitatis inprimis* 128
r. Rhetores autem Athenis decem sorte legi solebant, qui a- um & in Senatu caussam publicam, re poscente, defende- officij nomine, quotiescunq; dixerunt, drachmam mercedis nt. Sigon. l. 4. de Rep. Ath.

em solùm) *Exemplum belli Siciliensis eventu habemus: m instigationibus longè ardentior plebis in bello suscipien- ts fuit. Sed ubi res malè cessit, omnes in oratores culpam nt.*

de ego) *Propositio est institutæ orationis, qua quibus de rie, & quomodo, deliberandum, quidq; potissimùm in deli- pectandum, docet. Simul deprecatione Cleoni invidiam, sibi iam auditorum, struit.*

ia exp) *Cæsar apud Salust. Maiores nostri magis quid se nàm quid in hostes iure fieri posset, quærebant. Nimirum actionibus suis honestatem, Athenienses utilitatem spo- sic & Diodotus hoc loco inseruit:*

rut. est) *Confirmatio incipit: Primum argumen. Si homi- ibus, & proinde defectione subditi, pœnarum atrocitate unt: hoc quoq; in negotio ea via utendum est. Sed non pos- 3.*

aupertas) *Ab affectuũ vehementia probat, fieri non posse,* 129
magnitudine suppliciorum à sceleribus cohibeantur.

ic præcedit) *Ignotum nec cupimus nec speramus, cogni- nò amamus, amatum cupimus: huic succedit adquirendi simul viam ad effectum rei excogitans.*

ra sint) *Blandiuntur enim spes & amor, nec aliquam sè- li speciem præ se ferunt.*

spem) *Alterum confirmationis argumentum, quo faci- e commoda, & contraria via incommoda, eadem secutura uæ Cleon secundo argumento extitura volebat, si severitatẽ cios uterentur.*

reditus) *Idem Fabius Max. dicit, l. 24. T. L. Quòd si abire is liceat, redire ad eos non liceat: cui dubium esse, quin bre- ab socijs Romana res, fœderibus Punicis omnia in Italia ura sit.*

Desperata venia) *Memorabile aptumq; loco præsenti exemplum Bernardus Girardus in Historia Franciæ, lib. 17. scribit, quod nunc paucis referre libet. Gandauenses Flandriæ populus, cùm adversus Ludovicum Flandriæ Comitem & principem suum rebelles, infelicitatis diu contendissent armis: multis tandem magnisq; cladibus fracti, pacem à Ludovico talem, qua omnium rerum suarum, præter corporum & vitæ, ei potestatem permittebant, petere sunt coacti. Verùm is ira & vindictæ cupiditate elatus, reiectis omnibus eorum precibus, nullam eis pacem se daturum respondit, nisi omnes qui supra quindecim annos essent, viri fœminæq;, nudis corporibus, colloq; inserto laqueo, urbe egressi, omnia sine exceptione aut conditione suo permitterent arbitrio. Hæc renunciata, adeò ab indignatione simul ac desperatione iram & animos Gandauensibus accenderunt, ut ad supremam rabiem versi, relictis custodibus urbis, qui si cæsam aciem suorum vidissent, tectis ignes subijcerent: delecti ex omnibus quinquies mille viri ab urbe egressi, ut potiùs in acie fortiter pugnando caderent, quàm fœda morte & supplicio vitam amitterent, ad Brugas castra ponerent. Ibi Ludovicus Comes erat, tanto cum exercitu, ut singulis Gandauensibus cum denis hostibus dimicandum fore videretur. Itaq; cùm Ludovicus contempta paucitate illorum egressus urbe, castra loco & munitione tuta adortus esset: Ganduenses memores necessitatis periculiq; sui, tanta ira & ferocia dimicarunt, ut ingentem illum exercitum funderent fugarentq;, & Brugas usq; persecuti, unà cum fugientibus intra portas irrumperent. Ibi cùm omnes adversæ partis cæderentur, Comes ipse cum extremo vitæ periculo diu in urbe apud pauperem fœminam occultatus, vix tandem solus miserabili habitu manus eorum, quibus veniam supplicibus & misericordiam negaverat, elapsus, omniq; ita ditione sua & principatu spoliatus est.*

Sumptus præst.) *Impensas in bellum factas.*

Itaque non seu.) *Docet, quemadmodum sint socij tractandi, peccantes nimirum moderatè castigandos, integra vere assiduitate officij curaq; in fide retinendos.*

Meritò repetit) *Natura enim omnes liberi sumus. quis igitur succenseat ei, qui serviens libertatem recuperare studet?*

130 Quid deinde) *Tertium argum. Plebs sociæ civitatis, principes suos perosa, Atheniensium verò rebus favens: ea non unà cum suis principibus ab Atheniensi populo debet puniri. Plebs Mityl. semper ita fuit affecta, &c. Ergò.*

Cùm quamp.) *Probatio Minoris à signo.*

Deinde princ.) *Incommodum secuturum ostendit, si plebis caussa cum principum factis coniungatur.*

Dissimulandum) *Qui enim dissimulare nescit, imperare nescit.*

[illegible]circa) *Peroratio.*

Neque

ıemiser.) *Cæsar apud Salust. Omnes homines qui de rebus*
ınsultant, ab odio, amicitia, ira, misericordia, vacuos esse de-
facilè animus verum providet, ubi illa officiunt.

:aquam) *Iudicialis generis oratio est, Status Qualitatis as-* 132
i. Non enim negant Plataenses, se hostilia in Lacedæmonios
d id factum defendunt, partim culpæ remotione in ipsos La-
ios & Thebanos, partim verò deprecatione. Exordium duci-
ò à spe Plataensium, inde metu plurimisq; circumstantibus
tibus, quarum iniquitate conciliare sibi animos Lacedæmo-
:onantur.

si ignoti) *Cicero pro Ligario ad C. Cæsarem: Quò me vertam*
ratus enim veneram, cùm tu id neq; per te scires, neque au-
nde potuisses, ut ignoratione tua ad hominis miseri salutem
: sed quoniam diligentia inimici investigatum est, confiten-
opinor.

ıverò non) *Haud obscurè Lacedæmonijs blandiuntur.*

lo tamen) *Propositio est, partitione caussæ constans. Osten-*
n se partim iure, partim deprecatione usuros. Ius tum ad La-
ios eorumq; socios, tum ad Thebanos refertur. Primò cum
onijs agunt.

dead) *Interrogationi Lacedæmoniorum ancipiti captiosæq;*
biguo responso obviam tendunt. Vtrùm hac, inquiunt, velut
u, an ut amicis percunctamini? Si hostes nos iudicatis, quid
i in vos hostilia fecimus? sin amici vestri sumus, vos ipsi in
retis, qui priores nobis vim deprecantibus arma intulistis.

nobis) *Quid si v. subiecissent Lacedæmonij? quærimus ut*
u, proindeq; iam ut in hostes animadvertemus. Tutior igitur
firmiorq; defensio.

lem tum) *Et amici, aiunt, vobis & hostes fuimus. Amici*
nte, amicitiamq; tum publicè erga omnes Græcos, tum pri-
ga vos coluimus. Hostes autem facti sumus. primò à vobis, qui
os Atticam societatem ambire iussistis, inde meritis in nos
nsium adacti.

os à Thebanis) *Hoc ita Herod. l. 6. commemorat: Cùm à* 133.
: premerentur Plataenses, primò Cleomeni Anaxandridæ
læmonijs sese dediderant. sed hi eos non receperunt, dicentes:
qui procul habitamus, exile vobis erit auxilium. nam prius-
os audiamus, ab hostibus expugnari possitis. Suademus au-
os Atheniensibus dedatis, vicinis pariter & ad tutandum nõ
s. Id Lacedæmonij non tam quòd benè cuperent Plataensibus
nt, quàm ut Baotio bello Athenienses illigarent. Plataenses
enas profecti, dum rem divinam Athenienses duodecim dijs
eis ad aram suppliciter sedentes sese dediderunt, &c. Hæc si ita

At turpe] *Obiectionem movet. Dixerant enim Plataenses se Athenienses citra turpitudinis notam deserere non potuisse.*

Longè turp.] *Obiectionem refellit.*

Quibus jur.] *At Athenienſibus quoque iureiurando erant obligati.*

Non jam hic] *Quia ſæpiùs ſocietatis cum Græcis fecerant mentionem Plataenſes, per deos fœderum teſtes, per patrium iuſiurandum obſecraverant: eo quoque præſidio eos Thebani nudare conantur.*

Vos adjut.] *At verò Corinthij tum quoque adiutárunt Athenienſes: nec ideis vitio datur.*

Quæcunque autem] *Vniverſali argumento ab Attica amicitia, omnia Plataenſium honeſta facta elevant.*

138. Noviſſimum] *Vltimo loco de proxima in urbem Plataenſium irruptione ſe purgant, iure partim aſſumptivo, conferendo culpam, ſi quaſit, in principes Plataenſium, partim abſoluto, iuſtè tam eos qui tradiderint urbem, quàm ſeſe, egiſſe affirmantes. Simul inverſi: Plataenſium telis, hoc ipſo eos crimine graviſſimè urgent.*

Noſtra ſponte] *Quàm iniquè cum eis agant, hinc videre licet; quòd priùs ſponte eos cum Athenienſibus ſtetiſſe arguebant, id et maximis meritis adacti videbantur: iam ſe ſponte Plataeam oppugnaſſe negant, ſed à privatis quibuſdam civibus vocatos. Virum maiorem ad impellendum vim habere iudicemus, quòd illi maximis in ſe meritis, hi quorundam precibus, ſe adductos ferebant?*

Nam quia cives] *Sed hoc iure quivis ſe proditor patriæ ſuæ tueri poſſet: ſuam ſe urbem aperire. Nec refert, princeps civitatis, an humillimus aliquis de plebe ſit. imò in illo ſcelus gravius magiſque eſt puniendum.*

Quoniam &] *Minimè publicum bonum, ſed privatum commodum ſpectaverant proditores.*

Hæc noſtra] *Concluſio confutationis.*

Nihil iam] *Quia in fine orationis Plataenſes miſerabili deprecatione uſi, non potuerant non aliquatenus ad commiſerationem permoviſſe Lacedæmonios: ideò Thebanus, ut id quoque ſolatiumneis extorqueas, invicem petitionem ad Lacedæmonios orationi ſuæ ſubnectit, qua & ipſorum lamentabilem comploratione eludit, & à Lacedæmonijs petit, ut dignis pœnis in gratiam egregiè meritorum ſociorum afficiantur.*

139. Quia ſe indigna] *Quia vetera benefacta recentibus corruperunt maleficijs. Ita ſupra libr. 1. Sthenelaidas de Athenienſibus ait: Quòd ſi contra Medos egregios ſe viros præſtiterunt, nunc verò in mali improbi exiſtimi: dupl'am commeriti ſunt pœnam, quòd nunc et bonis ſunt mali, facti. Idem De quo, noſtri iudicium eſt, per Propter-*

tam

tam pronunciantis : Si iustus aversus à iustitia sua, impietati sese obstrinxerit, non recordabor deinceps rectè factorum eius.

Proinde Laced.] *Epilogus orationis.*

Quibus si bona] *Quoniam Platæenses prælonga oratione sunt usi; haud nescius Thebanus, nulla re æquè ac copia verborum offendi Lacedæmonias aures: ex hoc ipso Platæensibus odium Lacedæmoniorum concitare in ipso fine suæ orationis, venenato quasi ultimùm ad reliqua vulnera adactatelo, conatur.*

Brevis commemoratio suff.] *Ita Euripides in Phœnissis:*

Απλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ
Κοὐποικίλων δεῖτ' ἄνδιχ' ἑρμηνευμάτων.
Εχει γὰρ αὐτὰ καιρὸν. ὁ δ' ἄδικος λόγος,
Νοσῶν ἐν αὐτῷ, φαρμάκων δεῖται σοφῶν.

Ad Iunonis templum] *Templi huius originem in vita Aristidis hanc refert Plutarchus: Cùm post cæsum ad Platæam Persarum exercitum, Athenienses Spartanis concedere palmam victoriæ nollent, nec trophæum eos erigere paterentur: secessione inter Græcos facta, in triste penè certamen erupissent; ni collegas Aristides induxisset, ut Græcorum iudicio res permitteretur. De eo consultantibus Græcis, Cleocritus Corinthius consilium dedit; ut omisso certamine, Platæensibus concederent victoriæ præmium, quorum honori invisuri neutri essent. Huius oratione moti, hinc Aristides ab Atheniensibus princeps, illinc Pausanias ab Lacedæmonijs, concesserunt Platæensibus, talentaque eis octoginta dederunt. Ex his illi templum Iunoni extruxerunt, signumq; eius in templo posuerunt, & id exornârunt picturis, quæ etiamnum florem retinent.* 140.

Qui in præliis] *Ducenti & quinquaginta fuerunt, pleriq; magnæ potentiæ & longè principes in civitate: de quo lib. 1.*

Clàm profugit] *Donec eris felix, multos numerabis amicos: Tempora si fuerint nubila, solus eris.* 141.

Non expectârunt] *Donec iudicium de eis fieret. vel exilio enim vel morte voluntaria iudicio se subtraxerunt.* 142.

Crimini quid apertè] *Semper enim homines aliquam fraudi speciem iuris imponunt.* 143.

Cæterùm alii] *Similia multoque atrociora, quo illustriore & maiore populo, ab Romanis in civilibus bellis commissa sunt: ut passim apud earum rerum scriptores legimus.*

Vniversa propè] *Diodorus libro decimo quinto ingentem apud Argivos seditionem describit, in qua 1200. primorum civitatis plebs peremit.* 144.

Vnde in multa] *T. Liv. lib. 4. Caussa atque initium seditionis ex certamine factionum ortum est: quæ fuère eruntq; pluribus populis*

magis exitio, quàm fames morbive, quæque alia in deum iram, vel ultima publicorum malorum, vertunt.

Mirum quantum] *Cicero Epist. lib. 4. de bello civili inter Cæsarem & Pompeium: Sc rem cùm superiores (Syllanos intelligit) nullo tali exemplo antè in Repub. cognito, tam crudeles fuissent: quæ cum postea Rempubl. armis oppressisset, multò intolerabiliorem futurum. Nam quod exemplo fit, id etiam iure fieri putant: & alia, atque alia multa addunt & afferunt de suo. Vide Dion. Cass. in princ. lib. 47. ubi trium virorum Romæ proscriptionem hac de caussa multò crudeliorem gravioremque prioribus fuisse, docet.*

Et facinorum] *Sic nostra ætas immanissima aliquot suppliciorum & cruciatuum genera, maioribus planè incognita, habet.*

Iam solita] *Idem quod hoc loco Thucydides Cato apud Salust. queritur de Repub. Romana: Hic mihi, inquit, quisquam mansuetudinem & misericordiam nominat? iampridem quidem nos vera rerum vocabula amisimus: quia bona aliena largiri, liberalitas, malarum rerum audacia, fortitudo vocatur. eo Respubl. in extremo fuit est.*

Cunctatio prou.] *Hoc Fabio Dictatori secundo bello Punico obiectum. Ita enim Minutius magister equitum pro cunctatore segnem, pro cauto timidum, affingens victna virtutibus vitia compellabat: Audendo inquit, agendoque res Romana crevit, non his sensibus consiliisque quæ timidi cauta vocant.*

Properatio] *Ita enim plerunque feroces rapidique in consiliis homines, eo ipso egregiè animosi sibi suique similibus videntur.*

Ne quid istorum] *Ne aut facere aut cavere insidias cogeretur.*

Ad quodvis temerè] *Inter propinquos, solaque natura & sanguinis cognatione iunctos, verecundia interdum peccandi absterret. at qui externas quærunt societates, hi sui similes vestigant: & cum his, velut in eam rem iunctis, nihil non patrare audent.*

145. Quæ ab adversa] *Potest & hæc sententia esse: Æquas ab adversa parte conditiones latas, admittebant: sed tantùm metu alterorum, si viribus ij præstarent, servabant: non autem generoso & candido animo. Vel, ἔργων φυλακῇ, id est, ἐπιστήρησει, καιροφυλακήσει: sed captatione occasionis tantùm, si illis negligentiùs agentibus, ipsi superiores fieri possent.*

Alterum minùs munitum] *Iureiurandi nimirum fide fretum.*

Qui civium med.] *Ita Aristhenus Prætor Achæorum in concilio apud T. Liv. l. b. 32. Nam quòd Cleomedon, inquit, modo tanquam mediam & tutissimam viam consilij, ut quiesceretis abstineretisque armis, ostendebat: ea non media, sed nulla via est, nusquam enim gratia stabili, velut qui eventum expectaverimus, ut fortuna applicaremus consilia nostra, præda victoris erimus. Sanè quidem Solon*

Atho-

Athenienſium legislator caverat, ut in ſeditione civili quiſque alteri parti adiungeret. De qua lege, & quomodo ſit utilis civitatibus, vide Bodinum de Repub. lib. 4. prope fin. cap. ult.

Quod ipſos in gratiam] Hoc planè in ipſis principibus Lacedæmoniꝰ & Athenienſibus passus: qui nullo fœdere paciſve ſunt in gratiam reduci poterant. Idem de ſuo tempore F. Guicciardinus libr. 13. ſcribit. Qui eo tempore principum actiones ponderaſſet, non unam illorum de alijs ſuſpicionem, ex ipſorum pectoribus nubem officij beneficijve genere, nullo fœdere evelli poſſe, aperiè cognoſceret intuiſſes.

Quidquam firmi] Quo ad fidem: quam quia nuſquam tutam videbant, ſuſpicionibus perpetuò intenti, ne quod uſquam incommodum exiſteret potiùs curabant, quàm ut alteri fidem haberent.

Magna cum aud.] Quia enim ingenio conſilioque ſe inferiores videbant, audaciam pro muro habebant. 146

Ii quibus vind.] Cauſſas recenſet, quibus tanta ſeditionum mala tribuenda videntur; ultionis cupiditatem, egeſtatem, avaritiam, superbiam, iram, &c.

Ab diuturna] ἡ πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβήτησις καὶ πολεμικὴ ἕξις. Ariſtot. lib. 5. Polit.

Incenſis navigiis] Sic Agathocles Syracuſanus rex, cùm Syracuſas Carthaginienſes obſiderent: relictis qui mania patriæ defenderent, cum cæteris in Africam, ut ultrò bellum inferret hoſti, traiecit: conſolatusque milites, univerſas naves conſentiente exercitu incendi iuſſit, ut omnes ſcirent, auxilio fuga ablato, aut vincendum aut moriendum eſſe. Iuſtinus lib. 22.

Athenas mittunt] Huius legationis princeps fuit Gorgias, magnæ eloquentiæ orator: qui Athenienſes, alioquin huic facultati amicos, mira & nova quadam facundia obſtupefecit. Diodorus S.

Per ſpeciem] Nuſquam non tum Athenienſes tum Lacedæmoniꝰ, aliam belli in ſpeciem cauſſam, quàm revera ſubeſt, prætendunt. 147

Vulcani in Hiera] De Hiera inſcribit Ariſtot. lib. 2. Meteorologicæ capite ſeptimo. In hac inſula pars terræ intumeſcebat, aſſurgebatque cum ſono in tumuli ſpeciem. Eo tandem diſrupto, multum ignis prodijt, qui ſcintillam cinerem que ſuſtulit, ac Liparæorum urbem; quæ haud procul aberat, in cineres redegit, & Italiæ etiam maſſam aſſigis urbes: hodieque is locus, ubi illa evomitio contigit, ignitus est.

Et jam mare] Naturalem cauſſam, cur ubi terra eſt, illic aliquando

quando occupes mare, & viciſſim, exponit Ariſtot. lib. I. M
cap. 14.

149. Exceptis Ionibus] *Iones enim palàm ſocij erant Athenien*
& eorum pars maior vi dum ſaviebat.

Iptas anguſtias] *Thermopylarum videlicet fauces, 60.*
paſſus patentes.

Laced præfecti] *Lacedæmonij enim ut ſuam Remp. pr*
gerere ſolebant, pariterq; in ea imperare & parere ſciebant: i
plerunque vel imperitè vel avarè crudeliterq; imperarunt; im
cùm ſecunda fortuna utentes, nullo hoſtium metu coercebantu
Clearchi, Lylandri, & aliorum exemplis liquet. Unus Br
præclarè ſe in omnes ſævè ſocios geſſit: tamen utrùm id ſuapte
ra & ingenio ductus fecerit, an quia ita tempori aptum fuit,
tum.

150. Pugnacemque] *Euripides eos σακιφόρους, Homerus μεν*
μας appellat.

Armis levibus] *Fundis, iaculis. Sed hæc adhuc dùm poſ*
fellerunt. levis enim Ætolorum armatura eos præcipuè affixa.

Lingua etiam] *Erant enim Ætoli paulò ab humanitate el*
res, & ad barbariem quandam inclinantes. unde μιξοβάρβα
Euripide nominantur: apud T. L. lib. 34. ab Ariſthæne Acha
prætore gravissimè eo nomine perſtringuntur. Linguam, inquit
sum Græcorum habent, ſicut ſpeciem hominum: moribus effera
bus, quàm ulli barbari, imò quàm rapaciſſimæ beluæ, utuntur.

Adverſus Bœotos] *Bœoti enim Athenienſibus perpetui*
ab Iaere hærebant, terreſtri eis Marte omninò pares. Igitur Dem
nes, ſi Ætolorum ſibi copias adjungeret, cenſebat, tum iter ſibi in
tiam ex ijs regionibus patefacturum, tum verò ſine ullo milite
nienſi, Acarnanum, Amphilochorum, Locrorum, Meſſeniorum
tolorumq; copijs ſe parem terreſtri bello Bœotis futurum. Hinc luc
graphica regionum deſcriptio multum luminis adferre poteſt.

Erant Ozolæ Locri) *Controverſiam hoc loco Thucydidi T*
movet. Locros Ozolas ſocios Lacedæmoniorum fuiſſe, ſuprà di
ſtratum ait. nuſquam autem legi eos ad Athenienſes tranſiſſe. i
ergò μεταμοντανὸς ἀμαρτὼν Thucydides eſſe. Verùm ego non repe
Etum, quòd partis Lacedæmoniorum Locri Ozolæ fuerint. Quod
lib. 2. in enumeratione ſociorum utrique partis Locros Lacedæm
adjungit: ſimulatus eſt vero, Locros eum Opuntios putare, qui in ſe
Lacedæmoniorum fictiſſe legantur, & equitatu etia
nantur: cùm Ozolæ nunquam equitatu valuiſſe inve
tem nuſquam Thucydides, quamvis in Athenar
derint, meminit: non idcirco memoria lapſum eſſe
& alia minuta vel penitùs omiſſis, vel ex conje

præcedens (ut hoc loco) innuit. quod non eſt præter graviſſimi hiſtorici officium. Quòd enim ſocij fuerint Athenienſium Ozolæ Locri, poſtea ad Lacedæmonios tranſierint, adeò pro manifeſto prodit Thucyd. ut neq; nobis ullam dubitationem relinquat.

In quo Heſiodum) *De morte Heſiodi ita ſcribit in convivio ſapientium Plutarchus: Mileſius quidam, cum quo hoſpitij uſus intercedebat Heſiodo, apud Locros hoſpitis filiam vitiarat. Re comperta, cùm in ſuſpicionem facti eius Heſiodus veniſſet, fratres eum puellæ apud Locrenſe Nemeium cum comite Troilo ex inſidijs trucidárunt. Cadaveribus autem in mare devolutis, Heſiodi corpus excipiens delphinorum grex, ad Rhium & Molycriam deportavit. Fortè tum Locri ſolennem apud Rhium conventum ſacrumq; celebrabant. qui poſtquam cadaver adferri cum admiratione vidiſſent, moxq; id Heſiodi cognoviſſent: gloria hominis permoti, quæſitos inventosq; percuſſores in mare præcipitárunt, & domum ipſorum diruerunt. Ipſe Heſiodus apud Nemeium ſepultus eſt. & ſepulcrum eius plerique peregrini ignorant. occultatur enim propter Orchomenios, qui id quærunt, reliquiasq; Heſiodi, monitu oraculi cuiusdam, auferre & apud ſe humare cupiunt.*

In Nemea] *Ambiguitate ſolita luſit oraculum. Nemea enim Peloponneſi alioqui locus eſt: quem indubiè Heſiodus putaverat deſignari.*

Locrorum aux.] *Apparet ex ſequentibus, Locros haud ſincera in Athenienſes fide moratos eſſe.* 151.

In ea par.] *Neq; canem in inſula eſſe licebat: ut Strabo lib. 10. ſcribit.* 153.

Circumiac. inſ.] *Cycladum: ut Strabo ibid.*

Ad Epheſia] *Dianæ ſacra.*

Proœmio Ap.] *Proœmium hic Thucydides hymnum vocat, fortè quòd ante ſacrificia Apollinis aut ſolenni cani ſolebat, non, ut Rhetores, Exordium orationis. Sunt enim hi verſus in hymno Apollinis, idq; non in Exordio eius, ſed circa medium ferè.*

LIB. IV. THVCYD.

Frumenta concip.] *Sic Plinius lib. 8. cap. 7. appellat, quod ſitw ἐκβολὴν nominat Thucyd.*

Vtrinque bello] *Terreſtri à Locrenſium copijs, maritimo Syracuſanis ab Meſſana navibus.*

Oram præterve.] *Athenienſium naves.*

Partem deſertam] *In loco enim ab hominibus remotiore, minore impedimento opus fieri poterat. Contrà, ſi propius Spartam aliamve Laconicam urbem caſtellum communire voluiſſent, haud dubiè prohibiti fuiſſent. quod enim ſub oculis ſit, magis ad opem ferendam ſtimulat,*

mulat. quàm quod procul à nobis periculum imminens occultat.

Plura præter] *Eludebant propositum Demosthenis, ut inutile & otiosum.*

161. Et Messenii] *Sita enim Pylus in ea regione erat, unde olim pulsi à Spartanis Messenij Naupactum ab Atheniensibus acceperant habitandam.*

Firmissimi] *Ob Atheniensium in se merita, & Lacedæmoniorum paterna perpetuaq; odia.*

Ordinum quoq; præf.] *Hos Taxiarchos appellabant Athenienses: qui deni ex singulis tribubus legi solebant. Horum negotium fuit, ut ordines militares instruerent, pedites in prælium mitterent, ijsdemque quò ire & per quos dies cibum parare oporteret, per præconem denuntiarent, & si liberet, militem ex armatorum catalogo delerent. C. Sigon. lib. 4. de Repub. Atheniens.*

Parvi fec.] *At parva hæc scintilla contempta magnum exé tavit incendium.*

162. Tutum reddit] *A tempestatibus alijsq; iniurijs.*

Octon. nov.] *Amplitudo ingressus tantum patuit in latitudinē, ut una octonæ novenæue naves, frontibus, ut ait Æ. Portus, æquatis ingredi potuerint.*

Occludere stat.] *Ne scilicet introire naves aliquæ ad suorum auxilium possent.*

Prælio navali] *Hoc inprimis Lacedæmonij declinare conantur, alioquin nec consilijs istis opus fuisset.*

163. Nemo vestrùm] *Hac oratione milites suos Demosthenes ad resistendum adversarijs hortatur. Exordium docilitatis caussa comparatum est, ut milites, quos præsens periculi metus consternare poterat, sine omni longiore disquisitione, hanc unam esse salutem sciant, ut locum fortiter tueantur. itaq; magis necessitatis eis index, quàm consilij est auctor: neq; maneant an abeant deliberandum, sed potiùs quod immineat constanti animo sustinendum.*

Non illa consult.] *Sic Catilina apud Salust. facto, non consulto, opus esse in magno periculo, ait. Et C Cæsar audacia & magna facinora facienda aiebat, non deliberanda. Plutarch. in Apoph.*

Enimverò plur.] *Propositio orationis.*

Quòd enim] *1. argumentum à loci commoditate.*

Sin cedamus] *2. argumentum à periculo, quod cedentibus impendeat. Locum enim ab hostibus facilè tunc superatum iri, simulq; audaciam ipsis ab desperatione accensurum, cùm nusquam effugium sibi patere cernentes, à fronte hostibus, à tergo arduis saxis urgentibus, tanto audaciùs fortiùsq; pugnaturi sint, quanto maior vis maiorq; animus desperantium de salute est, quàm eorum quibus alia ad salutem præter victoriam via patet.*

Equi-

Equidem dum] 3. *argumentum à præsenti resistendi facultate.*

Pares nobis] *Distinctio verborum Thucydidis prava, ipsam primò sententiam difficiliorem reddidit, inde ut interpretes quoque laberentur fecit. Ex sententia verò doctissimorum virorum, M. Cruserii, H. Stephani, & F. Porti, ad hunc modum distincta verba,* [ἀκροζάντες δὲ, ἐν τῷ ἴσῳ ἤδη τὸ, τὸ πλῆθος, &c.] *nihil obscuritatis habent.*

Nec est adeò] 4. *argumentum contra multitudinem hostium, quam majorem quidem sua, non tamen usui futuram, ostendit.*

Neque in terra] 5. *argumentum à stationis hostium, unde præliaturi sint, iniquitate.*

Multæ commodit.] *Multò enim pluribus maritima bella quàm terrestria opus habent.*

Quocirca tot] *Conclusio orationis.*

Telis excipitur] *Diodorus Sic. lib. 12. fortissimè pugnasse eum,* 164.
multumque Atheniensibus peremptis cecidisse, perhibet. H. Stephanus in indice sui Thucydidis, Brasidam hoc loco occisum, aliumque ab Brasida Tellidis filio fuisse, existimare videtur. Hoc tamen præsens factum manifestè Tellidis filio, cujus aliàs frequens est apud Thucyd. mentio, Suidas attribuit. Cui & Aristophanis in Equitibus Scholiastes consentit: qui etiam minimè obscurus verbis, Brasidam hoc loco non penitùs interfectum tradit. Sicut & Thucydides, eumq; & eius verba sequentes Diod. d. l. & Plutarch. de gloria Athen. nihil aliud, quàm ἐλλειποψύχησε dicunt, quod est animo deficere, non protinùs expirare.

Cæteris animus] *Locum hunc de oppugnatione Atheniensium, his verbis commendat in libello de gloria Atheniensium Plutarchus: Ad hanc eviadeniam Thucydides perpetuò elaborat, ut auditorem vetus spectatorem constituat: quæque consternatione aut perturbatione eorum qui intersunt animos afficiunt, ijsdem legentis animum versus moveatque. Nam ad scopulum Pyli suos instruens Demosthenes, & gubernatorem ad appellendam navem adhortans Brasidas, & ad pontem pergens, & vulnera accipiens, semianimisq; in navem relabens; ad hæc ex mari terrestre prælium cientes Lacedæmonij, & navale bellum gerentes ex terra Atheniensis: hæc omnia ita sunt descripta, ita evidenter ob oculos posita, ut non minores fere, quàm in re præsente factum fuisset, motus perturbationesq; animus legentis persentiat.*

Adeò mutaverat] *Novum in his insolitumq; pugnæ genus narrat. Atheniensis enim homines alioqui nautici, tum è terra pugnabant, & ea Laconica, & defendebant eam contra ipsos Lacedæmonios: & contrà homines terrestri bello valentes, ex navibus prælia dabantur, & suam ipsi terram oppugnabant.*

Quòd

Quòd hi in terra] *Pauſanias in Atticis: Lacedæmonij an*
ſtricam cladem, nullum unquam belli caſum adverſum fuer
perti, eoq; ſe nunquam pedeſtri Marte victos gloriabantur. Na
nidæ, parta propè victoria, quòd minùs occidione Perſas deleret,
ſi longa pugna militis robur defuiſſe aſſerebant: & quæ Athe
Demoſthene duce ad inſulam Spacteriam geſſiſſent, belli potiùs
quàm victoriam fuiſſe.

165. Vt cogitaverant] *Obliti nimirum præcepti fuerunt: Pria*
inceperis, conſulto; & ubi conſulueris, maturè facto, opus eſt.

Vtrinque quà] *Egregius hic animus & fiducia ſui apud*
nienſes apparet.

Quo viſo Lacedæmonii] *Pedeſtres Lacedæmoniorum i*
copiæ.

Cùm ideò quilibet] *T. Liv. lib. 30. de Carthaginienſibus à*
ne oppugnatis: Raptim omnia ſtimulante fortuna agebantur
quo quisq; ceſſaſſet, prodi à ſe ſalutem omnium rebatur.

166. Et naves] *Immane quantum hoc loco à Romanorum in a*
conſtantia & robore abſunt Lacedæmonij! qui paucorum civi
ricul. cauſſa, iniquæ ſibi turpesq; conditiones ſubeunt. At Rom
Trebiam, Thraſymenum, Cannas, internecione penè deleti, n
millibus civium cæſis & captis: adeò tamen tanta mole cladium
ti non ſunt, ut cùm & captivos redimendi poteſtas & pacis l
Annibale ferrentur: tamen illos ne pecunia quidem liberare v
legatum verò hoſtium de pace ante noctem finibus exedere iu
Sed defendi fortan Lacedæmonij poſſunt, quòd Romani adver
ſtem externum & alienigenam id meritò fecerunt: at Gr
Græcis turpe fuit extrema pertinacia certare. Perſimile huic
gotio exemplum eſt apud Guicciardinum lib. 8. hiſtoriarum: T
rant contra Venetos fœdus, Cæſar Maximilianus I, Gallia Rex
vicus XII. Ferdinandus Hiſpaniæ Rex, & Pontifex Romanus
inter ſe diviſerant omnem eorum ditionem & poſſeſſiones. Ven
mò nihil conſ.ernati, nec pacem ſolicitè procurabant, nec ſuæ ſe
ti conſulebant: quin & ſecundis quibuſdam in bello ſucceſſibus
magis efferebantur. Poſteaquam verò Ludovicus valido cum
citu eorum ditionem ingreſſus, & oppida ſuæ partis occupavit, &
ad Giaradaddam uno prælio devicit: adeò confeſtim animos
abiecerunt, ut toto continentis imperio decedere ſtatuentes, pr
ad Maximilianum Imperatorem legatum mitterent Anton. Iu
num. Is multò humiliùs abiectiusq;, quàm hic apud Athenienſ
cedæmonij, verba faciens, nomine Venetorum Maximiliano
& legitimo principi offerebat, non ſolùm quæ Romano & Im
imperio maiores eorum ademerant, ſed omnia quæ in continen
quisq; iure poſſidebant. Imperatori adhæc & eius in imperio ſuc

erpetuum quinquaginta auri pondo tributi nomine pensu-
erys, decretis legibus eius obtemperaturos. Hæc non verbis so-
aiebant, sed reipsa Patavio, Verona aliisq; urbibus cesserunt.
Maximilianus non minùs tunc, quàm hic Athenienses, fortu-
tumens, nihil eorum accipere, nec ipsis pacem dare, nec op-
ipsis dedentibus recipere velle: maiora alia, sed incertiora, ani-
onere. interim præsentia negligere, nec oppida quæ tenebat
llo præsidio munire. Veneti igitur, cùm iam Francus & Hispa-
s quæ occupaverant contenti, non ultrà eos infestarent: exciti
ab suo veterno, paulatim Patavium aliaq; oppida partim vi
proditione receperunt: resumptiq; tandem ab tanta clade ani-
cautioribus, & Cæsari se opposuerunt, & sua oppida ita fir-
; ut Maximilianus postea licet magno exercitu magnoq; cona-
vium oppugnans, infecta re retrocedere cogeretur. Hæc omnia
s à Guicciardino descripta legi possunt. Quæ hic ob magnam
i similitudinem referre volui, ratus, similium rerum, facto-
onsiliorum, eventuum, graviorum inprimis, historias nosse,
m in omnes partes utilitatem habere.

edæmonii nos) *Oratio Lacedæmoniorum, qua pacem ab A-
sibus petunt, satis quidem ut res præsens postulat, humilis est,
nis abiecta tamen & infracta. cupiunt enim ita impetrare pa-
homines suos liberare, ut quàm minimum de suæ Reipub. di-
concedant. Exordiuntur more Laconico ab ipsa propositione.
uæ odiosam reddere orationem suam potuissent amoliuntur.
erò ostendunt, pacem hanc Atheniensibus honestam, facilem,
q; sibi verò non admodùm quidem gloriosam, non tamen om-
rpem futuram.*

que si plura) *Usitata fuerat breviloquentia Spartanis, qua
uè rebus secundis, aut non nimirum adversis utebantur. Nũc
valdè adversa, quia non licebat solita brevitate uti; ne ea res
tem suam & existimationem, tanquam fortunæ succumben-
levaret: ostendunt, non ita propriam sibi esse brevitatem sermo-
: non pluribus etiam verbis, si ita usus requirat, agere possint.
tinam nobis quoque hodie in more esset, ut in rebus parvis non
n verborum, ut in maximis, consumeremus.*

ribus non utamur) *Ita Philippo Macedoniæ regi, quædam
ras imperanti, responderunt: De quibus nobis scripsisti. Non.*

hibeamus longiorem) *A Thebanis prælio victi, multisq; cla-
affecti, cùm longa eos oratione incusarẽt: Epaminondas Theba-
si nimirum, inquit, fecerunt, ut breviloquentia uti desieritis.*

os verò non) *Alterum obstaculum amolitur Spartanus. Hostes
erant, & suadendo pacem imperitiæ Athenienseis arguere vide-
uissent.*

Idque tum) *Sic ibidem Annibal: Me iam ſecu*
res ita erudierunt, ut rationem ſequi quàm fortuna
Reputate hoc) *Maiorem propoſitionem à fo*
& inconſtantia, quam ſuo exemplo ob oculos ponu
memores rerum humanarum Athenienſes, & ſu
rentur, & alienam neurgeant.

167 Enimverò neque) *Acceptam calamitatem n*
tem, nec ob vitium aliquod ſuum, oſtendens, fortun
mienſes exterrent.

Nam quicunque) *Rurſus maiorem à proprio p*
rum & conſequentibus commodis confirmans & la

Vt res ſecundas) *Maxima cuiq; fortuna mi*
Annibal.

Arbitr. fort.) *Nunquam minùs, quàm in bello*
tus. Idem.

Tales ſanè) *Nunquam enim ſuper induſtriam*
Saluſtius ait.

Labi contingit) *Ita Paulus Æmilius, capto P*
rege: In ſecundis, inquit, rebus nihil in quenquam ſ
ter conſulere decet, nec præſenti credere fortunæ, cùi
res incertum ſit. Is demum vir erit, cuius animum n
ſuo efferet, nec adverſa infringet. T. Liv. lib. 45.

Hoc jam vos) *Aberrans Minoris propoſitionis*

Portunæ beneficio) *Suidas: Neptuno & M*
ca decertantibus, cùm Minerva vicisſet, Neptunu

se hanc urbem: sed deos tamen quæ vos peccetis convertere
is.

:dæmonii vos) *Hoc singulari cum vi & pondere, ad au-*
præsentis occasionis magnitudinem, dicitur; Lacedæmonios
tentiæ dignitatisq; populum pacem offerre. Ita Annibal: An-
quit, peto pacem.

dem censemus) *Alterum Confirmationis argumentum.*

eratè leniterque) *Bellorum enim egregij fines sunt, quoties*
do transigitur, ut Cornelius Tacitus ait.

e tum ipsi) *Duobus maioribus absolutis argumentis, alia* 168
breviter iaciunt.

l feceritis) *Conclusio orationis.*

i jam longè) *Nescia mens hominum fati sortisq; futuræ, &*
nodum rebus sublata secundis. Quòd si in tam secundis rebus
q; mens Athenienfibus fuisset, non solùm quæ evenerant,
futura reputassent. Nunc ab secunda fortuna magis etiam
anti, præclarissima hac ad pacificandum occasione spreta,
num suo & adversis coacti pacem fecerunt.

mpestate popularis) *De huiusmodi civibus, quos Græci*
vùs, Latini plebicolas, appellant, ita Aristot. lib. 4. Pol. cap. 4.
dis populus tyrannidi omninò similis est. Itaquè & mores
, & utrinq; dominatus, & hic decreta, sicut ibi mandata.
entator & plebicola, idem & similes sunt: & plurimùm hi
unt, assentatores apud tyrannum, plebicolæ apud talem po-
Hi cùm omnia populi arbitrio subijciant, auctores fiunt, ut
on leges, dominentur. Ipsi enim tum magni fiunt, cùm po-
nia, ipsi populi sententiam, in potestate habent, &c.

e pacific.) *Quando 30. annorum fœdus icerunt: de quo.*

responderunt) *Diodorus S. lib. 12. scribit: Legatos Lace-*
se totidem Athenienses captivos pro suis reddituros promi-
l negantibus ijs, legatos liberè dixisse, quòd pluris Lacedæ-
nàm seipsos iudicarent Athenienses, qui permutare capti-
t.

idiæ) *Hoc enim inter alia incommoda habet Democratia,* 169
l ferè satis in ea potest occultari: cùm plerunq; maxima in
onsilijs ad effectum res spes sit.

n mare) *Iustinus lib. 4. Siciliam ferunt angustis quon-*
ibus Italiæ adhæsisse, direptamq; velut à corpore maiore im-
rioris maris, quod toto undarum onere illuc vehitur. Proxi-
iæ promontorium, Rhegium dicitur, ideò quòd Græcè ab-
c nomine pronuncientur. Hinc igitur fabulæ Scyllam &
n peperere: hinc latratus auditos, hinc monstri credita si-

tur in promptu, ad comprehendendas retinendasqu naves. Si Dioni credimus, Harpagones celeriter em solent: manus ferrea cum pondere decidebat, retineb amplexa erat. G. Stevuech. comment. Veget.

171 Perfosso ad mare) *Littora enim maris dulcem nens aquam. Sic Æm. Paulus suis militibus aquas r nim, inquit Livius, ingentis altitudinis, spem faci qua nullos apertos euergerent rivos, occultos contin rum venæ in mare permanantes undæ miscerentu summa arena erat, cùm scaturigines turbidæ primò care, dein liquidam multamq; aquam fundere cœpera*

Precium earum statutum) *Ab Spartanis nim damno naves frangerent Helotes.*

Simul armati) *Ex obsessis Lacedæmonijs.*

Vrinatores) *Varro: Vrinæ dictæ, quòd urinant i da. Vrinare enim est mergi in aquam.*

Papaver mel.) *Plin. lib. 19. c. 8. Papaveris sativi Candidi semen tostum in secunda mensa cum mello dabatur.*

172 Imperio se) *Hoc Niciæ factum parùm prudens h miditate provinciam ultrò abiecit, & inimico tantæ aperuit occasionem: quod non ipsi solùm infamiæ, sed trimento. Cleon enim gloriam ex eo facto opesq; nacti confidentiamq; sumpsit, & multa mala in remp. inve chus in Nicia*

Hominis vanitas) *Laudat in libello de Herodoti malignitate Thucydidem Plutarchus, quòd hoc Cleonis vitium κουφολογίαν quàm θρασύτητα aut μανίαν maluit appellare.*

Præter thalamios) *Triremis dicta est, quòd tres ordines remorum (hi non in altitudinem, sed in latitudinem, considerandi) habeat, totidemq; proinde remigum. Ex his qui in primo ordine ad proram remigabant, thalamij dicebantur; qui in medio, Zygitæ; qui in puppi, Thranitæ. Thalamios hoc loco in navi non alia de caussa relictos puto, quàm ut non penitùs spoliatæ remigio naves, in quemcunque usum res posceret, paratæ essent.* 174

Cedendo pugn.) *Sicut olim Parthi, hodieq; Turcæ fugientes, in insequentem effusè hostem sagittas conijciunt.*

Ad Thermopyl.) *Leonidæ pugnam intelligis: de qua Herodot. lib. 7. Diodor. lib. 11. & plures alij.* 175

Motu manuum) *His enim misericordia imploratur. Sic Heliodorus lib. 9. Æthiop. de Synæis ab Æthiopib. obsessis:* Νῦν μὲν ὑπτίας προτείνοντες, εἰς ἱκεσίας ἔμφασιν: νῦν δὲ κατὰ νώτων πρὸς δεσμὸν περιάγοντες, εἰς δουλείας ἐξομολόγησιν.

Secundum leges) *Consuetudo erat tum Lacedæmonijs tum Atheniensibus, ut creatis magistratibus alios deinceps sublegarent; qui non extemplò munus inirent, sed si primi fortè mortui vel reiecti essent, in eorum succederent locum. Ita fiebat, ut non facilè domi vel foris magistratibus ducibusve orbari Resp. posset.* 176

Ne quid turpe) *Verebantur Lacedæmonij deditionis suis fieri auctores, simul mortem quoq; eorum nolebant. illic enim patria disciplina & mores, hic charitas propinquorum movebat.*

Numerus omnium) *Scripserat priùs, his viginti quadringentis Helotas quoq; additos fuisse. de his tamen quid factum sit, evaserintne priùs, an capti vel interfecti sint, nihil prodit.*

Vt arma trad.) *Archilochum Poëtam Spartam cùm venisset, eadem hora Lacedæmonij eiecerunt, quòd eum in carmine quodam auderant scripsisse. Satius esse abijcere in prælio arma, quàm mori. Plut. in institut. Lacon.*

Ita sagittam) *Laconicè fusum appellavit sagittam.* 177

Pugna fit vehemens) *Polyæn. lib. 1. Strategem. Niciam sub noctem adnavigasse Corinthiæ scribit, & iuxta Solyges collem expositis militibus, mille de his alios alibi in insidias occultasse. inde rursus abscessisse. Altero die cùm rursus accederet, & Corinthij summo studio concurrentes prohibere egressum vellent: eos qui in insidijs latebant consurgentes, maximam illorum partem occidisse.*

Misso caduceatore) *Hoc factum non mediocri Niciæ laudi tribuit Plutarchus. Nam licet in more positum esset, ut qui cæsorum corpora per inducias recepissent, renuntiare victoriæ viderentur, adeoq;* 178



iustis exequijs & supremo honore indigne fraudant;
na abijciunt in hostilem regionem deferenda, vel su
feris avibusq; lanianda, & hostiũ contumelijs lacera
His moribus, nemo conqueri poterit, paucos esse vir
pigrè & intrepidè in hostem vadant: quando nec v
mijs, nec mortui dignis honoribus, afficiuntur.

179. Nolle se istos] *Infandum: vanissima ambitiõ*
nes miseros crudelissimè interfici, quàm exulem glo
pi, malunt. Sic persæpè duces ambitiõne peccant, dum
rem geri volunt, solùm ne alijs ad gloriam pateat via.

180. Sunt extincti] *Hæc est natura multitudinis, a*
ter, aut imperiosè dominatur: libertatem, quæ medi
re modicè nec habere scit. T. Liv.

Sol circa novilunium] *De hac Eclipsi dicetur*

181. Tunc verò] *Post subactos Mitylenæos.*

In Cythera] *Hanc insulam obrui mari, quàm e*
Laconicæ, Chilon Lacedæmonius vir sapiens dixit: n
aliquando malum ab ea suæ patriæ timens. Herodot

183. Neque infimæ] *Deliberativi generis est orati*
lienses exhortans. Exordium à sua persona Hermoc
enim attentionem sibi conciliat, & suspicionem qu
molitur. Nam pacem suadentes perpetuò suspecti h
metum ignaviamq; bellum declinantes. Itaque H
Reip. suæ vires & magnitudinem extollit, ut maior
ritate, ac etiam libertate apud Sicilienses agere pos

contrario incommodo ducuntur. Primum à bellorum difficultate & cladibus per præcisionem attingit.

Quid mali insit] *Bellum, ut rem belluinam, & perniciosissimam iuxtà atq; indignissimam humano genere, longa oratione & singulari facundia detestatur Erasmus in Adag. Chil. 4. cent. 1.*

Aut imperitia] *Imò verò plerique hominum ob imperitiam in arma aguntur. dulce enim inexpertis bellum. Sed considerandum hoc loci, apud quos agat Hermocrates agit autem cum Siciliensibus, haud ignaris bellorum, quibus per tot annos utebantur. Itaque nemo, inquit, vestrùm, ad arma se compelli, ut imperitus bellorum, sine caussa & spe commodi maioris patietur.*

Vt aliis] *Vtrique periti sunt incommodorum belli. Sed his commoda proposita præmio armorum ampliora cladibus bellicis videntur: illi odio belli quodvis in futurum periculum non detrectant, modò in præsentia damnum accipere non cogantur.*

Primò nanque] *Narratiuncula est, præsentia, præterita, & futura Siciliensium consilia comprehendens: quorum occasione alterum proponit argumentum, non tam de privatis singulorum urbibus agi, atque qua via Atheniensium insidiæ caveantur.*

Privatis tantùm] *Privatas hoc loco singulas urbes seu universitates appellat. civitates enim respectu universæ provinciæ & imperij privatorum loco habentur. l. publica appellatio. ff. de verb. signif.*

Sed qua via] *Secundum confirmationis argumentum.* 184.

Si tunc socios] *Quando rebus nostris rectè se habentibus extraq; metum positu, alieua habendi cupidine appetimus: tunc licet socios accersere, & pericula capessere. Quando verò nos invicem dissidemus, periculosa sunt alienigenarum auxilia: qui si unà vincantur, nihil commodi afferunt: sin victoriam eorum ope consequimur, tanquam mercedem lati auxilij imperium in nos requirunt.*

Nec jam illud] *Obiectioni occurrit. Dicere quis potuisset Chalcidensium, Dorienses perpetuos Ionum esse hostes (Chalcidenses sunt Iones, Syracusani Dorienses) itaque Athenienseis, qui sint tanquam parentes Ionum, maximè his adversus æternos inimicos implorandos. Respondet Hermocrates, Athenienseis minimè suos consanguineos adiutos velle, sed potiùs imperium in omnes expetere: idque præsentis eorum facti exemplo demonstrat.*

Promptis animis] *Vnde enim hæc illis promptitudo & studium iuvandi alienos, & à quibus nihil unquam utilitatis acceperunt: nisi ex cupidine & spe imperij ea spetie consequendi?*

Enimverò Athen.] *Cupiditatem imperij in Atheniensibus sic excusat, ut suorum tantò magis arguat ignaviam & imprudentiam, qui insidijs ipsorum obviam ire cunctentur.*

Pacem v.] *Tertium argumentum : Quod tam adversis qu secundis rebus est aptum, id persequi debemus. Pax talis est. Er*

Vti de bello quoque] *Nestor apud Hom. Iliad. 9.*

Ille ab amicitia, ille est alienus ab omni
Iure, focique hostis longè deterrimus est, cui
Perfida civilis grata est discordia belli.

185. Quòd si quis] *Quartum argum. à fortunæ volubilitate, qua semper iure aut viribus validissimum consequatur. Simul tacitu Cilienſium ſenſibus occurrit : quorum alij ſatis iuſtas belli cauſſa vires ſatis amplas ad bellum gerendum, ſe habere rati, arma c pacem malle videbantur.*

Sed ne ipſos] *Ita Cicero apud Dionyſ. libr. 44. Id genus v nulla ineſt conſtantia : nec qui ſemel prævaluit, victoria omnin titus eſt : ſed multi, cùm ſuis rebus confiderent, in calamitatem derunt, multi alios ulciſci cupientes, ipſi unà perierunt.*

Vt ſua quoque] *Sic Annibal confitetur ; Ita aliena appetivi ut de noſtris dimicaremus.*

Cum bona ſpe] *Melior igitur tutiorque eſt certa pax, quàm vana victoria.*

Nunc igitur] *Concluſio præcedentis orationis, enumeration gumentorum prædictorum & cohortatione conſtans.*

Enimverò ut] *Conſilium ſuum commendat à conſecutionis & oppoſitis, ni pareatur, malis.*

Atq; ego ut] *Iterum, quod in Exordio orationis fecerat, ſuæ tatis dignitatem & robur commemorando, exemplo Sicilienſes tare conatur, ut invicem concedant.*

Sicilienſ. nom.] Συκελιῶται ſeu *Sicilienſes appellantur om Siciliæ incolæ : Siculi v. pars Sicilienſium & certa gens inſula runt, de qua in princ. lib. 7.*

186. Inſolitaque fel.] *Accidit ergò Athenienſibus, quod in ora ſua imperiis accidere prædixerant Spartani : Ne idem vobis ac quodvillis hominibus evenire ſolet, quibus inſolitum aliquod bo obrigit : qui quia uſum præſens fortuna inſperatò incidit, ſæpe plura concipiunt.*

187. Cæteris circuitoribus] *Prima militia apud Athenienſes t Atticæ cuſtodiam habuit, quàm qui obierunt περίπολοι ſunt n nati. obierunt autem ſimul atque decimum octavum ingreſſi annum, idque per biennium, ut Æſchines innuere videtur. A teles autem annum ſcribit : qui idem eſt auctor, ephebos ſcuto & ſia à populo in concione acceptа, terram Atticam perluſtraſſe, i præſidijs eius excubaſſe. C. Sigon. lib. 4. de Rep. Athen.*

188. Facto ab eo] *Munus quem ipſi tenebant tranſverſum d*

Ma

Megara versus duxerunt: ab eo rursus utrinque ad mare, cui immineba Nisæa, perductis muris, eam undiquaque clauserunt.

Neque æquum] *Duo à prælio Atheniensibus abstterrebant: unum, quòd hostium maior numerus: alterum, quòd si vincerent, parvam victoriæ præmium consecuturi, neque hostes, quorum ex singulis civitatibus perpauci aderant, magna clade affecturi essent; sin vincerentur, quid exitiosum ex solis ferè civibus, & quidem flore iuventutis collectum habebant, insigni clade superiores victoriæ fadaturi sunt.* 190.

Manfitque per] *Hunc exitum habuerunt consilia istorum, qui externis servire, quàm civibus cedere, maluerunt. Callida nimirum & audacia consilia, prima fronte læta, tractata dura, exitu tristia esse solent, ut Liv. ait.*

In Pontum] *Euxinum nimirum.*

Qui priùs Minyeus] *Agens Minyarum. Strabo lib. 9.* 191.

Vrbanis copiis] *Urbanæ copiæ dicuntur cives in urbe, distincti contra eos qui foris in militia sunt.*

Non impetr.] *Sicut nostris hodie moribus, non licet militem per alterius regionem, nisi precariò, ducere.* 192.

Eos instigabant] *Atheniensis, scilicet.*

Occasionem ut] *Auxilia hactenus Lacedæmoniis Chalcidenses & Perdiccas miserant. Verùm postquam Atheniensis secundo rerum cursu florentes, in se quoque conversuros arma metuebant: revocare illa ad sui defensionem cupiebant. quod ut faciliùs possent Lacedæmoniorum fortuna facit: qui in suis regionibus impares, vicissim in longinquioribus terris socios eorum oppugnari volebant.* 193.

Quia illi] *Socij Atheniensium.*

Magna cura Hel.] *Timebant enim, ne rursus aliquando, ut olim fecerant, rebellantes, hostibus adiungerentur. Hanc rationem publicorum servorum, quales habuerunt Thessali, & Cretenses, & Lacedæmonij, ut non satis commodam rebus suis reprehendit Aristot. lib. 2. Pol. c. 8. Sæpè, inquit, in Thessalos servi eorum coorti sunt, sæpè in Lacedæmonios Heloles. quippe ut insidiantes cladibus ipsorum vitam agunt. Quod quidem Cretensibus non unquam evenit. casus fortè, quia cùm maximè bella inter se finitima gerunt urbes, nulla tamen servos aberius recipit: quòd ipsis quoque similes possidentibus servos, aventre possent. Quin si nihil aliud, cura tamen circa istos, moduque tractandi, difficilis esse videtur. quippe liberiùs si habeantur, superbiunt, & dominis æquari contendunt: sin duriùs tractentur, odijs dominos insidijsque appetere solent.*

E medio] *Ephoros Plutarchus initio magistratus bellum Helotibus denunciare solitos scribit, ne scelus foret eos peremisse.*

Nec quisquam gnarus] *Diodorus lib. 12. per domos civium eos*

occidendos d ſtributos auctor eſt. Hæc inſtituta Cryptia vocabant Lacedæmonij: minimeq; Lycurgum inclytum iuſtitiæ virum tantæ crudelitatis auctorem fuiſſe Plutarchus cenſet: ſed poſtea demum natum eſſe morem eum, cùm conſpirantes cum Meſſenijs helotes, bellumque Lacedæmonys facientes, in maximum eos adduxerant diſcrimen.

Impigrum ad omnia] *A Platone in convivio Achilli Braſidas comparatur.*

Primus enim] *Ita Cn. Scipionem maximè Hiſpani amabant, quòd ſpeciem iuſtitiæ temperantiæque Romanæ eis primus dederat.*

194 Nihilo minùs] *Amicus Perdiccæ erat Braſidas, ſed uſque adeò non. Ille æquum cenſebat, quia ſemel ſecum ſociaſſet arma, per omne fas ac nefas ſequi debere. hic vitabellum gerendum, ut ne quid iniuſti admitteretur, cenſebat, utique ex commodo omnium potiùs ſociorum, quàm partis, res conſtituerentur. Hoc nimirum eſt, quod in Ethicis docet Ariſt. amicitias ſolo commodorum & utilitatis nunc reſpectu factas, nec ullo honeſti vinculo copulatas, facilimè diſſolvi.*

Fructuum] *Autumnalium.*

Non infacundus] *Alioquin Lacedæmonij nullam operam vulgari Eloquentiæ impendebant. ſed Braſidas erat ſuapte natura non indiſertus. Fallit autem hic Ælianus, qui l. 12. c. 50. variæ hiſt. Lacedæmonios imperitos artium liberalium fuiſſe dicens, Thucydidem quoq; auctorem allegat, qui Braſidam ſcribat imperitum fuiſſe dicendi, ut Lacedæmonium, deeſt, ut idiotam: ὅτι ἦν ἀδύνατος εἰπεῖν ὡς Λακεδαιμόνιος, οἷον ὡς ἰδιώτης. Omittit Ælianus manifeſtè negationem. dicit enim Thuc. ἦν δὲ καὶ ἀδύνατος, non erat imperitus. Et ita verè legi, ſequentes eius orationes demonſtrant. Equidem non iguoro, Spartanos minimè his diſciplinis operam dare, vulgò habitum fuiſſe. ſed nihil prohibet, quin ſine multa diſciplina aliquis facundus inveniatur. Aliter tamen de inſtitutis Lacedæmoniorum Plato in Protagora: Antiquiſſima, inquit, apud Græcos philoſophia in Creta & Lacedæmone extat, & Sophiſtæ ibi plures quàm alibi uſquam reperiuntur. diſſimulant a. & imperitos ſe eſſe fingunt, ne cæteros Græcos ſapientia ſuperare deprehendantur: ſed ut videantur re militari potiùs & fortitudine cæteros anteire, veriti ne ſi id pateſiat, cæteri omnes idem ſtudium ſequantur. Reperiuntur in his civitatibus non viri tantùm doctrina egregij, ſed etiam mulieres. Quòd a. verè loquar, & Lacedæmonij optimè ad philoſophiam ſermonesq; ſint educati, hinc maximè animadvertere licet. Si quis enim cum viliſſimo etiam Lacedæmoniorum colloquatur, rudem plerunq; in verbis apparere primò comperiet. Mox ubicunq; rei ipſius opportunitas exigit, inſtar vehementis iaculatoris verbum breve contortumq;, ſed magni cuiuſdam momenti, eiaculatur, ut qui cum eo loquitur, nihil à puero differre putetur, &c.*

Miſſus

s ego] *Oratio suasorij generis. suadet enim Acanthijs, ut n Lacedæmoniorum & libertatem ultrò oblatam, non coacti ntur. Exorditur à proposito consilioq; suo, quo cum domo exi- itur occupatio & admiratio inopinati.*

i paulò] *Occupatio est. Libertatem enim iam olim promis- tamq;, nondum hactenus præstiterant Lacedæmonij. unde eps consimili pollicitatione eis fides erat. Respondit Brasidas, npore se opinione lapsos, nunc tamen quæ ad exhibenda pro- iant, ipsa re exhibere.*

eo a.] *Admiratio est, qua benevolentiam suam spemq; ad- canthios ostendens, eorum sibi vicissim animos devincit.*

l si vos] *Propositio est, ut non in æterno seipsos servitio A- neant, sed potiùs oblatam repetendi libertatem occasionem mplectantur.*

e enim vos] *Primum Confirmationis argumentum.* 195.

: iam] *Suspiciones, quæ de ipso fieri poterant, refellit. Nam atem parùm sinceram proponere, aut copias adversus Athe- abere minùs firmas, poterat videri.*

verò cùm] *Primam suspicionem amolitur, ab exemplo o- satis sibi validas contra hostes vires esse. Salubri autem mē- loco Brasidas utitur. nec enim adversus istas solas, quas tunc copias; sed adversus multò maiorem numerum, quàm ipso- exercitus, pugnam detrectaverant Athenienses.*

erò non] *Alteram suspicionem delet, docens, se sine frau- tem socijs offerre.*

si quis] *Obiectionem pernecessariò refellit. Lacedæmo- ipud quos paucorum potentatus prævalebat, in sociorum ivitatibus eandem Reipub. partem fovebant. Vnde cùm ubi- civitatibus maior populi, ob Atticum imperium, potentia missione suæ potestatis, si Lacedæmonios sequerentur, meritò*

os me] *Hactenus argumentis eos benevolentiæ & securita- is futuræ pellicere tentavit: nunc si his parùm proficiat, mi- ngit.*

robè] *Conclusio orationis, qua ad defectionem Acanthios* 196.
ex consecutura tum gloria tum utilitate.

linis] *Μέτοικοι, quos inquilinos dicimus, fuerunt, qui cùm* 197.
itate Athenas commigrassent, ibiq; rerum suarum sedem ac m collocassent: eadem cum civibus veste utentes, ut inquit, then. Xenoph. lege tamen Solonis opus facere in foro prohibe- & tributum quoddam, quod μετοίκιον dicitur, pendere coge- li quia iudiciorum non particeps litem suo nomine intenaere t, patronum sibi civem Atheniensem adsciscere, qui pro his

ageret,

ageret, ſolebant C. Sigonius lib. 4. de Repub. Athen. Idem tamen lib. 1. ſcribit, Themiſtoclem, ut nauticam turbam in urbem pelliceret, inquilinos & artifices immunitate donaſſe.

Bœotarches] Bœotarchæ magiſtratus fuerunt Bœotorum, undecim numero. Scholiaſt.

Enimverò] Diſceptatur hac oratione ſitne cum Athenienſibus pugnandum. Alij Bœotarchæ negant; quia non ſint amplius in Boetia Athenienſes. Contrariam ſententiam hac oratione tuetur Pagondas. Exordiitur à reprehenſione diverſæ opinionis, ſuam ſimul ſententiam proponit.

Ex vicina] Primum argumentum: Qui hoſtiliter in noſtram agunt regionem, hi ubivis terrarum hoſtes ſunt, & proinde ubique oppugnandi.

Quocirca ſi] 2. argum. Qui vim, inquit, patitur, non diu, quid agendum deliberare debet proximum eſt enim, ut propulſet.

Nos verò cùm] 3. arg. à maiorum exemplo.

198. Omnes enim] 4. argumentum.

Argumento ſunt] Exemplo aliorum ſententiam confirmat.

Sic igitur] Obiectioni occurrit. Dici enim potuiſſet: ſi maximè partem regionis nobis eripiant aut clade afficiant Athenienſes, non idcirco imperio ſubijcere valebunt: cùm & alibi perſæpè de finibus certetur, non tamen illicò victis iugum imponatur. His reſpondet Pagondas, longè aliam ſuæ regionis adverſus Athenienſes eſſe rationem qui non de finibus certent, ſed exemplo ſimul ac victis Bœotis fines eorum tranſcenderint, omnem regionem in poteſtate ſint habituri. Itaque non eſſe certum eis terminum in ſua regione propoſitum, ad quem uſque ditionem extendere velint: ſed univerſam Bœotiam ſpe ac cupidine amplexos.

Solent aliàs] 5. argument.

Ad Coroneam] De hac pugna ſcribit lib. 1. Thuc.

Horum vos] Peroratio conſtans adhortatione.

199. Erant gravis] Diodorus Sic. lib. 12. paulò minùs 20000 in exercitu fuiſſe ſcribit, equites mille.

Acies



Dextrum cornu] *Id cornu honoratius fuit, ut liquet ex Herodoto: ubi adverſus Mardonium Græcis pugnaturis, magna contentio inter Athenienſes & Lacedæmonios, utri in eo cornu pugnarent, orta eſt: ſedataque tandem Ariſtidis Athenienſium ducis prudentia, qui ne ipſi diſcordia res perderent, ſuis ut cederent Lacedæmonijs perſuaſit.*

Paludis] *Copaidis.*

Quorum haud] *Tacitè carpit, ut Fr. Portus ait, Athenienſium ducem, qui cùm parem numerum militum habuerit, aciem tamen non æquè extendens, infirmiorem fecerit.*

Princip. Græc.] *Iſocrates in oratione de Bigis, Athenas urbem Græciæ dictam aſſerit.*

Qui iſtis] *De hoc lib. 1 ſcribit Thuc.*

In fugam] *Plut huic pugnæ Socratem quoq; philoſophum & Alcibiadem interfuiſſe tradit: Alcibiadem q̃, equo vectum, Socratem peditem ſe cum alijs recipientem ab hoſtib. inſtantibus texiſſe. Quin & Xenophontem Grylli F. delapſum in fuga ab equo iacere videns Socrates, qui amiſſo equo pedes pugnabat, in humeros ſublatum per multa ſtadia portavit & eripuit. Strab. lib. 9.* 200.

Effecturum] *Apud Bœotos nimirum.*

Templis in ea] *Isa apud T L. lib. 31. græviter Philippum Macedoniæ regem Athenienſes accuſant, quod indignè Græco homine barbaro more in delubra ſua, quæ ſola religione tuta fuerant, ſævierit. Templa & ſepulcra & omnia eiuſmodi capta ab hoſtibus, iure civili Romanorum deſinunt eſſe ſacra & religioſa, per l cùm loca. ff. de relig. & ſumpt. fun & l. 4. ff. de ſepulcr. violato. Vide etiam Pe. Fabrum in Semeſtr. c. 4. lib. 2.*

Nunc

Nunc autem] *Templum ſe legitimè tenere ſic probant Athenienſes: Penes quos poſſeſſio eſt regionis cuiuſdam, ijdem templorum quoque in ea regione ſunt domini. Nos obtinemus regionis veſtræ partem. Ergò &c.*

201. Quod ad aquam] *Ob aquæ ſacræ uſum ſe non eſſe damnandos volunt: quia neceſſitate cogantur. At neceſſitas illa non eſt ſimplex, ſed ex hypotheſi. bellum enim ipſi moverant, & in eam ſe neceſſitatem ipſi conjecerant. Vnde perinde eſſe videbatur, ipſum factum voluntarium, an principium ex eorũ arbitrio ortum eſſet. Sed reſpondet, eam neceſſitatem non abſoluta ſe voluntate contraxiſſe, nec temerè eò progreſſum, ſed iuſta vindictæ cupidine iuſtiq; belli occaſione eò pertractos.*

Contraxerint] *Fatetur ei qui eſt in neceſſitate, quam ipſe ſibi nõ impoſuit. l. ſi neceſſaria. ff. qui ſatisd. cogantur.*

Id veniam] *Sic David rex Iudæorum ſanctiſſimus, ſacros panes ex templo à ſacerdotibus acceptos, neceſſitate cogente, ſine ira numinis cum ſuis comedit.*

Si igitur] *Quia Athenienſes cæſos in ſuo agro iacere dixerant, Bœotioi eos ancipiti reſponſo urgent, ut vel agrum illum Bœotorum eſſe fateri cogantur, vel cæſos recuperare non poſſint. Si cæſi in Bœotia ſunt, aiunt, licebit vobis ex noſtra regione more maiorum auferre: ſin in veſtro ipſorum agro, quid opus eſt, ut à nobis copiam tollendi petatis? ipſi enim veſtro eos arbitrio ex veſtro agro tollere poteſtis. nos autem ſtultè ageremus, de veſtro agro tale pactum ineuntes. Et vos, dum à nobis cæſos repetitis, agrum noſtræ poteſtatis eſſe non obſcurè fatemini.*

202. Athen. minùs mille] *Diodorus lib. 12. tantum cæſorum numerũ fuiſſe ſcribit, ut Thebani ex manubijs ingentem in foro porticum conſtruerent, æreis q; ſtatuis exornarent, templa ſpolijs armorũ replerent, Deliorumq; ſolennem conventum ex pecunijs prædæ inſtituerent.*

Agræorumq;] *Hinc apparet, Demoſthenem, cùm ante tentatam proditione Bœotiæ urbes, in Agræos exercitum moviſſet, ad ſocietatem Athenienſium eos perduxiſſe. auxilia enim hoc loco Agræorum habet.*

Eadem hyeme] *De Amphipoli à Braſida occupata ſcripturus Thuc. ſtudioſè omnia perſequitur: ut quia ea poſtea de cauſſa damnatus præcipuè fuit, innocentia eius tanto plus pateat. Quomodo aũt & cuius opera fuerit eiectus, ipſe moderatiſſimi animi vir nuſquam hiſtoriæ inclusit; ne iracundiæ & ultionis aviditatis vel minimum tribuendo cæteræ ſcriptionis fidei periculum crearet.*

203. Omnemq; regionem] *Vndiquaq; clauſa fuerat Amphipolis, à tribus lateribus flumine, à quarto muro, qui flumen duobus cornibus ſupra urbem diviſum rurſus infrà coniunxerat. Vnde niſi flumine traiecto, ad urbem perveniri haud poterat. nam ab mari ne quis murum fluminis aggrederetur, naves Eione præſidio prohibebant. Sola*

pontis via superaret: quo occupato, protinùs omnem regionem flumine inclusam Brasidas obtinuit.

Progredi pot.] *In regionem videl. trans Strymonem sitam.* 204.

Liberandæ] *Nihil enim omninò bonorum multitudini gratius est, quàm libertas.*

Quò enim cup.] *Egregia hæc sententia est Thucydidis, humani ingenij habitum, cùm immoderata cupidine rapitur, præclarè exprimens. Quando enim cupiditate animus obsidetur, idem spem sibi potiundi rei cupitæ fingit: quæ simul coniuncta, adeò animùm excæcant, ut præceps sine respectu ad explendam cupiditatem feratur. simul quidquid obstare sibi aut impedire vident, id non rationis, sed cupidinis imperio considerationi subducunt.* 205.

Verba Brasidæ] *Liquet hinc, quantum in bello momentũ parvæ interdum res facere soleant. Nam quia ad Nisæam pugnam declinaverant Athenienses, non tunc solùm Megarenses à se alienârunt, sed deinceps quoque cæteris socijs sui contemnendi occasionem, & Brasidæ speciosæ iactationis materiam, dederunt. Hoc itaq; semper cavendum prudenti duci erit, ne in eam se & suos conditionem demittat, ut vel præsens periculum, vel futurum famæ, quæ maxima bella interdum conficere solet, detrimentum, ferre cogatur.*

Quia in præs.] *Omni enim præsente statu spes cuiq; res novandi blandior est.*

Regia fossa] *De hac vide in nominibus proprijs ad montẽ Athon.*

Bilingues] *διγλώσσους Thucyd. appellat. Sunt autem bilingues, non qui duas simul linguas callent, sed qui corrupto mistoq; ex duob., velut Græco & barbaro, sermone loquuntur. Sic Q. Curtius lib. 8. Branchiadis, qui ab Mileto Xerxẽ secuti in Asia ab eo sedem acceperant, Magni Alexandri tempore mores nondum exolevisse, ait sed iam bilingues fuisse, paulatim à domestico externoq; sermone degeneres.*

Altioribus occ.] *Altiora enim loca & ad inferendam & ad arcendam vim aptissima habentur.* 206.

Duos dies] *Hac via duplex commodum Brasidas dux solers & prudens comparavit. simul enim lenitatis apud hostes civesq; speciem quæsivit, simul spatium sibi ad comparanda quæ oppugnatione erant usui sumpsit.* 207.

Quòd illos] *Iustissima hæc est æquissimaq; Brasidæ sententia: Eos nimirum, qui nos neq; sponte læserunt, neq; imperium nostrum, animos, instituta, cognoverunt: nec puniendos esse, nec alijs deteriores iudicandos; si in veteri societate cum fide perstantes, pro ea contra alios oppugnantes acriùs resistant. Eò itaq; potiùs incumbendum, ut legitima ex caussa subactis, virtutis fideiq; & iustitiæ talia documenta demus, ut nostro imperio gaudeant, & neq; prioris societatis desiderio teneantur, neq; aliam ullam nostræ præponant.*

Diruta

Diruta & deſtructa] Καθῃλὼν, inquit *Thuc.* καὶ ἀνασκευάσαι. *Id Valla & Portus reddunt; evertit refecitq.* Sed minùs conſonum eſt, nec ulla ratio hic & cauſſa apparet, cur deſtruxerit, rurſusq; refecerit caſtellum. Potiùs itaq; τὸ ἀνασκευάζειν pro deſtruere hoc loco accipi debet. nam ut illa quoq; ſignificatione uſurpari non negaverim ſic, apud *Thucydidem* atq; alios Scriptores Græc: perſæpè aliàs vim deſtruendi habere certum eſt: vulgatumq; apud Rhetores habetur, τὸ ἀνασκευάζειν τῷ κατασκευάζειν opponi, ut refutationem ſeu deſtructionem confirmationi.

Tribus Acamant.] *De Acamantide caterisq; Athenienſium tribubus ſupra dixi lib. 2.*

Prytan. magiſtr.] *Prytaneus magiſtratus per decem tribus ſorte diſtribui ſolebat, ſic ut annuo intervallo per omnes in orbem iret. Prytanes autem numero quinquaginta & Senatui & concionibus præerant utrunque convocandi poteſtatem habentes. C. Sigonius l. 2. de Rep. Athen.*

Fuit Epiſtates] *Magiſtratus qui populi concionem regebant, erant Prytanes, Proedri, Epiſtatæ. Epiſtatarum officium fuit, ut per præconem populum, quid ei videretur, rogarent, eumq; ad decretum ſuo ſuffragio aut ſciſcendum aut antiquandum invitarent. Sigon. ibid.*

Elaphebolionis] *Cum Februario Latinorum menſe hunc congruere plerisq; cenſent: ſed quia non exactè, quoad principia & fines Athenienſium menſes conveniunt cum Latinis, Græcam & hic menſi appellationem retinere iuſtus iudicavi.*

Triremeſocia] *Ambigua loci ſententia eſt. ait enim Thucydides,* τριήρει φιλίᾳ παραπλεούσῃ: *quod ſic etiam accipi poteſt, quòd amicitiæ ergo triremis præceſſerit.*

Vt ſolet in magno] *Subitum hunc & inanem animorum tumultum Panicum veteres vocabant. De quo vide Eraſmum in Adagijs.*

Niſi vos] *Oratione hac milites ſuos Braſidas ad ſuſtinendos impetus barbarorum hortaturus, docet, partim neceſſitate, partim dignitate, ſed ad excipiendum alacriter impetum cogi: ſimul parvi eum momenti ob barbarorum imperitiam & vanitatem futurum.*

Haud perinde] *Alioquin niſi conſternati fuiſſent; militari præmiſſa de more exhortatione, eos in prælium duxiſſet. nunc ſociorum fuga, hoſtium multitudine perculſos, docere debet, cur in hoc caſu nihil eis ſit pertimeſcendum.*

Nunc verò] *Propoſitio eſt.*

Vobis.n.] *Primum argumentum, à neceſſitate præſenti.*

Neq; aliorum] *Secundum: Qui pauci multis imperare conſueverunt, ij pauciores quoq; cum maiore multitudine certamen non deverſare debent.*

Quam

'os pot.) *Ideò cum pluribus dimicare debetis, quia talib.*
ɔ ïɣ'ɛ, hanc potentiam comparastis. Omne autem imperiũ
ibus retinetur, quibus quæsitum est.
sv.) *Tertium a gum. ab hostium imbecillitate.*
:donibus) *Lyncestis nimirum. Hi enim Macedones fue-*
devicerant paulò antè Brasidani.
mq; illa) *Ita Manlius Cos. Romanus, suos adversus Gal-*
s, apud T. L. l. 38. Procera, inquis, corpora, promissæ & ru-
, vasta scuta, prælongi gladij: ad hoc cantus inconcinnum
tumultuosum, & tripudia, & quatientium scuta in patrium
orem horrendus armorum crepitus: omnia de industria
terrorem. Sed hæc quibus insulsa atq; insuesta sunt, Græ-
es, & Carent timeant: Romanis Gallicis tumultus assuetis
ates notæ sunt. Talia quædam Turcis quoq; adsunt, hostis
ci & repentino, sed minùs stabili ad cominùs conserendas
tamen alioqui militarem disciplinam severè custodit: adeò
liani bellicis artibus, sive ducum sive militum munia spe-
mus inferiores.
m ordines servant) *Sic Laches apud Platonem fortem*
d sit is qui in hostibus oppugnandis ordinem servat nec ve-
um definis onem ibidem refutat Socrates, ostendens, non
mnibus militibus convenire, ut eodem loco & ordine per-
nod paulò pòst ipse confirmat Brasidas, qui si eodem loco
continuissent, vel ordines negligere prohibuissent, non facilè
ium evasissent.
te) *Conclusio orationis.* 213
cum tum.) *Faciunt quòd modò prædixerat Brasidas.*
nu. juga) *Plaustra bobus iuncta intelligit. Hæc enim tar-*
ntium agmen consequi non potuerant.
idem) *Vasa.*
'is insolito) *Perpetuò enim ad Peloponnesios inclinasset*
s maximè Athenienſium partes necessitate aliqua coactus
cultè tamen Peloponnesiis favit, & prima occasione ad eos
le tum quoq;, ob insitum in Athenienses odium, Peloponn-
mè læto animo se adversarium gerebat. Universè autem
egione expelli malebat, vir in omnibus negotijs sui tantùm
ne amicorum respectu studiosus.
lis) *Athenienſibus.* 214
liam ne tentar.) *Thessalia enim, ut suprà dixerat Thuc. fi-*
istineris, armato præsertim, minimè patebat. 215
leges) *Vetabat enim lex impuberes ab urbe educere, aut*
ostinere. Scholiast. Pubertas autem hìc plena intelligitur,
o octavo definitur anno, non illa quæ decimo quarto. id in-

de liquet, quòd Clearidas qui in istorum est numero, paulò pò piarum dux cum Brasida fuit. quod minimè cadit in puerum quartum decimum annum natum.

216 Tegeatæ ibidem) *Sibi ergò hi dubiam victoriam vendici De quaratione Veget. lib.3. c. 25. Si pars exercitus vicerit, inqu pars fugerit: minimè desperandum, cùm in eius modi necessitan constantia totam sibi possit vindicare victoriam. Innumerabili accidit bellis, & pro superioribus sunt habiti, qui minimè de runt: nam in simili conditione, fortior creditur, quem adver frangunt. Prior ergò de cæsis hostibus spolia capias, priore clam buccinis exultare videatur. Hac fiducia perterrebit inimicos, fiduciam geminabit, quasi victor ab omni parte discesserit.*

Tintinnabulum) *Excubiarum præfecti tintinnabula ferebant, ad explorandos vigiles, ut ijs auditis responderent. Su*

LIBER V. THVCYD.

217 Ad Pythiorum dies) *Pythia ludi Delphico Apollini sac runt. De his ita Strabo lib.9. scribit: Certamen apud Delpho quitùs fuit citharœdorum, pæanem in laudem dei canentium tutum à Delphis post bellum Crissæum. Sub Eurylocho auten phictyones equestria & gymnica certamina instituerunt, coro ctori loco præmij data. Ea Pythia nominârunt, in honorem Ap qui Pythonem ingentis magnitudinis serpentem occiderat. E ludos Heliod. lib.4. Æthiop. describit: Spectabat Græcia, ludis debant Amphyctiones, certabatur cursu, lucta, cæstibus, &c.*

De qua suprà) *Libro tertio.*

Vnam fecerat) *Qua parte suburbium attingebat oppidum nia eius demolitus Brasidas, à ruinis veteris muri novum, qui bium contineret, ducere instituit.*

Eò) *Ad novi muri molitionem.*

Ad urbem) *In suburbio enim fuerat.*

218 Agros plebs) *Agrariæ actiones maximorum sæpè motu pud Romanos caussa fuerunt. Quin & hoc loco perniciem Le ferunt.*

Phæacem hunc) *Fatalis propemodùm in Athenienſibus. fuit cupido, quòd non priùs illa potuerunt abstinere, quàm in inde clade profligarentur.*

In eodem loco sed.) *Fabius apud Tit. Liu. lib.10. negat uci uno loco sedere exercitum: itineribus ac mutatione locorum n rem ac salubriorem esse. Et Vegetius: Exercitus labore profici consenescit. Aliquando tamen contrarium est, cùm timoris aut cillitatis alicuius crebra locorum mutatione significatio datur. I plum apud Guicciard lib.3.*

Eadem usus ferocia) *Talis apud Romanos C. Flaminius fuit:* 219
de quo T. L. lib. 22. Hunc insitum ingenio eius asperitatem fortuna
prospero civilibus bellicisq; rebus successu alnerat, &c. Et Cleon hoc
loco strenuè impetrium iuxtà ac fortiùs ducem agit.

Caperet sibi videbatur) *Aristoph. in Equit. Delinquentium quo-*
libet facto, quòd sibi quoq; facturus sit, sibi Cleon impudenter arro-
gat.

Existimabant) *Hostium enim copia detecta, ipsum etiam exi-*
tio hominum ignavo & mercede magna ex parte constabat, erat.

Nam fretus) *Brasidas quia subitarias minusque instructas co-* 220
pias duxit, primùm comminiscendum censebat, qui se hostibus primo,
audacia proelium ire, conficiendum darent. Athenienses enim de-
bili universi, militis tenuitatem si copiarum vim in firmitatem per-
spectam habuissent, non hercle repentino impetu & terrore (quo prae-
sipuè deinde Brasidas vicit) in fugam conturbari potuissent. Id facilè
enim vincitur, ait Vegetius, qui verè potest de suis & de adversa-
rijs copijs iudicare. Optimum igitur visum, ut occultatis nostris ad pugnã
tempus copijs, subitus eos irruptione opprimeret. Et hoc modo rem ge-
rens, secundo proelio conflixit.

Nec fas nimbec.) *Curio apud Caesarem lib. 2. de bel. civ. Vti corpo-*
ris vulnera, ita exercitus incommoda sunt tegenda, ne spem adversa-
rijs augeamus.

De patria vestra) *Animos militum Brasidas confirmat, expo-*
nendo tum sui consilij viam & rationes, tum singulis nimia certa di-
stribuendo. Orditur autem brevi commemoratione virtutis suorum
& hostium; quam ut sui hostibus praestent, sic eventu quoq; fortunae se-
peraturos docet.

Hostes verò) *Proponit, se consilium ei finem expositurum, simul*
rationem indicat, quare id sibi faciendum putet.

Non universi) *Statuerat enim, ut sequitur, cum parte invadere*
hostem: inde caeteris turbatos adoriri.

Hostes ego) *Hostium imprudens factum commemorat, cuius oc-*
casione ipsos aggredi statuerat. Occasio enim in bello amplius solet mo-
vare quàm virtus: & boni duces publico certamine nunquam, nisi ex
occasione, nimia necessitate, confligunt. Veget. lib. 3.

Patrijs contemptu) *Simili consilio Helvetij Novariam cum Maxi-*
miliano Sfortia à Gallis obsessi, eruptione in castra hostium audacissi-
mè facta, illustrem victoriam reportárunt, ut lib. 1. Guicciardinus
describit: Hominum, inquiens, quasi quaedam verum imago obversa-
batur, hanc eandem esse Novariam, in qua Ludovicus Sfortia hos-
tium ducis quinquies captus fuerit; eosdem usq; in Gallico exercitu duces,
Trivultium ac Trivultium; & cum filio esse quaedam vexilla, ut duces
eorumdem patrum militare; apud quos pater prodium ferebatur.

rimè, propter mutuum utriusq; gentis odium & glo
ultra duas horas dimicárunt. Tandem verò Helvetio
perior facta: qui tormentis fortissimè occupatis, ijsq; in
sis propria virtute & tormentorum ope eos fugárunt
prælio ex Helvetijs circiter mille quingenti, inter qu
præclari consilij auctor. Ex hostibus longè plures des
manorum maxima pars in ipso conflictu, Gallorum &
ditum pleriq; in fuga cæsi. equitatus ferè omnis evasi
quam triumphum ducentes eodem die Novariam rec
cto tantum sibi apud cunctos mortales nomen concili
consilij magnitudine, mortis evidentissima contempti
do virtute, & exitus felicitate, expensis, hoc facinus, on
claris Græcorum & Romanorum quæ leguntur rebu
re auderent.

Talia host.) Consilium suum, ut honestum & la
dit: ostendens, boni ducis esse, multò magis consilio ho
ro & vi aperta superare. De hac ratione præclarè Thu
Vtopiæ scribit: Ac to doloq; victos hostes Vtopienses imp
tur, triumphumq; ob eam rem publicitùs agunt, & v
gesta trophæum erigunt. tunc enim demum viriliter
cum virtute rem gessisse, quoties ita vicerint, quoniam
mal præter hominem potuit, id est, ingenij viribus. N
bore, aiunt, ursi, leones, apri, lupi, canes, cateraq; ho
quorum ut pleraq; nos robore ac ferocia vincunt, [illegible]
& ratione superantur.

Tu itaque) *Explicato consilio, breviter singulos cohortatur. Priùs Clearidam, ut ex dignitate sua patriæq; rem gerat, incitat.*

At vos socii) *Socios officij & disciplinæ commonefacit. Inde nihil ardui eis, aut servitutem, aut libertatem, ostendit: quarum illa victos, hæc victores, maneat.*

Si reverearis) *Sic Agamemnon apud Hom. lib. 4 Il. ad milites:*

Αἰδομένων κεν ἔπειτα μετὰ πρόσσω ἰὼν πολεμίζοις.

Ego me) *Suo ad extremum exemplo milites hortatur.* 221

Ille quippe) *Brasidas.*

Vndique ad consp.) *Loco enim alto Cleon cum exercitu consederat, unde universa urbs oculis subiecta erat.*

Ad portas) *Apparet ergò fuisse eas apertas, unde pedes solùm equitès equorum hominumq; poterant cerni.*

Id solùm liceret) *A lateribus enim flumen claudebat, à fronte hostes & hostes obiecti erant: à tergo Eion & mare fuit. quæ solùm ab licebat.*

Cùm nuda host.) *Iam tandem imperitiam hominis magno suo malo experiuntur Athenienses.*

In med. Ath.) *Aliter Frontinus lib. 1. Strateg. Brasidas ab Atheniensium multitudine circa Amphipolin numero impar deprehensus, ne dandum se præstitit, ut per longum coronæ ambitum extenuaret illem frequentiam, quaq; rarissimi obstabant, erupit.*

Ictus vulnere) *Iaculum per scutum adactum, extraxit Brasidas, ipso interfecit hostem. Rogatus autem, quomodo vulneratus esset, spondit: Prodente me scuto. Plut. in Apoch.*

Cleon qui neque) *Cadit uterq;, Cleon & Brasidas: sed diverso ad-* 222
dium eventu. hic enim victor, ille in fuga. hic generosa & inclyta orte, ut multi duces alij, occumbit: ille facto exitu, ut unus è numero avissimorum militum, obtruncatur.

Milites ejus) *Hinc satis patet, nulla sua culpa aut ignavia, sed duimperitia, casos Athenienseis: qui alioqui non ita facilè Brasidæ issent, cùm penè profligati acriter tamen initiò hostium impetum pellunt.*

Dejectis Agnon.) *Cicero in Verrem: Apud omnes Græcos hic st, ut honorem hominibus habitum in monumentis eiusmodi, nulla religione deorum consecrari arbitrentur. Sed hoc loco nulla gione Amphipolitani moventur, quin suæ voluntati & commodo fas ac nefas obsecundent.*

Brasidam servat.) *Post factum prælium, cùm Spartam quidem sent victoriam nuntiantes: mater eius, quæ in certamine se filius præstitisset, quæsivit. Vbi respondêrunt, asidam Lacedæmoniorum omnium fortissimum esse: Enimverò, inis, vir fortis erat filius meus, sed alijs longè inferior. Hoc sermone*



consilia homines amplectuntur.

Vt perpetuò) *Hinc apparet, quàm periculosum institutum hoc servorum fuerit apud Lacedæmonios*

Vt priùs) *Tempore terræ motus.*

Vrbes quædam) *Mantinea, Elis, &c.*

Ex bello florebat) *Sic de C. Cæsare Salustius magnum imperium, exercitum, novum bellum ex tus eius enitescere posset. Ioan. Bodinus de Repub belli semina conquirunt, ut strenui videantur, hi d dentur, quæ non nisi scabris in locis consistere possu oderunt.*

Sua flagitia) *Vide de his Aristophanem in Equ*

224 Quod pax) *Qui se fortunæ arbitrio subducere declinet necesse est. quod rursus minimè in bello, pace contingit. Illic enim fortuna potens dominatur tioni locus pruciarè patet.*

Fortunæ arbitrio) *Ita Fabius Max. apud T gentem te ratio ducat, non fortuna. tua potestas sit, &c.*

Iovis fil. sem.) *Herculis enim, qui inter semidi uibus factus) relatus fuit, posteri erant reges Laced cules Iovis filiis serebatur.*

Lycæi) *Id Iovis in Arcadia ad montem Lyc Strabo 8.*

225 Quod Aristides) *Id fuit 460. [illegible] de quo di*

in Demosthenis enim Mediana & Æschinis Timarchiana scriptum est, Dionysia in urbe & agris acta. Quem morem Acharnensium interpres declarare videtur, cùm scribit, ludos Dionysio bis in anno actos; primùm vere in urbe, cùm tributa ab socijs pendebantur; uerum in agris, cùm propter hyemis difficultatem peregrini interesse nequibant. Sigon lib. 1. de Repub. Ath.

Major anni part.] *Æstatem & hyemem.*

Mnora tempora] *Menses & dies magistratuum.*

Ex sorte] *Sortem Niciam à Lacedæmonijs clàm pecunia redemisse, scribit in vita eius Plutarchus.*

Simul illud] *Clearidas Brasidæ discipulus, eandem cum magistro, inadversando pacis consilijs, ingreditur viam.*

Bellum ponatur] Καταλύειν δὲ ἅμα ἄμφω τὼ πόλεε, ait Thucydides. Scholiastes subiungit: τὴν ἐπελθοῦσαν πόλιν. quod vertitur: Et ab utraque simul civitate evertatur. De hoc ut libera unicuique coniectura sit, ita non dubitem, meæ conversioni egregiè consentire similia in fœdere cum Argivis verba. Nam cùm eadem illic, quæ hoc loco, quomodo cum hostium urbe agendum, præmisisset: velut clariùs quàm in præsenti locorem dicturus, ait: καταλύειν δὲ μὴ ἐξεῖναι τὸν πόλεμον πρὸς ταύτην τὴν πόλιν μηδεμιᾷ τῶν πόλεων, ἢν μὴ ἁπάσαις δοκῇ. quod omninò cum mea congruit versione. Et paulò antè prius fœdus recitatum: ψηφισαμένων, inquit, ὥστε καταλύεσθαι: decrevisse, ut pacifieret. 227.

Hyacinthiorum] *Hyacinthia ludi apud Spartanos in Amyclæo fuerunt. Strabo lib. 6. Macrob. lib. 1. Saturn. Apud Lacedæmonios, inquit, in sacris quæ Apollini celebrant, Hyacinthia vocantes, hedera coronantur Bacchico ritu.*

Sex quidem annos] *Scribendum fortasse, septem annos & decem menses. Factum enim hoc fœdus est sub finem decimi huius belli anni. Annoposteà decimo octavo demum, Athenienses populantes maritima Laconicæ fœdus rupisse, Thucydides scribit. Decimo nono postea Peloponnesii Atticam ingressi, Deceleam communierunt.* 228.

Solvere fœdus] *Inducias quas proprio nomine contraxerant, ex socierum persona rumpebant: ut Iustinus lib. 3. ait. Quasi videlicet minus periculi contraherent, si socijs auxilia ferentes, quàm si aperto inter se bello dimicassent.*

Secundùm æstates] *Videantur quæ de his suprà in princ. lib. 2. pag. 64. contra Dionysium scripsi.*

Vsque dum] *Ex his sequi videtur, Thucydidem ad eversas usque Athenas historiam pertexuisse.*

Induciis denum dierum] *Induciæ hæ continuæ fuerunt, sic ut elapsis decem diebus, rursus alios decem inducijs peterent. Illa caussa fecisse videntur, ut liberum eis esset, quandocunque vellent, alteris*

arma inferre, aut alia eos per occasionem clade assi ere. Longiores enim induciæ multas occasiones nocendi hostibus præcidere poterant; at breves, quæ denis diebus ad finem decurrebant, liberam utendi occasione potestatem dabant.

Idque solum] *Dignum notatu, ab ipso Thucydide oraculorum fidem elevari.*

Huic ego] *Multa hoc loco commendabilia in historico de semmorat Thucydides: Vniverso se bello interfuisse, summa diligentia in eo gestas vestigasse, tam Peloponnesiorum quàm Atheniensium res seipsum perspexisse, otio demum abundasse.*

Hinc in exilium] *Patet hinc manifestè falli Bodin. de Republ. libr. 4. capit. 1. cùm nostrum hunc Thucydidem adversarium Periclis omnium maximum, & à Pericle ostracismo in exilium pulsum ait. Pericles enim ut l. br. 2. Thuc. tradit, tertio anno huius belli mortuus est: ait Amphipolis, quam sibi exilij caussam fuisse hic Thucyd. scribit, octavo anno capta fuit. Non ergo à Pericle Thucydides noster exactus fuit. Error autem Bodini inde natus est, quòd alius fuit Thucydides cognomento Milesius; adversarius in Repub. Periclis, & eius opera in exilium pulsus: ut apparet ex Plutarcho in vita Periclis, & alijs.*

229. Ex itinere] *Ab Lacedæmone enim Corinthum euntibus ob dextra situm est Argos.*

230. Neque Solium] *Hæc præcedente bello in Acarnania Corinthijs adempta sunt.*

In speciem] *Vbique homines, quando nulla iuris imago aut species alia superest, religione sua consilia & cupidinem involvunt. ob hanc enim primam omnia negotia suscepti feruntur, cùm nihil minùs quàm pietas curæ sit.*

235. Quia & bellum] *Hoc sanè nec in priore nec posteriore fœdere cautum invenio. Quòd si in altero quis designari dicat, ubi continetur. Quòd si aliqua urbs infestaverit agros seu Lacedæmoniorum seu Atheniensium, hostium numero eam utrisq; esse debere, & ab utrisque bello eam premi, & ab utraque simul civitate bellum adversus eam poni: his verbis non video caveri, ne alteri sine alterius voluntate bellum, cui lubet, faciant: nec etiam societatem cum alijs, nisi cum quibus bellum esset, vetari. Nisi quis dicere velit: cùm priore fœdere scriptum esset, arma Atheniensibus Lacedæmonios eorumq; socios, nec apertè nec ulla arte aut machinatione inferre debere: Bœotis, qui hostes Atheniensium essent, in societatem adscitis, obliquè bellum per sociorum personam Spartanos indixisse. Aut ita: Cautum erat, ne cum ijs qui agros Atheniensium infestassent, pacem sine consensu Atheniensium Spartani inirent: Bœoti agros Athen. prioribus annis infestaverant. Igitur non debent cum eis societatem Spartani sine Atheniens. pacémve facere.*

Quietem

Quietem se] *Argivi longinquam hactenus pacem experti, eiusq; dulcedine capti, à bello abhorrebant. Ac primò spe ampla potentatus in arma concitati, postquam eam irritam fieri & evanescere paulatim senserunt, protinùs abiectis consilijs belli, ad pristinum res otium quiescemque deducere student.*

Quod etiam olim] *Hanc historiam describit libr. 1 Herodotus: Per id tempus Spartiatis inciderat cum Argivis contentio, de agro qui Thyrea appellatur. quem locum terræ Argolicæ partem, Spartani interceptum tenebant. Ob hoc bellum moventibus Argivis, ita inter Argivos Lacedæmoniosq; convenit; ut triceni utrinque dimicarent, & utri superiores extitissent, eorum regio foret: sub tempus pugnæ reliquus omnis exercitus domum discederet, ne suis auxilium ferret. Delicti utrinque tanta vi dimicarunt, ut omnibus cæteris interfectis, tres solùm nocte interveniente superessent. Ex his duo Argivi, tanquam victores cursu Argos contenderunt. unus Lacedæmonius, spoliatis Argivorum corporibus, arma ad sua castra detulit. Hac de caussa utrisq; sibi victoriam vindicantibus, ex contentione rursus ad arma concurrerunt: & cùm magna cæde dimicatum esset, Lacedæmonij superarunt. Et accepta clade, Argivi tonsis capitibus, sese devoverunt, ne priùs comam alerent, néve mulieres aurum ferrent, quàm Thyream recuperassent.*

Immaturæ ætatis] *Circa tricesimum tunc annum Alcibiadem fuisse, ex Platonis Alcibiade primo colligi potest. Ibi enim Socrates Alcibiadem nondum prorsus 20. annos complevisse ait: & loquitur ibidem de Pericle, tutore Alcibiadis, tanquam adhuc vivente. is autem mortuus est tertio belli anno. Hoc ergò duodecimo Alcibiades triginta circuer, aut fortasse plures annos habuisse videtur.* 236.

Majorum autem fama] *De his vide Isocratis de Bigis orationem: ubi mirificè Alcibiadem à maiorum laude & rebus gestis cõmendat.*

Qui non alia] *Hac ita propemodùm se habuerunt, sed ab Alcibiade non syncera mente feruntur: qui privato potiùs affectu, quàm ob utilitatem Reipub. eis adversarius existit.*

Senatus] *De Senatu Athenensium infra lib. 8. dicetur.* 239.

Magistratus urbani] *Vrbani magistratus appellantur, qui in civitate rebus præsunt, nec ad exteras imperij partes munia extendunt. Sicut Romæ urbanus Prætor dici est solitus, qui in urbe ius dicebat, distinctus contra Prætores provinciales Valla & Portus hos præsenti loco tribunos pl. appellantes, angustiore verbo utuntur. Non enim soli tribuni plebis, (quos δημάρχους ipsi vocarunt) ἔνδημοι magistratus fuerunt, sed & alij plures, ut Archon, Epistatæ, Proedri, &c. Ἔνδημος verò domesticum significat, qui in sua civitate & populo continetur. Contrà fuerunt ἀπόδημοι magistratus, θεωροὶ, πυλαγόραι, ἱερομνήμονες, qui Rempub. foris gerebant.*

Prytanes] *De his suprà dixi, lib. 4. p 213.*

Artynæ] *Plutarchus in quæst. Græc. Senatores Epida artynos vocatos scribit. Sed apud Argivos alius is magistra videtur. artynas enim Thucyd. ab Senatu distinguit.*

Demiurgi] *Quales hi fuerint, nihil pro certo affirmar Valla opifices convertit. sed minimè verisimile est, hos potissi ramento præstando delectos. Itaque magis assentior Vvinsh tribunos pl. appellat. Et H. Stephanus in G. L. Thes. δημιουρ Peloponnesios Doresque fuisse ait, qui populo præerant: a Demost Hesych. Eustat.*

Sacrorum] *οἱ θεωροὶ. Hos apud Athenienses Sigonius f bit, qui pro patria ad sacra extra fines, aut ad sacros ludos solennes Græciæ mercatus, aut ad oracula, mittebantur.*

Bellique præfecti] *οἱ πολέμαρχοι.*

Panathenæa] *Inter cæteros deos deasque Minervam Athenienses coluerunt. quippe cui urbem agrosq; consecras fortunasq; suas dicassent. Hinc Athenæa sacra Erichthonii eaq; ut quotannis solenniter fierent instituit. nam Panathe Magna dicebantur, quinto quoque anno agi, postea instituit Sig. lib. 1. de R. A.*

240. Apud se inducias] *Quæ ludorum ac sacrificiorum Oly rum caussa indici solebant. Portus.*

241. Muros extend.] *Hic cùm admoneret quidam Patrense nienses vos devorabunt: Alcibiades, Forsan carptim, inquit dibus, Lacedæmonij verò à capite & semel. Plut. in Alcib.*

Apol. Pythei] *Hermionici agri templum fuit. Pausan.*

242. Circum Scyllæum] *Excurrit enim in altum Scyllæum terium. latus ad Septentriones versum, Epidaurum habet: Argis propinquius est. Ab Ægina itaq; quæ Epidauro pr Argos petentem, vel longiore circuitu Scyllæum superare op quà proxima est via, Epidauri facta excensione, terrestri iti gos proficisci.*

Carneus erat] *Hoc enim mense, qui plurimos dies fest bat, totusque adeò penè sacer erat, in expeditionem Lacedæm exibant. Scholiastes. Hunc Metagitniona Atheniensibus dici chus in Nicia scribit.*

Recessisse] *Non ignoravi verbum ἐκστρατεύεσθαι, qu hoc loco Thuc. semper alias exire in expeditionem, non recede significare. Nec me fugit etiam, paulò antè hoc ipso verbo Thu ista significatione usum. Qua de caussa Valla etiam & Vvin vulgatam hanc eius significationem retinuerunt. Verumta non potest, ut verbis Thucydidis integrè servatis, hæc signifi absurdam loci sententiam gignat. Veneram enim auxilio*

ſes, idque contra hoſtes, & Lacedæmonios modo in expedi-
reſſos. Omninò itaq; inconvenienter Thucyd. dixiſſet, Athe-
auxilio Argivis venientes, poſtquam hoſtes contra quos e-
nt in expeditionem exierant, ut nullis amplius ejus diſceſſiſſe.
iculiarem ſenſit etiam vir doctiſſimus Fr. Portus. itaque in-
ionem attulit, quæ per ſe quidem v. ſig nihil habet, ſed profe-
s Thucydidis non omninò reſpondet. Adverſativa enim par-
in alium tranſpoſita locum, ita converſis, quaſi ver ſiſſet
les: ἀλκιβιάδου χίλιοι ἱβοήθησαν, πυθόμενοι τὸν λακιδ. ἐξεργα-
ὡς δὲ τὸ δεύτερον ἐπὶ αὐτὸν ἐδόκει, ἀπῆλθον. Ita ſi legerentur Thucy-
ha, minimè controverſa ſententia & interpretatio eſſent. Sed
ia, quæ ego vidi, exemplaria ita ſcriptum habeant: ἀλκιβιάδου
πθ. καὶ Λακ. ἐβοήθησαν. πυθόμενοι δὲ τὸν λακιδ. ἐξεργαζόμε-
ὡς δὲ τὸ δεύτερον, &c. non abſonum eſſet putare, ſi verbum ἐπεγε-
ν. præpoſitionis ἐξ duplicem dicerem habere ſignificatio-
& exire in expeditionem & finire eandem ſignificare: qualis
erſt Germanica præpoſitionis auß / ut cum dicimus außzie-
ußkriegen. Nam alias quoque poſteriori hac præpoſitionis
ato, quæ ſermi ationem notat, & extra compoſitionem, (ut
edatus lib 3. dicit, ὡς δὲ ἐν τῇ δυνάμει ἐγένετο, poſtquam ſa-
finivit vel abſolvit, als er außgeopffert hat) & in com-
(ut cùm ἔξηβος vel ἐξιφυὴς dicitur, qui ex ephebis exceſſit,
eſſe puber) non eſt inuſitata. Vtcunque hæc ſint: ſententia
dis certa eſt. in cæteris ſuo quiſque indicio uti poteſt.

ſſe juſiurandum] *In priore enim cum Lacedæmoniis fœde-*
m fuerat, ne Lacedæmonii arma vel Athenienſibus vel eorum
rrent. Iam verò in Argivos ſocios Athenienſium manum mi-
Sed eo modo & Athenienſes in fœdus deliquerunt, cùm ſocios
ponienſium Epidaurios oppugnarunt.

tibus add.] ἀμπακεῦσι (legitur & ἄμπακες) *ſunt, ut Portus*
t, tantæ velocitatis pedites, ut inſtos equo- um ſubleva ti curſu
rſus adæquent. Ἀμφίπακυς *Æ lianus ab equorum mutatione*
ratos tradit. ex aliis enim equis in alios tranſilire ſolitos.

rbe] *Argivorum.*

os commoti] *Stolidè hoc loco feroces ducibus Argivi ira-* 244
, qui ſalubrimo conſilio imminentem ſuis perniciem aver-
Nam non tam Agidis pravum factum, quàm prudens Argi-
lucum conſilium fuit. Qualis enim iſtius prælij eventus ſuo-
rus, ex ſecutura paulò poſt eorundem pugna colligi poteſt,
Argivi cum omnibus ſuis ſociis ſolis Lacedæmonios pares eſ-
erint: quomodo in præſentia vim eorum ſuſtinuiſſent, ubi

Lace-

Lacedæmonij cum maximis auxilijs eos paucorum præſidio fultos circundederant?

245. Præter morem ſuum] *Non enim aliàs properè de homine Spartano acerbiùs quid conſulere ſolebant: ut lib. 1. dixerat Thucyd.*

246. Eilegârunt] *Ariſtoteles lib. 2. Polit. cap. 7. Spartanos aiunt inimicos regum ipſis legare ſolitos, adeoq; ſalutem Reipub. in eo eſſe poſuiſſe, ſi reges in ſeditionibus eſſent.*

Ad Herculis] *Intellige fanum. Latina eſt locutio, qua Livius & alij ſcriptores utuntur. Habitabat rex ad Iovis Statoris, ſcilicet templum.*

Malum malo ſanare] Κακὸν κακῷ ἰᾶσθαι, *antiquum eſt proverbium, ab Oreſte Agamemnonis filio natum, qui patris mortem de matris expiare volebat. Extat idem apud Herod. lib. 3.* Μὴ τὸ κακὸν τῷ κακῷ ἰᾶν. *Et Sophocles:* Ἐνταῦθα μέντοι πάντα τῶν ἀνθρωπίνων κακῶν ὅταν θέλωσιν ἰᾶσθαι κακά.

Aquam in] *Ophim amnem ſignificare videtur: de quo in deſcriptione Mantineæ.*

247. Poſtea tamen] *Sequuntur tandem impetum multitudinis, quando adeò ab ſalutaribus abhorret, duces.*

Exemplò igitur] *Hæc pugna Lacedæmonij acerrimi Martij decoris cultores, plurima inſignia militaris diſciplinæ ſpecimina edidit. Hoc primum magni iuſus & peritiæ eſt, quòd protinùs ſuos quique ordines agnoſcit: ut Romanis quoq; conſuetum fuiſſe legimus, ubi locum ſuum unuſquiſq; militum, & in acie & in caſtris ſciebat.*

Omnia imperio] *Complurium enim imperium bello inutile eſt, utroq; feliciter res in bello geruntur, ubi ducum eſt multitudo. Regum Spartæ poteſtate ſic Ariſtot. lib. 3. Polit. cap. 10. ſcribit: Reſpub. Lacedæmoniorũ regnum eſſe maximè legitimum videtur. neq; tamen omnium poteſtate regi eſt: ſed cùm egreditur extra regionem, imperator eſt in bellicis negotijs. præterea ſacra regibus ſunt commiſſa. tum hac regia poteſtas eſt tanquam imperatoria & perpetua auctoritas. nam neq; necis poteſtatem habet, niſi in bello: ut Homerus exemplo Agamemnonis docet, qui in concionibus probra audire conſtitit, poſtquam in aciem milites procedebant, mortem ignavis minitatur.*

Præfectisq; belli] *Tribunos militum Portus appellat.*

Hoc ordine] *Idem in Romano exercitu Æmilius Paulus inſtituit, ut T. L. l. 44. ſcribit.*

Sciritæ] *Cohors fuit hoc nomine hominum ſexcentorum, ut ſcribit Thucydides. Diodorus Sic. lib. 15. Cohors, inquit, quæ Sciritis apud Spartanos appellatur, non cum reliquis militibus in acie locatur, ſed proprium ſemper in uia regem obtinet locum, ſemperq; in anteitum parata eſt, ut qua parte labores acies ſuccurrat. Hac cohors dolectis ſcripta viris, magna in prælijs momenta conferre, & gloriæ victoriæ cauſſa eſſe ſolet.*

Acies

Acies Lacedæmoniorum & Argivorum.

Equites sinistri cornu.

Lacedæmoniorum acies.				Argivorum acies.
Sinistr. cornu.	*Sciritæ* *Brasidiani* *Novi ex Helotibus cives.*	*Mantinei* *Arcades* *Mille Argivorum delecti.*	*Dextrum cornu.*	
Media acies	*Lacedæmonij* *Heræenses* *Mænalij*	*Argivi* *Cleonæi* *Orneatæ*	*Media acies*	
Dextr. cornu	*Tegeatæ* *Lacedæmonij*	*Athenienses* *Equites Athen.*	*Sinistrũ cornu.*	

Equites dextri cornu.

Novi ex Helotibus] *Helotes enim benè de Republica sua meritos, libertate & civitate donabant Spartani.*

Cohors quilibet] *In cohorte Schol. 512. milites scribit fuisse: in centuria, 128: in decuria, 32. Fuit ergò totus Lacedæmoniorum unà cum Sciritis exercitus hominum 4184. Ex hoc alijsq; locis perpaucos Lacedæmoniorum fuisse cives, pro amplitudine civitatis ipsorum & imperij, patet: quorum tamen regionem mille quingentos equites & triginta millia armatorum, alere potuisse, auctor est Aristot. lib. 2. Polit.* 248.

Centuria] *Non mirari convenit, quòd πεντηκοστύα, quæ quinquagenarium numerum sonat, centuriam vocem. nec enim in Latino sermone quod ei aptius sit haberi potest: neq; semper quod in propria significatione idem in usu verba obtinent. Nam & ex Latinis scriptoribus notum est, nec centuriam centum, nec decuriam decem, milites semper habuisse.*

Decurias] *Ælianus: Totam ipsam decuriam, ordinem, versum, & decaniam, nonnulli etiam enomotiam. quasi auctorationem à sacramento militari appellant.*

Vniversè autem] *Quatuor enim ex quavis decuria in prima acie pugnasse dixerat. iam decuriæ universæ 112. fuerunt. Ex unaquaque ergò quatuor efficiunt 448.*

Æqualis quondam] *Tempestate qua Xerxes Persarum rex Græciam cum innumerabili exercitu invasit: ad Argives Spartani miserunt, ut ipsi quoq; partem capesserent belli. Quibus Argivi, paratos se esse responderunt, fœdus cum eis in annos 30. facere, si dimidium penes se imperium foret. nam licet id iure totum ad se pertineat, dimidio ta-*

oratione imperatoris fieri. quanta cuiusq; animo ani-
moribus inest, tanta in bello patere solet.

Seipsos inter se] *Embateria carmina appellab-*
bantur & in choris, & ad tibiam, cùm in hostes irent.
bellicæ exercitationis studium musicæ annexuit, ut
ardor modulatione temperatus, nihil à se ipso discrep-
ante pugnam Musis immolabat rex, ut qui pugnare
& laude dignas gererent. Plutarch. in institut. Lac.

Secundum hæc] *A. Gellius lib. 1. cap. 11. Ne-*
inquit, historiæ Græcæ gravissimus Thucydides, La-
mos bellatores, non cornuum tubarumve signis, sed
lis, in prælijs usos esse refert: non prorsus ex aliquo vi-
que rei divinæ gratia, neq; etiam ut excitarentur atq;
nimi, quod cornua & litus moliuntur: sed contrà,
modulatioresq; fierent: quod tibicinis numeris temp-
deò in congrediendis hostibus atq; in principijs prælio-
virtutemq; aptiùs rati, quàm si permulcti sonis mitio-
dicè ferocirent. Cùm procinctæ igitur classes erant, &
captumq; in hostem progredi, tibicines inter exerc-
incipiebant. Et ibi præcentione tranquilla & veneru-
quasi militaris musicæ disciplinam, vis & impetus
dispalatiq; proruerent, cohibebatur, &c.

Ciato gradu] *Quemadmodum hoc loco Lacedæ-*
vos Thucydides, sic Græcos & Troianos Homerus in-
versa ratione comparat.

Et matutinæ brevibus fera bella minantur
Pygmæis. taciti furias Mavortis anhelant
Argolici proceres, alterna in morte parati,
Irarum magnos volvunt sub pectore motus. Iliad. 3.

Æquabili gradu] *Agesilaus interrogatus, cur ad tibiæ cantum Spartani pugnarent: Vt, inquit, ad numerum incedentibus, timidi mensq; sint in conspectu. Plutarch. in Apophth. Lac.*

Ad numerum] *Val. Maximus lib. 2. cap. 6. Spartanorum exercitus non antè ad dimicandum descendere solebant, quàm tibiæ concentu & anapæsti pedis modulo cohortationis calorem animo traxissent, gotoq; crebro ictus sono strenuè hostem invadere admoniti.*

Neque ordines] *Veget. lib. 1. cap. 9. Nihil magis in itinere vel acie custodiendum est, quàm ut omnes milites incedendi ordinem servent. periculum enim ab hoste semper gravissimum sustinet divisus & inordinatus exercitus.*

Maxime tegi] *Clypeus enim sinistra geritur, idq; latus tectum est: dextra tela solùm sustinentur. unde id apertum latus est. Quare quisq; solebat dextrum latus apertum, sinistro eius qui à dextra stabat applicare, ut clypeo eius tegeretur. Hoc modo cùm alterum quisq; in dexteram partem urgeret, fiebat, ut tum ipsi clypeorum densitate tegerentur, tum verò magis magisq; in latus istud expulsi, non recta, sed transversa potiùs fronte invaderent hosteis. Vtrinque igitur hoc casu dextra cornua in latus oppositi lævi sese extendebant: & quia multitudine superabant, circumire cœperunt.*

Vt subductis] *Qui circumfundi lævo suorum lateri hostes videbat Agis: ideò ex eadem acie propinquum subsidium accersens, partem militum sinistri cornu in latus quà se hostis inferebat transire iussit, ut ea parte frons dextro hostium cornu æquaretur. interim mox ab dextro suo cornu, quod abundabat multitudine, in locum vacuum alios explendum transire iussit. Eo tardiùs, facto, Mantinei celeritate prævenientes, cùm in ipsum locum exhaustum milite sese insinuassent, pragem hostium fecerunt.* 249.

Solum ab Sp.] *Observa severitatem militaris disciplinæ apud Lacedæmonios: quam Romani quoq; prisci in suo milite acerrimè custodierunt.*

In ipso cogressu] *Peccavit in Vegetij præceptum Agis, lib. 3. cap. 10. scribentis: Observandum, ne sub tempore quo iam committitur pugna veliterdines commutare, aut de locis suis aliquos numeros ad alios transferre. statim enim nascitur tumultus atq; confusio, & imparatis conturbatisq; faciliùs hostis incumbit.*

Maximam omnium] *Nec adeò immeritò. ipsi enim non postremi huius belli auctores, malis consiliis parem tulissent eventum*

Vt illò

Vrallio quâ] *In hoc salubre pium q. miliaris disciplinæ est insti-*
tutum, ...m civem servare, quam multos hostes occidere.

... bellis temporibus interdum fieri consuevit, ubi mi-
... pro vilissimo habetur.

M...incorum al] *Scribit lib. 12. Diodorus S. Mantineos in m-*
... ad Arcadum monÿs circumventos acriter se defendisse: regem q. La-
...monior um, ut promissa civibus præstaret, præclaro q. facinore
... maculam elueret, vehementer eis institisse; omnes proculdu-
...conciturum, ni Pharax Spartanus, è numero eorum, qui ipsi con-
...adiuncti erant, viam Arcadibus patefacere, nec cum desperan-
tibus de vita inausp icata fortitudine contendere, insisteret.

Vbi verò iam] *Plutarch. in Lycurgo: Fusos fugatos q. hostes ubi-*
libet cæsos conficiebantur, dum fuga eorum confirmassent victoriam, nec
recenti cæde bant: cedere & contrucidare fractos & manu datos,
neq. generosum rati neq. Græcis dignum. Erat id non p aclarum mo-
dò & celsi animi, sed utile quoq. Certi enim hostes, eos occidere qui
subsisterent, terga vertentibus parcere: fugam capessere, quam maxi-
me persistere, commodius ducebant.

Et Æginetarum] *Coloni fuerant Atheniensium Æginam insu-*
lam tenentes.

Carneorum] *Carnea festum Apollinis fuerunt, Schol & Plu-*
tarchus in Sympos. Pausanias lib. 3. Carneus quem appellant domi-
ficum, cùm captus est apud Spartanos, antequam Hercu. liberi
ab exilio redirent. Carneus Apollinis vel gigas à Carno originem sum-
psit, qui patria fuit Acarnan, ab Apolline verò divinandi artem di-
dicit, &c.

Animos tamen] *Ita Scipio apud Tit. Liv. lib. 30. Animos quin-*
tiræ mentis fuisse, eosdem in omni fortuna gessisse gerissq. neq. se-
cundæ res extulerunt, nec adversæ minuerunt.

251. Duas ab Laced.] *Sic Romanus legatus ad Carthaginenses: illa*
vobis, inquit, bellum & pacem portamus: utrum placet, sumite. T.
Liv. lib. 21

Alcibiades aderant] *Persecutus eum fuit.*

De Deo v.] *Fibulatio, quem vocabant Epidaurii. Porro Apol-*
linem vim agricolæ loco, ob eximia patrocinia, inter Epidaurios &
Argivos fuisse notum.

Fœdus foc.] *Priores enim pacis illum fuerunt conditores.*

252 Relictis man.] *Contra Epidaurum exercitu.*

Genus ab Argis] *De hoc vide in de Antiquitate Macedoniæ.*

Fœdus antiquum] *Quod inter Pausaniam belli comitem*
... Mardonium intercesserat.

Pacatores suos] *Tenebatur mercede conductos ex omni insula*
Græcia ad ea pacanda, quæ ipse cupiebat. Videas verba, ne frustra
ver-

ȳcerentur, ſua ſponte præſidium deducunt. Callido tamen
Demoſth. conſequitur, ut non tam metu, quàm benevolentia
rios, ceſſiſſe videantur.

um imperium) Initio belli Argivi Thucyd. docuerat, eos
partem, occupatis Attico bello Lacedæmonijs, ſubegiſſe. cu-
rium cùm eis Lacedæmonij permittere nolleni, ad arma coorsi
eſſerunt.

pub. ad pauc.) Hoc nimirum pacificationi reſpondet, quæ
fuit, ut urbes Peloponneſi, ſive magnæ ſint ſive parvæ, liberæ
bus more maiorum uterentur.

orum ſtatum) Diodorus lib. 12. & Ariſtoteles lib. 5. Pol. cā.
llos delectos, de quibus priùs in pugna audivimus, imperium
ſe ſcribunt.

nopædiis) Ludi ſunt puerorum in honorem Apollinis. Pau-
.

ndoquidem) Sequitur longum, inter legatos Athenienſium 254
is colloquium, civilibus alijs, quàm plurimis ſententijs con-
Primo exordij loco quædam ultrò citroq; præmittuntur. Me-
exprobrant Athenienſes, quòd ad populum verba facere pro-
nt. inde ne perpetua ſibi oratione ſit utendum petunt.

ndoquidem) Scripſit libellum de Thucydidis hiſtoria Dio-
licarnaſſeus, in quo multa in hoc ſcriptore adeò ſpecioſè car-
præſertim modeſtè & artificioſè præfatur, ut cuivis homini,
ipſum rectè Thucydidem evoluit, meritò perſuadere poſſet. E-
n quæ ibi Dionyſius de veritatis amore & precio præfatur, fa-
nitto. Verùm & illud adiungo, facile eſſe magnorum virorum
& opera allatrare, facile tale negotium aggreſſo auditores fa-
comparare. id enim eſt multorum ingenium, ut avidè ſemper
ibus faveant contra meliores. Sed non ſemper quod clarioribus
r, continuò verum eſt: quin potiùs dum id nondum liquet,
iure præſumitur, donec manifeſtè aliquid contra eos probe-
nc quoq; Dionyſium, quamvis per omnem vitam ab inſectan-
aledicendi ſtudio ſe alienum fuiſſe ſedulò proteſtetur, nunquā
redere poſſum, quin vel omninò negligenter Thucydidem le-
de eo iudicium tulerit, vel in pleriſq; videns volensq;, quo-
aptus affectu, iniuria Thucydiden affecerit. Præſens hoc col-
m multis modis inceſſit. Ac de univerſo primùm: Quòd verò
ſermonum, inquit, minimè fuerit particeps Thucydides, cùm
ſe conventui interfuerit. neq; quæ ab Athenienſibus aut Melijs
tur audiverit, ex ijs quæ proximè ſuperiore libro commemo-
ile poſſumus cognoſcere. Nam poſtquam Amphipoli dux fuiſ-
tus è patria, per omne reliquum belli tempus in Thracia vixit.
mò manifeſtè falſum Dionyſius dicit, Thucydidem patria eie-

pterisque rebus, quas scripserunt, non modo non sui
nec eodem tempore vixerunt. Sic ipse Dionysius res Ro
psit, quibus aliquot seculis posterior fuit. Optimum q
ijs qui ipsi rebus interfuerunt omnia prodita esse, sed q
manæ non patiuntur, non idcircò falsa scriptorum f
alijs accepta memoriæ mandarunt. Thucydides tame
mnibus difficultatibus quàm minimè laboravit: qui t
nesiaci belli tempore vixit, & cùm id inciperetur, no
in ætate fuit. rebus verò gestis plurimis ipse interfui
propinquo erat, ut quotidie homines qui rebus interfu
tandi audiendique amplam habuerit facultatem. Igi
alius, certè Thucydides is est, cui minimè omnium, q
ta scripserit, obyci queat. Ex Dionysio ego multò libe
lor iustiùs, quærerem; unde orationes Æneæ, Latini
primis elegans illud, omnique artificio oratorio ela
Hostilij Romani regis cum Metio Suffetio Albano co
brevius hoc Thucydidio acceperit: cùm ipse plus qu
annis posterior vixerit, cùm nullum æqualem illis t
ptorem habuerit, quo satis certo auctore staret. Adeò e
cta insectandi libido.

Meliorum Senatus) *Synedros, quo verbo Thucy*
tores esse, ait T. L. lib. 45.

Æquitatem) *Vicissim aliud exprobrant Athen*
quòd periniqua secum conditione agant.

Quòd si vos) *Præscindunt mutuas increpatio*

ipſe uti non velis, & quibus viciſſim Meſſis abſtinere oper-

& nos) *Primum Athen. argumentum, à iure gentium e-*
rrupto: Natura in comparatum eſt, ut validiori & potenti-
rnior pareat. Nos ſumus validiores. Ergò. Hoc argumento ſi
omnis iuſtitia & æqualitas inter homines tolletur, ſemper-
di ut infirmiorem opprimere velet: ut nos proverb. dic. m u ſ
dircker iſt / der ſchiebt den andern in Sack. *Hæc tamen*
opinio ex veriore principio deſcendit. Id enim natura vult
qui alijs eſt potentior, non externis viribus, ſed virtute ſa-
, is præſit & imperet. Quo modo Ariſtoteles quoque lib 1.
1. diſtinguens, ἄρχειν, inquit, φύσει καὶ ἀρχόμενον, διὰ τὸ
ν. τὸ μὲν γὰρ δυνάμενον τῇ διανοίᾳ προορᾶν, ἄρχειν φύσει, καὶ
ν φύσει. τὸ δὲ δυνάμενον τῷ σώματι ταῦτα ποιεῖν, ἀρχόμενον
σει δοῦλον. Et quarto pòſt caput: Virtus, inquis, & vitium
m facis inter liberos & ſervos, nobiles & ignobiles. Hoc ſi ob-
nus, ut non qui externa aliqua generis & familiæ inani præ-
, ſed virtute prudentiaque alijs præcellit, eidem alij pareremus
rofectò cum rebus humanis ageretur, nec adeò indies mores
amque publicè privatimque, domi & militiæ, collabi vide-
Tunc (malum) contrariationem multi nobiles & illuſtres vi-
aſcuntur & ſæpè qui nunquam Remp. adminiſtrare didi-
illum Mariſtheve vidit, exemplo obſcurum genus, hominibus
ung, melioribus in rep. imperat, in militia ducem, tribunum,
rum, agit.

equis quidem) *Hæc, inquit Dionyſius, ad Græcos oratio,* 55
fortaſſe regibus conveniebat: Athenienſeis verò (omnium
um ſapientiſſimos, quique Perſico bello urbem & omnem re-
relinquere, quàm turpi Perſarum mandato parere, malue-
d Græcas, quos è manibus Medorum eripuerant, minimè ſa-
e decebat; nimirum, iuſta quæ ſunt, æqualium inter ſe eſſe;
ò per vim fiant, ea adverſus imbecilles fieri à potentioribus de-
: ahæc argumentatio Dionyſii, planè ſimilis eſt orationi Athe-
lib. 6. Thucydidis: qui Syracuſanis perſuadere volens, num-
enſuros in Siciliam cum exercitu Athenienſeis, ſic argumen-
Athenienſes ſinos oppugnatum venirent, nihil penitùs effice-
s. Athenienſ. ſunt ſapientiſſimi & prudentiſſimi. Vnde hoc u-
mpridem eos ſcire & conſiderare, ideoq; nunquam ad nos op-
dos animum adjicere, certum eſt. Sed illum tunc Athenago-
ſ unà noſtrum Dionyſium, egregiè ipſe ſe facto Athenienſes re-
s. Nam ipſi omnium Græcorum ſapientiſſimi, ſtultiſſimo con-
xiſſimum apparatum in Siciliam miſerunt, & perfiderunt. A-
ſium ſapientiam prudentiamq; multis celebrari nõ ignoro: ſed

eosdem varò his virtutibus uſos, cupiditatibus potiùs & ſtolidis conſilijs obſequi ſolitos, adeò pervulgatum fuit, ut in proverbium abierit Athenienſes peſſimis conſilijs, optima fortuna uti. Mirabimur ergò illos qui tot imprudenter, tot iniuſtè egerunt, quædam etiam iniuſta dixiſſe? Melij quoq́, hoc loco per vim potiùs quàm iure Athenienſeis intuliſſe arma, non negat Dionyſius; ac ne poteſt quidem: verbis a talia deſignari non poſſe opinatur; quaſi difficilius ſit, dicere quid iniuſtum (præſertim quod is iuſtum cenſeat, ut hic Athenienſes id pro iure allegant) quàm perpetrare. Ego ſi omninò ſcirem, colloquium hoc à Thuc. confictum, nihil tamen hac in parte reprehendere poſſem, quòd facilis Athenienſium orationem convenientem adiunxiſſet. Quot ſunt ubiq́ apud veros hiſtoricos factorum & verborum iniuſtorum exempla? Notum eſt illud Themiſtoclis principis conſilio & prudentia Athenienſium, qui ab Andriis argentum petens, duos ſe deos afferre dixit, vim ac ſuaſionem; ſignificans, ſi minùs impetraret ſuadendo, ſe vi expiurum. Sic Lyſander Lacedæmonius, qui Athenienſeis devicit, Argivis de finibus agri iure diſceptantibus; ſtricto enſe: Qui hoc, inquit, ſuperior eſt, is optimè de finibus diſputat. Sed vanum eſt, multa exempla conquirere eorum, quæ paſſim fieri notum eſt. Ego ſi quem hiſtoricum legerem, apud quem omnia iuſtiſſimè & honeſtiſſimè agerentur ac dicerentur, ei non magis crederem quàm Æſopo, animalia bruta humano ſermone & ratione olim uſa fingenti.

Nos quoque) *Aliud ex iure naturæ opponunt Melij argumentum, quæ inferioribus parcere, & iure potiùs contra eos, quàm viribus; ut iubet.*

Idque non) *A conſecuturis argumentum confirmant: Quales erga nos futuri eſtis, tales & alij in vos erunt.*

Nos verò) *Contra Meliorum argumentum, oſtendunt: non ſe pertimeſcere adeò vim ſuperiorum, quàm ſubditorum inferiorum. Rationem ponunt: Qui potentia prævalent, eos, imperio aſſueti ſunt hi adverſarijs imperium tenentibus non æquè ſunt acerbi, utpote qui pari ſecum animo & conſilio imperium amplecti vident. Sic Romani cum Carthaginenſibus duobus bellis ſummo diſcrimine geſtis victi tamen ignoverunt. ſic poſtea hi ipſi Athenienſes devicti, nullos clementiores Lacedæmonijs ſunt experti: qui ſoli in concilio Græcorum, cùm cæteri delendam urbem cenſerent, prohibuerunt, negantes, ſe altero oculo Græciam orbaturos. Contrà verò ſubditi alijs, longè immoderatiſſimi in victoria ſolent eſſe, tum odio eorum qui priùs imperaverant, tum metu ſtimulante, ne unquam ad priſtinum ſtatum victi redire, ac periculum ſibi creare poſſint.*

Quòd verò) *Hactenus de iure & conſequentibus id diſputatum. Nunc utilitatis argumentum proferunt Athenienſes.*

Et quemadmodum) *Objicit contrà Melius, inæqualem eſſe propoſitam utilitatem.*

Eo,

quòd) *Reſpondet Melio: Vtilis eſt vobis futura ſeruitus, quia ſi, parere vos, quàm extrema pati. Itaq; ait, nihil medium, aut lum eis, aut perennidum.*

ſi v.) *Tertium quiddam ſeruari poſſe, quos & æquum & Melius cenſet.*

hercle) *Reſpondet Melio, tantum non è vestibulo Athenienſium n, ſi ad eum modum amicos habeant Melios, ut potius ſis eos ſe. Nam ſi haſtas ſitis, nihil à vobis incommodi accipiemus, ſed rederis hoc nobis, ut documentum in alios ſubditos demus: ſin nos faciamus, omnes id ob imbecillitatem noſtram & metu ri putabunt.*

ne ergo) *Obijcit Athenienſibus, hanc de Athenienſibus opi-, æquam eſſe quidem aduerſus rebellantes ſubditos: at in eis l ad Athenienſes attinent, non pari loco eſſe ſuſpitioni. hos on oppugnatis, æquitatem potiùs veſtram moderationemque n cauſſam, quàm infirmitatem, ſubeſſe putabunt.*

tros illi) *Refellunt obiectionem Athenienſes. Ponunt au-nam univerſalem ſententiam, omnes homines alteris im- opprimere ſua natura velle, facileq; præteritum ſuæ cupi-renire: abſtineri autem ab iniurijs virium imbecillitate, quæ eſſe videns, quàm ut alterum ſubigere poſſint. Sicut Teren-e ſenex dicit: Hæc ſi neq; ego neq; tu facimus, non fuit egeſtas e.*

erò vos) *Tutiorem eſſe viam Melij docent, ſi abſtineant a-henienſes.*

nè) *Negant Athenienſes, omnes idcirco gentes in ſe con- 256*
ras. Nam qui continentem Aſiæ Thraciæq; & ipſius Græciæ nea incolant, eos minimè ſuæ libertati ab Athen. timere, le nec bellum ſibi facilè inferre. Sed eos qui inſulas teneant, s imperij ſui iugum ſenſerint, hos ſibi maximè cauendos ec-rq; eſſe.

verò ſi) *Ex præcedentibus argumentantur contra Athen.*

hercle) *Reſpondet Athenienſis, ubi non de gloria, ſed ſalute non eſſe turpe cedere valentiori.*

rò) *Noua argumenta Melij promunt, à fortunæ varietate lioris.*

equidem) *Reſpondet Melijs Athenienſis, ſpei vanitatem & da oſtendens.*

teris bonis) *Si alia præſidia, præter ſpem, habemus: licet me, non tamen ideò euertimur. alia enim ſunt quibus nita-*

hil non) *Eleganter ſpem ἀπάτην appellat, quaſi Latinè e dixeris. Vt enim homo profuſus, quidquid animus cupiu-*

plus appetit, ex opibus sibi quærit: sic spes quæcunque cupiditas desiderat, omnia an mo pollicetur.

Ii non priùs] *Blanditur enim mirificè spes, adeoque cupidum occæcat animum, ut is quamvis deprehensa vanitate, non tamen ea liberari possit, sed perpetuò licet omnia vana cernat, aliquid tamen speret. Indi get nanque spei suæ ingenium humanum, & alia subinet, postquam prima vana evaserit, succedit.*

Dum quis agnitam] *Sic de amantibus Ovid. 4. trist. eleg. 1.*

Sentit amans sua damna ferens, tamen hæret in illis.
Materiam culpæ prosequiturque suæ.

Enimverò nos] *Suprema sua præsidia Melij expediunt, Deorum & Lacedæmoniorum opem.*

Equidem deorum] *Convellunt utrunq; præsidium Meliorum, alterum nullum eis, alterum commune cum Atheniensibus futurum, ostendentes. Adeò autem hi homines corruptos animos habuerunt, ut quod est iniquissimum, id iustissimum esse putarent, & hominum consuetudines, quæ maxima parte detestandæ sunt, pro legibus allegarent.*

Neque nobis defuturam] *Secundum impij proverbium vulgi:* Gott hilfft dem stärcksten.

857. Iam antè solitam] *At verissimum est quod proverbio dicimus:* Tausent jar vnrecht/war nie kein stund recht.

Quod utile] *Sic Anaxilaus Byzantinus, cùm Byzantium victoribus Atheniensibus dedidisset, accusatus ob id Lacedæmone, sese defendit, dicens: cùm patria in summo periculo fuisset, instante hoste, spe auxilij nulla, fecisse ex eius utilitate; imitantem Lacedæmoniorum excellentissimos, quibus unum tantùm sit iustum & honestum, quod ex re sit patriæ. Hæc collaudantes Lacedæmonij, hominem absolverunt. Plut. in Alcibiade.*

Imò verò] *Quia utilitatem Lacedæmonios respectare dixerant, argumentum hinc Melij arripiunt: ob id ipsum se Lacedæmonijs curæ futuros, ne & Græcorum animos alienent, & hostium emolumenta promoveant.*

An verò] *Respondent Athenienses: Qui iucunda utilia que potiora habent, hi pericula quoque reformidant. Iam cùm iusta & honesta cum periculis & laboribus perpetranda sint, nihil est quod Lacedæmonios vestri caussa in pericula ituros speretis.*

Nostri tamen] *Alia obiectio Meliorum.*

At verò non] *Responsio ad obiectionem.*

Alios quos] *Iterum tria obijciunt Melij. 1. Si ipsi non valent re nautica, alios suo loco mittent. 2. Cùm tantum maris intercedat, facile erit nos iuvant maritimo contendere bello. si enim parsit, utetur fortuna: sin minùs, parvo labore vestras naves effugiet. 3. via auxilij:*

tilij: Vestros vicissim socios (ut priùs à Brasida vestro malo factum) oppugnando, vestrarum rerum periculo vos à nobis abstrahere possum.

Id verò & vos] *Argumenta Meliorum Atheniensis, ut levia, parvi ducit omnia refutare. Ad postremum ostendit ex prioribus exemplis, quòd Athenienses nunquam aliorum metu se ab urbium oppugnatione abstrahi sint passi.*

Ceterùm illa] *Abrumpunt colloquium Athen. Meliorumque præsidia elevant, & quæ impedire ipsos in deditione poterant, amoliri conantur.* 258.

Non enim sic] *Pudorem Melijs deditionis evellere conatur.*

Nomine illo spec.] *Turpitudinis nomen per se minimè speciosum est, sed illud gloriosum habetur, quidvis perpeti turpitudinis declinandæ caussa.*

Qui enim paribus] *Epictetus hominem cum quo conversamur tribus modis considerandum ducebat; ut præstantiorem nobis, ut inferiorem, ut æqualem. Præstantiori auscultare & obedire convenit, minorem modestè persuadere, æquali consentire. Stob. serm. 3. de Temperantia.*

Eadem nobis] *Vltima Meliorum verba sunt, quibus postemam sententiam suam exponunt.*

Vos ergò] *Concludunt & Athenienses sermonem, per Ironiam pervicaciam eorum acerbè reprehendentes, perniciem exitiumq; minantes.*

Non tamen] *Operæprecium est notare, quàm difficulter Lacedæmonij ad bellum Atheniense adigi se sint passi. quod tamen postea multis iniurijs extimulati susceperunt, susceptumque usque dum caperent Athenas gesserunt. Sic Hanno Carthagin. de Romanis: Quo lentiùs, inquit, agunt, segniùs incipiunt: hoc vereor, ne cùm cœperint perseverantiùs sæviant.* 259.

LIBER VI. THVCYD.

Cuius tamen] *Scripturus bellum Atheniensium Thucydides, quod magno animorum virium que molimine gerere aggressi, dum aliena cupidiùs appetunt, res proprias in periculum adduxerunt: imprudentiam initiò eorum coarguit, qui regioni bellum intulerunt, cuius nec magnitudinem nec vires cognitas habebant.* 260.

Non multò minùs octo] *Ephorus, auctore lib. 6. Strabone, quinque diebus & noctibus Siciliam circumiri, scribit.*

Octo dierum spatio] *Fabius lib. 1. Rhet. Reprehensi à Geometris sunt historici, qui magnitudinem insularum satis significari navigationis ambitu crediderunt. nam ut quæq; forma est perfectissimæ, ita capacissima, &c.*

Viginti ſolùm ſtad.] *Marius Niger in Siciliæ deſcriptione, minus 1000. paſſ. fretum patere ſcribit, ab alijs 12. ſtadiorum, ab alijs 7. aut 6. intervallum ferri: adeò ut matutini volucrum tranſmittantur cantus.*

A quibus verò] *Rectè Thuc. in tantæ exordio rei, Siciliam ſedem belli futuri deſcribit: ut omnia de ea ad cognoſcendum illuſtria negotij magiſque in aperto ſint.*

Antiquiſſimi fer.] *Cyclopes ab initio Siciliam tenuiſſe vetuſtiſſimi ſcriptores tradiderunt, tum ſpecus quoq; monſtroſi & portentoſa eorum cadavera, quæ in hunc uſque diem pro oſtentis viſuntur, declarant. Thomas Fazell. Siculus lib. 1. cap. 6. rer. Sicil.*

Cyclopes Læſtryg.] *Euſtat. Odyſſ. 9. Cyclopes & Læſtrygones tas incoluerunt partes, quæ circa Leontinum agrum Ætnam q; ſunt, peregrinosque acceſſu prohibuerunt. Leontini quoque in ſecuis temporibus ob morum feritatem & latrocinia Cyclopes ſunt appellati.*

Iberia] *Hiſpania eſt, ſic ab amne Ibero dicta.*

Troiani quidam] *Hæc multis recenſet Dionyſius Halic. lib. 1. hiſtoriæ.*

261. Quæ regio] *Nondum ita nobilis ijs temporibus Italia fuit.*

Ab Italo] *Gellius lib. 11. Timæum & Varronem Italiam de Græco vocabulo appellatam ſcripſiſſe, ait: quoniam boves Græca veteri lingua ιτηλοι (vituli) vocati ſint, quorum in Italia magna copia fuerit. Dionyſ. Hal. lib. 1. Italia, inquit, nominata eſt à viro præpotente Italo. Hunc Antiochus Syracuſanus ait bonum & ſapientem fuiſſe: & propinquis urbibus parſim oratione perſuaſis, partim vi coactis, multas Italiæ regiones ſub regnũ redegiſſe. ipſum Oenotrum genere fuiſſe.*

Quæ occident.] *De his paulò aliter Diod. S. l. 5. Sicani, inquit, antiquitùs vicatim habitârunt, altiſſimis metu latronum occupatis collibus. Ac initiò quidem univerſam regionem colebant, fructuq; inde percipiebant. Poſtea verò Ætna monte nimios eructante ignes, omnemq; circa regionem per multos annos infeſtam faciente: relicta orientaliore inſulæ parte, ad occidentem magis commigrârunt. Multis pòſt ætatibus Siculorum gens univerſa ex Italia in Siciliã tranſiciens, relicta ab Sicanis loca occupavit: paulatimque plura appetens, cùm finitimos incurſaret agros, tandem poſt multiplex bellum, pace facta, fines utriuſque gentis ſunt diſtincti.*

Promont. marit.] *Non ſupervacuè Maritimis additur. promontoria enim in terra quoque montes editiores appellantur.*

Breviſſimus Carth.] *Carthaginienſes quippe Phœnices origine fuerunt. Ab Lilybæo autem Siciliæ mille quingentorum ſtadiorum traiectum eſſe Carthaginem, Strabo l. 6. ſcribit.*

Inſula] *Adhibe huic loco deſcriptionem Syracuſarum in Nummis regionum.*

Leont.

ont. cond.] *Permile in præsenti negotio erit, urbium genuse singularum origines observare. id enim multum conferet ad rtia intelligenda.*

modum falcis] *Alij ab Saturni ibi deposita falce nomen ac-* 262.
rsadum. Id Macrobius fabulosum esse docens, probat tamen
rum: quòd cùm terra Siciliæ frumenti sit feracissima, non im-
Saturni falx ibi decidisse videatur.

ibusdam captivis] *Hanc similesque historias, ad urbes, regio-*
omines, propriè pertinentes, in Nominibus propriis persecuti
p.

honestam rem] *Id perpetuò apud Thu. observare licèt, quòd em-*
ferè belli alia in speciem causse, quàm verè subsint, ferantur.

nuptiales] *Diodor. lib. 12. ob agrorum fines bellum coortum* 263.
: fusos q. acia ab Solinuntijs Egestanes, Agrigentinorum &
usandrum primò fidem implevisse. Nihil autem ab eis impe-
s, suum demum transmarina auxilia molens.

et scip.] *Optimi civis Nicias exemplum præbet, cui potior est* 264.
salus, quàm proprius honor & dignitas: ut contrà Alcibiades
dvis discrimen patriam deducere non verebatur, dummodò ho-
s esset.

i videam] *Sexto historiæ libro aliquot illustres inclusa sunt o-*
es, omnes q. ferè alijs opposita. Ex quibus, quid in unaquaque
, quid falsi sit, accuratè lector indicare potest. Primo Nicias e-
qua vir optimus pestiferum patriæ bellum dissuadet, quinque
us, Exordio, propositione, confirmatione, confutatione & pero-
e absolvitur. Exordium à re præsenti ducitur: qua de populo al-
nsiderandum monet. Inde ab ipsa persona, & auctoritate, fidem,
eum benevolentiamque comparat. Simul suspiciones, quæ de
ri potuissent, purgat.

le meo] *Suspicionem purgat. Omnes enim qui bella, vim aut*
ut dissuadent, de timiditate & ignavia suspecti evadunt. Ad
pondet primò per ironiam & simplicem insinuationem. inde per
rmationem ostendit, si maximè inclinatior ad tutelam corpo-
ortunarum esse videatur, non idcirco deteriorem, sed potiùs ci-
m Reipub. secundum.

terùm qui] *Rejicit argumentum, quo ei adversus Athenien-*
esset; qui contenti certa rerum suarum possessione, non in du-
rumne alienæ Reipub. committerent. id quod Athenienses, per-
ique appetentes, parùm movebat.

is missis iis] *Propositio est orationis, qua bellum omittendum*
iis, & confirmationem suam in duo argumentorum genera
mit: primo ab rerum in sua regione statu: altero à viribus Si-
um, & difficultate ob id perficiendi belli.

Nimirum tanta] *Primum ex præsenti rerum conditione argumentum : In ista regione hostium satis habetis. Ergò non in aliena plures parare debetis.*

Forsan & in] *Alterum à fœderis, cui fidebant Athenienses, inconstantia argumentum.*

Et nostrúm &] *Arguit occultè Alcibiadem & Ephoros Lacedæmoniorum.*

265. Sunt etiam] *Tert. arg. à reliquorum Græcorum, qui fœderi non adscripti fuerunt, habitu. Reliqui Græci, inquit, satis pollentes viribus, partim apertè nobiscum belligerantur, partim brevissimi temporis inducias colunt: socij alij impunè hactenus defecerunt, alij mox idem facturos suspicionem præbent. Ergò licèt hîc maneamus, in summo tamen res nostræ discrimine versantur. adeò non debemus nos onerare bello. Et auget rei gravitatem, consecuturis ab his Græcorum animis & nova Atheniensium expeditione incommodis. Græci, inquit, si nos duobus occupatos bellis viderint, fortunæ id suæ beneficium rati, cum Siciliensibus diu exoptatam societatem iungent, & nos communibus viribus adorientur.*

Vnquam subscripserunt.] *Vt Corinthij, Bœoti, Megarenses, Chalcidenses.*

Apertè in armis] *Corinthij.*

Induciis cont.] *Bœoti & Chalcidenses.*

Continentis socii] *Milesios, Erythrenses, aliosq; respicere videtur, qui primi post fractos in Sicilia Athenienses ad Lacedæmonios defecerunt.*

Atqui licet] *Alterum genus argumentorum promit, ex ipsorum Siciliensium habitu. Primò: Concedo vos subigere Siciliam posse, et retinere utique non poteritis. non minor enim est virtus, quàm quærere, parta tueri. Quòd retineri haud possint, probat: quia longè diffiti & complures existant.*

Siculi mehercule] *Egestani eorumq; patroni, eo maximè utebantur argumento; Si minùs maturè succurrant Athenienses, fore ut Syracusani subacta tota Sicilia, in ipsos postea robur omne convertant. Huic respondet, minùs ab Syracusanis, quamvis præpotentibus, quàm reliquis Siciliensibus, sibi periculi esse. Singulos enim nunc fortè Peloponnesiis succurrere posse. Syracusanos, si Sicilia potiantur, nunquam Athenienseis cum Peloponnesiis oppugnaturos. Ratio: quia tunc Syracusani eadem conditione cum Atheniensibus essent, & si illos in evertendo Atheniensi imperio iuvarent, futurum scirent, ut ipsorum deinceps pari modo Peloponnesij imperium oppugnarent.*

Nos autem eius] *Aliud argumentum diversæ partes diluit. Semper enim metus tenebat Athenienses, ut Sicilienses classe commeatúm*

meatúve Peloponnesios iuvarent. Huic timori sic Nicias occurrit, ut ostendat tutiùs acturos, si vel planè ab eis abstineant, vel modicè virium documenta præbeant, quàm si magna mole eos adoriantur. Illa enim via semper eos metu virium incognitarũ exterrituros: hac verò, si vel paulum quid adversi cadat, se protinùs despecturi futuros, omnesq́ erectos ad eversionem suam opem collaturos. Quod postremum ipsorum in præsentia Atheniensium probat exemplo.

Nos & contemnent] *Regula Vegetij: Subita conterrent hostes, usitata vilescunt.*

Illud quoq;] *Alio demum argumento utitur, ex præsenti suæ civitatis statu: quæ iuventute iam & militari ætate abundet. Hunc tum egregium florem dignum esse ait, qui pro patria potiùs prælietur, quàm pro vanissimis & mendacissimis Egestanis. Hos enim multis modis in contemptum adducere studet, ut vel ipsorum indignitate animos à præsenti consilio avertat.* 266.

Quòd si quis] *Alcibiadis diversam caussæ partem defendentis fidem & auctoritatem elevat.*

Imperandi cupidus] 1. *quia imperio solùm & honoribus gaudeat, privatumq́ compendium, non Reipub. salutem, respectet. De Ludovico cognomento Divo Galliæ rege, memoriæ proditum est: eum dignitates & honores lectissimis viris, & optimis quibusque mandasse, per se exploratis eorum virtutibus; qui ultrò se obtulerint, eos reiecisse.*

Maximè qui] 2. *quia ætatis immaturæ, ad imperium gerendum.*

Vt ipse] 3. *quia superbus, luxuriosus, ambitiosus, profusus.*

Ob sumptus] *Lacedæmoniorum exocratio est: Vtinam ædifices, ac terram egeras, & equos alas, & uxor tua machum habeat: quòd hæc omnia sumptuosa sint & noxia.*

In equis alendis] *Aristoph. in Nubibus Alcibiadem ob luxum & profusionem in equis alendis, eiusque nomine Socratem, carpit.*

Rem famil.] *Non leve argum. qui proprias res malè administrat, eum nec publicas rectiùs gesturum est.*

Cui equidem] *Egestanos contemptu, Alcibiadem ambitione & levitate, in odium adducere conatus: iam affectas eius alia via monendo docendoq́ à proposito avertere studet.*

Pro patria] *Peroratio est, qua seniores primò & principes Reip. ad dissuadendum bellum incitat. inde suam super tota re sententiam exponit. tandemq́ principem Reip. Prytanim officij commonefacit.*

Hæc Nicias] *Diodor. S. lib. 12. Carhaginiensium quoq́ exemplis usum refert, qui ingentibus copijs summoq́ nisu Siciliam subigere conati, nihil tamen effecerint.* 267.

Quidam etiam diu] *Vt Socrates Philosophus & Meton Astrologus.*

logus. Socrates certè in Theage, quomodo dæmonij ſui monitu cladem Sicilienſem prædixerit, multos ſe teſtes habere, ait.

Vt ſe Niciæ] *Quaſi verò non alia exercendæ æmulationis, niſi cum patriæ pernicie iunctæ, occaſio haberi poſſit.*

Metuentes enim] *Hæc omnia accuratè depingit in eius vita Plutarchus.*

Bell. feliciſſ.] *In Oratione de Bigis apud Iſocratem, filius Alcibiadis dicit; nunquam patre ſuo duce trophæum hoſtes contra Athenienſes erexiſſe.*

Et imperatorem] *Oppoſita ſequitur Alcibiadis Oratio, ſatis proterva & impotens, elegans tamen & ingenioſa. Quia verò in oratione Nicias vehementibus eum increparat verbis: priuſquam ad demonſtrationem propoſiti accedat, neceſſariam ſui defenſionem inſtituit, docens ea, quæ obiecta ſibi ſint, minimè damno, ſed ſummæ utilitati patriæ ſemper fuiſſe.*

Cuius enim rei] *Magnificentiam primò & ſplendorem ſibi obiectum purgat, oſtendens, non ſibi ſolùm id gloriæ eſſe, ſed patriæ inſuper emolumento: cùm cæteris Græcis potentiæ urbis Athenarum ſit documentum ex unius civis privatis opibus univerſæ civitatis vires reputantibus.*

Magnificè apparateq;] *Suidas totum conventum convivio excepiſſe ſcribit.*

Neq; iniquum] *Animum ſuum elatiorem, & ſpiritus maiores, quàm par videbatur in libera civitate, excuſat; non negans id ob opum affluentiam copiamq; fieri. Contrariorum enim eandem rationem eſſe debere putat: & proinde, quia cum infelice nemo fortunam eius participare velit, inſtum eſſe, ut ſecunda fortuna florens alijs non perinde æqualem ſeſe demiſſumq; gerat.*

268. Cæteris æquiparari] *Hanc Alcibiadis ſententiam reprehendit apud Platonem Socrates. Amici tui, inquit, quamvis multi atq; ſuperbi erant: nemo tamen illorum fuit, quin abs te faſtu ſuperatus abiret. ais enim te nulla in re hominibus alijs indigere. quippe quæ tibi inſunt, ita eſſe præclara, ut nec ad corporis nec ad animi bonæ cuiuſquam egeas.*

Non ſum neſcius] *Oſtendit Alcibiades, quo præſidio præſentem civium ſuorum invidiam ſuſtineat. Hanc enim momentaneam eſſe, at gloriam conſecuturam perpetuam, etiam inter hoſtes ipſos, qui vivos odio habeant, cives. Nec id ſanè Alcibiadem fefellit. de hoc enim, de Themiſtocle, Ariſtide, alijq;, quos, dum vivebant, perpetua invidia lacerabant, acerbiſſimis q; iudicijs confoderant, ut præſtantiſſimis civium ſuorum gloriari Athenienſes ſolebant. Ab Alcibiade igitur in vene edoctus, quicunq; licet honeſtè in Repub. ſua innocenter q; verſatus omnium odijs invidiaq; oppugnatur: illa ſeſe ſuſtinet, hominum*

ira

as mortales, cum ipsis præsentis vitæ corporibus extingui: gloriam rrò egregij civis, qui ob publicum bonum sibi proprias simultates ir-tare, adversaq; suorum invidiæ obijci veritus non sit, perpetuam & emortalem futuram, ereptumq; in præsenti vita honorem post mor-m cumulatè rediturum. Pascitur in vivis livor post fata quiescit: unc sinus ex merito quenq; tuetur honor.

Et patria de illis] *Ita Plutarch. de Pericle: Qui vivi offendeban-r, quasi luminibus ipsorum officiente potentia, illicò eo sublato, cum lios libarent oratores & duces multitudinis, palàm tulerunt, mode-tius in severitate, vel gravius in mansuetudine, nullum visum in-enium: atq; invidiosam illam potentiam, quæ regnum antè & tyran-is fuit appellata, tunc salutarem Reipub. arcem fuisse.*

Hæc ego] *Privatis vitæ institutis satis, ut videbatur, purgatis, ctiones iam suas in Rep. gerenda prædicat.*

Quare dum] *Postquam pro se satis dixit Alcibiades, iam per con-usionem præcedentium, eadem ad præsens institutum aptat, & pro-ositionem orationis expremit. Quo facto argumentatur de Sicilia bigenda, & contraria argumenta quantum potest refellit.*

Multitudo enim] *Primum argumentum Alcibiadis, à forma vitatum Siciliæ: Vbicunq; ex variarum gentium colluvione civitates nflatæ sunt, ibi nullæ stabiles opes, nulla concordia speranda est. Si-liæ civitates ita comparatæ sunt. Ergo. Tales igitur haud magno labo-domari possunt. In convena nanq; gente, priusquam pignora con-gum ac liberorum charitasq; ipsius soli, cui longo tempore assuesci-r, animos consociârint: facilè res nondum adultas discordia dissi-t. T. L. l. 2. Quòd verò parùm inter Sicilienses conveniat, rumore llacissimo auctore probat.*

Enimverò nec] *Altero argumento bellicum eorum apparatum evat, sed profectò minimè firmiter. Infrà enim aparebit, quàm satis piarum adversus Athenienses habuerint.*

Quod barb.] *Tertium argum. à barbarorum auxilijs.*

Et præsens] *A præsenti statu Nicias argumentatus fuerat: non se novum bellum suscipiendum. Adversus id Alcibiades, nihil eum odò rectè consulatur (at ipse rectis consilijs obstabat) sibi obfuturum templo probare nititur maiorum.*

Illi sanè] *Ostendit Peloponnesios nihilo firmiores contra se futu-s, si in Siciliam eant ac si maneant. Vel enim terra vel mari nos in-adunt. illud iam æquè possunt atq; aliâs: in hoc autem nos residuam omi classem habentes, non impares erimus. Sed hæc undiq; fefelle-unt: ut lib. 7. & 8. liquebit,* 269.

Iuram hoc] *Aliud arg. Iuramenti religione se cogi ad bellum rendum.*

Nec illud] *Inutiles esse Nicias tales socios dixerat, qui nihil mu-*

tua opis

tuæ opis ſocijs conferre poſſint. Ad id reſpondet Alcibiades, negans eum finem comparatam illorum ſocietatem, ut in Græciam auxilia mitterent: ſed ut Sicilienſes hoſtes diſtinerent, atq; occuparent. Ita non inutilem eorum ſocietatem fuiſſe.

Auxilium en.] *Ab imperij ſui conditione deinceps argumentatur: imperium omne his artibus retinetur, quibus partum eſt. Atqui noſtrum auxilium impigrè ferendo paravimus. Eodem igitur modo retinendum.*

Et ſi qui alii] *Et Romanares audendo atque agendo creuit. Omnes enim ferè provincias ſuas pop. Romanus auxilia ſocijs ferendo adquiſivit.*

Quod ſi quieti] *Alterum ab imperio argum. Quicunq; in alio imperium tenent, his minimè quietem agere licet, ſed in omnes ſeparatim vertere, nihil non aggredi & moliri neceſſe habent. Non imperamus. Ergò. Maiorem probat: qui ſi nos quieti eſſe velimus, atq; minimè quieſcere ſuſtinebimus, &c. Hoc argumento utitur apud Dion. lib. 38. ad milites Cæſar.*

Sed quoniam] *Lupum enim auribus huiuſmodi tenere videntur, quem neq; ſine vi & ſolicitudine retinere, neq; ſine periculo mittere poſſunt.*

Atipſorum rationes] *Vi nimirum aut omiſſo imperio in alio quietam vitam agamus: aut ſervientes, ſub alieni præſidij umbra degamus.*

Agite dum conſc.] *Ambitioſo truciq; argum. ſtimulat Athenienſes, ſcienſens, vel ob hoc ipſum in Siciliam eundum, ut ſentiant Peloponneſij, quàm eos non metuant Athenienſes, quàmq; nihil ex ſedato ipſorum capiant voluptatis.*

Simul illis] *Argumentum quòd maximè placebat Athenienſibus, proponit.*

Adhæc ut] *A facilitate argumentatur: Si maximè, inquit, nihil efficere in illis regionib. valeamus, ſemper tamen recedere nobis licebit, nec quiſquam mortalium id prohibere valebit. Sed quàm id potuerit ex ſept. lib. intelligetur: ubi conantes quidem diſcedere, miſerè à nauibus omnes in hoſtium manus venerunt.*

Quamobrem ne] *Quia in fine orationis Niciæ ſeniores ab Alcib. alienare conatus erat: Alcibiades contrà eos dehortatur, ne ſe a iuniorum conſilijs ſeiungendo diſſidia quærant: ſed potius concordiam colendo, firmum robur patriæ potentiamq; ſtatuant.*

270. Neq; ambigitur] *Generale argum. ad ultimum iacit civitatem perpetuò aliquid agendo occupari ſolitam ſemper negocijs exercendam. Quod verum eſſe poteſt: non tamen idcirco talia ſunt negocia quærenda, quæ ſi fallant, cum pernicie ſint coniuncta. Lege hoc in Platonem lib. 8. de legibus in princ. ubi docet quomodo in pace civitas beata exiſtere.*

lia quoque] *Platon. sententia est in Theæteto, motu omnia ari & augeri, quiete corrumpi.*

rtè app.] *Nihil non molitur & tentat, ut imminentem pa- lem avertat.*

timè vellem] *Oratione hac Nicias duplicem finem propositũ t vel ad aliam sententiam animos Atheniensium trahat, vel si e non possit, apparatum copiasq; satis in omnem fortunam va- petret. Argumentum eius, quo tota constat oratio, tale est. q; prævalidæ regioni arma inferre cogitant, eos quàm firmissi- ructos esse decet. Nos ita cogitamus. Ergò. Huius argumenti membra deinceps partitione seu divisione amplificat.*

es quibus] *Medium, ut vocant, Syllogismi terminum, de Siciliæ, amplificat, enumerando omnia eorum præsidia & partes; quia urbes Siciliæ sint magnæ; quia in summa liber- entes; quia multitudine abundent, paribus secum vel singulæ structæ sint, terrestribus utriusque armaturæ militibus, clas- nauticis hominibus, pecunijs privatis publicisq; equitatu, fru- domestico. Non parva profectò singula virium roboris q; do- a.*

tem] *Selinus, Syracusæ, Camarina, Messana, Agrigentum, Gela.*

ersus tales] *Maiorem terminum Syllogismi amplificat, & ones, cur tantum esse apparatum velit interserit.*

uid dignum] *Pedestres copias non contemnendas mitti debe- tis rationibus probat.* 271.

c igitur] *Apparatum in hostes movendum, validum esse de- bat, quia in longinqua regione sit bellum futurum, & ea quæ propria, belloq; gerendo ijs opportunissima, sibi periniqua sit . Hæc nimirum ratio pro Siciliensibus est, quam unicam Fabi- ator in bello contra Annibalem gerendo, T. L. auctore, fuisse, abilemq; donec res eadem maneant, futuram iudicabat. Eius ptissima loco præsenti, hæc sunt: In Italia bellũ gerimus, in sede nostro, omnia circa plena civium ac sociorum sunt, armis, viris, mmeatib. iuvant iuvabuntq;. idiam fidei documentum in ad- eb. nostris dederunt. meliores, prudentiores, cõstantioresq; tem- q; facit. Annibal contrà in aliena, in hostili est terra inter om- nica infestaq;, procul à domo, procul à patria. neq; illi terra ne- ri est pax: nullæ eum urbes accipiunt. nihil usquam sui videt: rapto vivit. partem vix tertiam exercitus eius habet quem Ibe- nem traiecit. Plures fames quàm ferrum absumpsit. nec his iam victum suppeditat. Hæc omnia, quæ pro Italia contraq; An- n facere ostendit Fabius, eadem pro Syracusanis & contra A- ses hoc bello steterunt.*

Gravis

Gravis itaq;] *Peditatum quem prius in genere suaserat dum, nunc in specie declarat.*

Navium verò] *Naves commeatumq; unà mitti exposcit tionem addit.*

Cætera etiam] *Universè concludit, sic omnia esse comp ut suismet ipsi viribus hosti resistere valeant, nec vel minima sociorum opibus fiduciam habeant.*

In alis defigamus] *Plato in Menexeno: Cui verè ex sui sunt omnia ad benè vivendum, nec suspensus aliorum aut b aut contrario, pendere ex alterius eventis & errare cogitur, ma vivendi ratio comparata est.*

Insuper pec.] *Pecunias petit: & pollicitationes elevat.*

Quod si nos] *Concludit præcedentia, ab imparitate patris in bello gerendo.*

Itaq; hoc etiam] *Ultimo argumento apparatus magn astruit.*

Quæ omnia] *Concludit orationem commemorationem p sui, quòd cùm videat in incertissimam fortunæ aleam Rempub theniensibus dari, sic omnia comparare velit, ut quantum sic sua suaq; sint potestatis & nihil loci fortuna & casus habeant.*

272. Quadratum opus] *Mercurium prisci orationis veritatis fidem finxerunt. qua de caussa statuas quoq; eius quadrata figura fecerunt, quòd uti talis figura ex omni parte æqualis, q partem cadat erecta stabiliq; manet: pari modo veritas sibi ip tuò cõstans, nihil dissonum aut discrepans in se contineat: cum multiplex variumq; & incertum existat. Scholiast. Græcus.*

Ædium vestibulis] *Mercurios ceu contra fures custodi nuas poni solitos. Scholiast. Aristophanis in Pluto scribit.*

Et templis] *Ex Pausaniæ Corinthiacis liquet, agrorum terminos lapideis Hermis signari solitos. Et in Hipparcho Pl bis, Hipparchum Pisistrati filium, cùm cives in urbe agnitione miratione sapientiæ suæ implesset, ut rusticos quoq; erudiret, per vias urbis & pagorum Atticæ posuisse. Inde excerptis quib ex sua, quam partim didicerat, partim ipse inveneret, sapienti tentijs, versibus inclusas, Hermis inscripsisse, ut simul ipsius sap civibus innotesceret, simulijs degustatis ad reliqua discenda he invitarentur.*

Nec ad quos] *Plutarch. in Alcibiade, rumorem etiam scribit, Corinthios in Syracusanorum colonorum suorum g id fieri curasse, ut talibus ostentis impedirentur in bello A enses.*

Quæ mysteria] *Μυστήριον Græci à verbo μύειν, quod om*

ſcam, derivans. Nec tamen ineptè Hebræa origine natum
erbo nanque Satar (unde Saturni quoq; nomen, qui in
is) id eſt occuluis, celavit, deſcendit Miſtar abſconſio, res
æca uſurpatione Myſterion.

) Refert lib. 13. Diodorus S. privatum quendam civem
mpore in Senatum veniſſe, profitentem, ſe inquilini cu-
media nocte ingredientes quosdam, interq; eos Alcibia-
Interrogatum autem, quemadmodum facies per noctem
ùm ab lunæ ſplendore ſe vidiſſe affirmaſſet, ſeipſum men-
iſſe. Crimen hoc autem, cuius nomine Alcibiades poſtea
f, excuſat in oratione de Bigis Iſocrates.

in Sic) Diodorus ait, imperatores priùs cum ſenatu in
eraſſe, quomodo diſponendæ res forent, ſi Sicilia poiren-
,ut Syracuſanis & Selinuntijs everſis, reliquis impone-
tributa.

Corcyram) Vtuntur opportunitate Corcyra Athenien-
ſpectu initiò Corcyræos in amicitiam receperunt.

l.unà) Talis apud T. L. L. 29. Scipionis in Africam ex Si- 274
tio deſcribitur.

turum) De hac ſuprà lib. 2.

horum) Trierarchi fuerunt, qui armamenta trire-
m remigibus, dabant. Aliquando autem duo ſimul tri-
uxerunt, aliquando tres, aliquando decem, aut plures.
dum trierarchi armamenta omnia ſuis ſumptibus compa-
rdum à civitate acceperunt. C. Sigon. lib. 4. de Rep. Ath.

no delectu) Ex Catalogo nimirum.

terſe) Atqui nec bello, nec pace, cum civib. nobis & com-
,ſed adverſus hoſtes & inimicos, certamen æmulatio, eſſe
am, ut ſocios quàm ut adverſarijs præſtemus, ſolicitos eſſe
raclarè Alcibiadem Socrates apud Platonem docet. Pri-
certaminibus Reſp. vel laceratur vel negligitur, & nimijs
æratibus animi enervantur.

ibilia forſan) Hermocrates non nunciat ſolùm adventum 275
um Syracuſanis, ſed etiam conſolatur eos, quòd nihil detri-
cepturi, & conſilium dat, qua ratione ipſis rectiſſimè re-
xordium à moribus conſuetaq; opinione populi Syracuſani
a tacita reprehenſione fidem & attentionem ſuæ orationi

men eo) Propoſitio eſt generalis, qua ſe nihil deterri-
m Syracuſanorum, ex fide ſua & patriæ commodo acti-
rum.

ienſes igitur) Narrationem inſtituit, tum adventus, tum
q; Athenienſium.

Itaque cùm) *Specialior propositio, cogitandum quemad r sisti Atheniensibus possit.*

Quòd si quis) *Priusquam consilium exponat, consolatio stituit, quòd minimè metuendi sint Athenienses.*

Non enim) *Primum argumentum consolatorium à co fortunæq; æqualitate.*

Id ipsum quòd) *Alterum à magnitudine copiarum.*

276 Tum siquidem) *Tertiò de gloria perpetratum bellum sic ratiocinatur. Aut victoriam reportabunt ex nobis Atheni spe sua frustrabuntur. Illud nunquam continget. Ergò alter sic fiet, ut à nobis vel penitùs deleantur, vel repellantur, aut erratis labantur. horum ut certum est aliquid de his futu quodcunq; fiet, cum maxima nostra gloria erit coniunctum. I ratione, tum Atheniensium exemplo, confirmat.*

Multa adversa) *Vt à tempestatibus, itemq; suorum pr proditionibus, & inprimis propria imprudentia, quòd sempe quissimis, illis opportunissimis locis pugnavit, &c.*

Quocirca) *Consolatione peracta iam deinceps consilium resistendum sit Atheniensibus, geminum exponit. Primò, ut psos præmuniant, tum aliorum, tum Græcorum, quàm barb auxilia circumspiciant. Secundò, ut non expectent, donec Sic tingant Athenienses, sed ultrò eis occurrendo, vel ab inferen deterreant, vel cum magna sua commoditate depugnent.*

Perpetuo in metu) *Carthaginienses haud iniuria time thenienseis. Nam quo tempore Xerxes ingentes illas in Græ duxit copias: ipsi cum eo fœdere adversus omnes Græcos icto Siciliam terrestres navalesq; copias miserant. quod bellum tur lib. II. Siculus Diodous.*

Cæterùm id) *Alterum Consilium Hermocratis est, ut i classe traijcientes Syracusani, ibidem adventum Athenienss stolentur.*

Hæc maxima) *Explicat consilium suum, cuiusmodi Syr commoditates, hostibus importunitates, ferat. Omnia verò rationibus stipata connexaq; sunt, ut faciliùs ab attento lect madverti, quàm hic perscribi, possint.*

277 Maximè) *Rem ita, ut proposuit, futuram, ex Niciæ imp habitu probat: qui quia peritissimus sit, præ alijs facilè inco tates belli sit animadversurus, & quia invitus in expedition fectus, lætus prætextum honestè omittendi belli sit arrepturus*

Ac eos qui) *G. Canterus lib. 8. Novarum lection. cap. 6. inter καὶ & τοὺς interponendum censet μὴ vel ὃ hoc modo: ne προεπιχειροῦντες ἢ τοῖς γε, &c. nec tam illi solent esse terrori, quos primi invadunt, quàm qui se primis fortiter opponunt.*

Huic igitur) *Concluſio eſt Orationis.*

Quòd contemptum) *Illuſtris ſententia, nec Syracuſanis modò ſed omnibus univerſè in bellis negotijs, pernitiſa. Plerique enim hoc maximè ſe hoſtium contemptum declarare opinantur, ſi vel verborum in eos ludibrijs contumelioſè increpent, aut omnia contemptim & negligenter adminiſtrent.*

Enimverò) *Oratione hac duo agit Athenagoras: ut & civibus ſuis, non venturos Athenienſes perſuadeat, & in Hermocratem, æqualeſq; eius, ut vaniſſimorum rumorum aliores, populiq; liberati inſidiantes, invehatur. Hoc poſtremum & altera parte orationis maximè agit, & Exordium indidem ducit: ut in ipſo ingreſſu omnem fidem & auctoritatem Hermocrati deroget.* 278

Vos verò ſi quid) *Hermocratem primò per ἔνστασιν & inſſatationem refutat. Negat enim Athenienſes ſibi bellum facturos: Quicunque prudentes ſunt, eos certum eſt, tale bellum non moturos. Athenienſes ſunt. Ergò. Argumenti huius vitium inde patet: quòd ſi prudentia intelligatur perfecta, certum eſt talem in hom. num. & proinde in Athenienſes, non cadere: ſin humana quadam providentia experientiaq; nemo ignorat, talem non raro fallere, & non ſemper homines prudentiam & rationem, ſed cupiditatem queq; interdum (ut in præſenti caſu & ſæpè aliàs Athenienſes) in conſilium adhibere.*

Quòd ſi omninò) *Hactenus ἔνστασις, nunc ἀντιπαράστασις. Si omninò veniant, facile vel ſolos Syracuſanos ipſorum vim ſuſtinere poſſe.*

Magis utique) *Primum argumentum de tota Sicilia.*

Nam illud) *Secundum, de Syracuſanis, argumentum.*

Continebuntur) *Hæc interpretatio eſt, ſi retenta Græci textus diſtinctione, pro ξυνέσεται legatur ξυνέσονται. Quòd ſi Græca ſic diſtinguantur, ut poſtremum verbum ἐξώντες ad ſuperius δοκῶσιν referatur, alia per parentheſin dicantur: Μόλις μοι δοκῶσιν οὐκ ἂν πανταπασι διαφθαρῆναι (ἐπεὶ γὰρ δὴ ἐν πᾶσι πολλοῖς ξυνέσεται γὰρ) σφισιν ἐξώντες: talis erit ſententia, vix hercle videntur, &c. evadere ſine internecione poſſe, (& quando nunc minùs, quando omnem in feſtam Sicil. habebunt? conſpirabit nanq; anguſtis ex claſſe com. caſtr. & tab. neceſſ. app. non longè metu eq. noſt. progredientes.*

Noſtri verò) *Altera hæc orationis pars eſt, qua Hermocratem cæterosq; de inventute Syracuſana vehementer increpat, ut qui talibus conſilijs & machinamentis imperium urbis affectent. Simul populum extimulat ad vindictam.*

Atque ita) *Metum civibus ex falſis iuniorum inijcere tentat.*

Civitas noſtra raro quieta) *Contrarium de Venetorum Rep.* 279
Leonardus Lauredanus apud Guicciardinum lib. 8. prædicat: Ha-

possint, ne tale quid ex consilijs perniciosis inventutis c
mul ministerium eius rei sibimet deposcit ipse, ut oper
sa suum adiuvet consilium, vel potiùs libidinem in iu
matibus vexandis expleat.

Nam per deum) *Per aversionem orationis, cum i*
tat. Ac primò de imperio contendit

At leges obstant) *Sed tamen leges non debere*
virtuti Cicero Philipp. 5. Octavio Cæsari Rempub. d
his verbis docet: Legibus annalibus, cùm grandioren
sulatum constituebant, adolescentiæ temeritatem ver
sar ab ineunte ætate docuit, ab excellenti eximiaque
sum ætatis expectari non oportere. Itaq; maiores nostr
modum antiqui, leges annales non habebant: quos m
attulit ambitio, ut gradus petitionis essent inter æqual
gna indoles virtutis, priusquam Reipub. prodesse po
fuit. At verò apud antiquos Rulli, Decij, Corvini, mu
tiore autem memoria, superior Africanus, T. Flamin
adolescentes consules facti, tantas res gesserunt, ut po
rium auxerint, nomen ornârint. Quid Macedo Alex
ineunte ætate res maximas gerere cœpisset, nónne te
anno mortem obijt? quæ est ætas nostris legibus doc
quàm consularis, ex quo iudicari potest, virtutis esse q
sum celeriorem.

Non ad ignem) *Minor est rubor in iuris iniquit*
indignitatem quis prætereatur T. I. lib. 4

s, ut lib. 1. Ethic. Nicom. ait Aristot. ἀλλὰ διὰ τὸ κατὰ πάθος διώκειν ἕκαστα, &c.

an aliquis) De statu populari disputat, contra optimatum m. Populi enim potestas, & iniqua esse videtur, & inepta ad dum: ut lib. 3. in oratione Cleon dicit: contrà divitiis & opi- bicui, maximè idonei ad imperandum.

ego) Obiectioni prædictæ haud absurdè respondet. In po- m potentatu omnia inesse dicit, quæ rectè constitutæ civitati s. Nam & de omnibus rebus eum rectissimè iudicare, & pru- t sanisque civibus in eo locum esse, & divitijs facultatibusq; ue frui licitum. Contrà optimates, sicubi Rempub. obtineant, ltitudini, præter incommoda & pericula deferre: omnia ve- ommoda Reipub. præcipere: nec prudentes cives de populo nec de plebe cuiquam ad magnas opes aut dignationem ali- spirare licere.

issimè multitu. judicare) Sic & Aristoteles lib. 3. Polit. multitudinem ait synceriùs iudicare, quàm unum. & hanc s quoque corrumpi, sicut aqua maior, quàm paucos. Vno ra aut alio affectu superato, totum iudicium falsum esse ne- multitudo verò non facilè simul universa & irasci & peccare

etiam stolid.) Præcedentem orationem ad increpationem confert, quos in præsenti negotio vel summæ imperitiæ vel i obnoxios arguit.

verò) Concludit orationem dehortatione.

itia inquit) Quandoquidem satis asperè iuventutem Syra- 280
Athenagoras increpaverat: dux iste, seu Prætor, vir mode- æquus, media oratione civium studia sedat.

en. cives) θῆτες. Classes in Repub. Athenienſium quatuor 1. Quinquemodalium. 2. Equitum. 3. Zeugitarum. 4. iste- thetes seu mercenarij dici solebant. agros enim ita colebant, fructuum partem divitibus penderent. Vnde hectemorij the- ellati. Sigon. lib. 1. de R. A.

etenses) Octoginta videl. 281

nta equites) Opidò paucos ad tantæ molis bellum.

lsu) Littoris.

orium) Forum rerum venalium: ut ostensum sup. pag. 26.

Niciæ quidem) Opponitur prudentia Niciæ imprudentiæ m. Est enim viri prudentis nihil quod pœnitere possit facere, casus ita præmeditatos habere, nihil ut ei novum aut inex- n accidere possit.

usa fuit) Iamachi sententia audax nimis proculdubio & te- 282
videtur. quòd si verò ex ijs, quæ postea consecuta sunt, æstime-

ger: non ita malam rem sententiam, & fortè tutissimam & s
sinè ...ssarium fuisse censuerim. Liquet enim ex sequentib
Elandem plurimorq; rem Atheniensis corrupisse: quasi toti
confecto in Syracusanos oppugnassent, indubiè beatum felici
sem.

Prælio decernendum] *Fuit Lamachus dux admodu*
avidus q; certaminum. inde Aristophanes dicit pro etiam
quidam, μισολάμαχον quidem, hoc est, invisum Lamachu
pellat

Primo congressu] *Subita conterrent hostes, ut scitata*
Regula Vegetij. Sic Annibal primo adventu maximè terr
Romanis: qui paulatim inde assueti cum eo bellige are, d
periores evaserunt. Idem p. æsenti Atheniensium expedition

283. Ad se potiùs] *Hoc multò magis futurum fuisse si prius*
in urbem obsedissent, indeliquet; quòd postea cùm eam i
pam venissent, Syracusanos tamen ad quot prælijs victos o
pissent, non pauci ad ipsos transierunt.

Cùm opport.] *Altera quoque lectio est, ἐπὶ κέρως. q*
sus interpretatur; agm ne longo cæteris navibus instructis.

Contemplati portus] *Plutarchus in Nicia, navem*
Syracusanam scribit, & in ea tabulas, in quas tributim n
vium Syracusanorum scripta fuerint. id q; solicitus habuisse
fortè oraculi sortiti impletæ essent, quo dicebatur, Athenienses
omnes Syracusanos.

284. Magis è Rep.] *At iustius est evadere sontem, quàm da*
nocentem. Et grave est ita sceleratum requirere, ut innocen
tum fiat. l. si quis. C. de his qui latrones, &c.

Ob ind. improb.] *Ideo, inquit etiam improborum hon*
d cia admittebant, ut nemo seu nocens, seu innocens, ind
evaderet.

Nam quia fama] *Confirmat hoc Machiavelli senten*
lib 1. cap. 28. Comment. in T. L. ideo magis ingratos erga civ
enses fuisse, quàm Romanos alios q; ait; quia sæpiùs Athenie
rum civium fraude & tyrannide aniè oppressi, postquam si
libertatem adeò meticul si & suspicaces fuerint effecti, ut a
minimam offensam, imo ne speciem quidem alicuius tyranni
uliam abire paterentur.

Verùm Lacedæmonios] *Regis Cleomenis opus de qu*
Nom. prop.

Amatorio enim] *Digressionem instituit Thucyd. ad Ha*
Aristogitonis celebre facinus enarrandum. Cæterùm ex
mox huius narrationis, & cæteris quæ sequuntur, liquet:
*clarorum & illustrium virorum facinora, ob quæ ab omni

ium feruntur, à privato magis affectu, quàm virtute & patriæ honestæ ve amore, initium habuisse.

Ut vulgò opinantur] *Hanc certè opinionem Plato quoque in Hipparcho amplectitur. Ibi nanque Hipparchum Pisistrati filiorum natu maximum & sapientissimum appellans, multis verbis sapientiam eius prædicat. Ipsum verò imperasse, cæsoq; eo Hippiam per triennium imperium, quod ille iustissimè rexerat, in tyrannidem cōvertisse.*

Medocris fortunæ] *Μέσος πολίτης, inquit Thucydides. Id genus civium optimum Aristot. l. 4. Polit. c. 11. esse ait. Et Phocylides: πολλὰ μέσεσιν ἄριστα, μέσος θέλω ἐν πόλει εἶναι.*

Vicesimas solum] *Et tamen pro tyrannis habiti.* 285.

Pristinis suis legibus] *Pisistratum etiam in ius se vocari aliquando passum ferunt. Aristot. lib. 5. Polit.*

Canistrum in pompa] *Pausanias in Atticis: Virgines duæ non longè à Poliados habitant: eas Athenienses Canephoras appellant. hæc certum tempus apud Deam commorantur, deinde ubi dies festus advenit, per noctem capite tollunt, quæ Minervæ sacerdos ferre iusserit, cùm neq; ipsa quid ferendum det, neq; virgines, quid ferant, sciant.*

Magna Pan.] *De his sup. dixi l. b. 5.*

Tum verò Harmodius] *Gell. lib. 9. cap. 2. Athenienses nomina fortissimorum iuvenum, Harmodij & Aristogitonis, qui libertatis recuperandæ gratia Hippiam tyrannum adorsi fuerant, ne unquam servis indere liceret, decreto publico sanxerunt: quoniam nefas dicerent, nomina libertati patriæ devota, servili contagio pollui.* 286.

Confestim non] *Præsentis animi expeditiq; consilij in Hippia est exemplum.*

Multos civium] *In his Leænam meretricem tandiu diris cruciatibus laceravit, dum animam efflaret; quòd cùm amica Aristogitonis fuisset, conturationis eius, per quam occisus est Hipparchus, consciam fuisse suspicabatur. Huic verò postea eiectis tyrannis æneam statuam Athenienses posuerunt.*

Hippiæ quod] *Hoc Epigramma Simonidæ poëtæ Arist. libr. 1. Rhet. tribuit.*

Patremq; virumq;] *Simile huic exemplum est Mariæ Austriacæ, quæ Imperatorum, Caroli V. filia, Maximiliani II. Coniux, Rhudolphi II. mater, & Philippi Hispaniarum regis soror, fuit.*

Ibitum cuidam] *De hoc ita scribit in Alcib. Plutarchus: Inter vinctos illorum criminum caussa erat etiam orator Andocides. cui præcipuè suspicionem fecerat mutilatorum signorum, quòd inter multa alia præcisa, signum ad eius ædes positum propè solum manserat inviolatum. Accidit ut supra cæteros, qui ex eadem caussa vincti erant, amicitia Andocidi cum Timæo quodam esset. Hic Andocidi consuluit, semetipse cum paucis alijs ut deferret: Confitenti enim,* 287.

concedi ex plebiscito impunitatem, exitum incertum iudicij p
bus maximè terribilem esse. Satius esse, ut per mendacia inc
sit, quàm ex eodem crimine pereat ignominiosè, qui si com
publicum spectet, conducere, ut paucis dubijs multos & bon
eximat iræ populi. His Timæi verbis inductus Andocides, d
ipso & cæteris confessus est: ac maioris fidei caussa adiecit p
servos.

288. Vel apud hostes] *Ne hostes hoc animadverso animos sin*
castra aggrederentur, & cladem aliquam Atheniensibus af
Portus.

Exilium sibi mox] *Cognitus à quodam, dicente: nos fidi*
biades patriæ tuæ? Cætera, inquit, omnia: sed de capite meo,
tri quidem, ne fortè per imprudentiam, pro albo calculo atru
ret.

Capitis ipsum] *Audito capite se damnatum à divibus:*
inquit, illis ostendam, me vivere.

Ab læva parte] *Lævam partem Siciliæ appellat, quæ l*
gentibus ab læva manu sita est.

Non protinùs] *Hæc Lamachi sententiæ suffragantur.*

289. Non insciis] *Cogitabant Athenienses, absentibus dom*
cusanis locum opportunum ad urbem occupare. Nam si præs
ferent, nec ex navibus excensum facilem futurum, hoste in li
stante, neque terra se facilè copias ad urbem equitum men
posse, videbant.

Ad Dascona] *Ignarus hoc loco Vrinshemius, δάσκων*
proprium sinus esse, dumetum convertit. at δασὺ quidem h
vel obsitum significat: δάσκων verò nunquam appellativi
tur.

Anapi pont.] *Pariter hic Valla non considerans τὸ ἀνά*
prium esse fluminis, cuius deinde sæpiùs fit mentio, nomen
tit, pontem quo remeatur à navibus.

Pontem solverunt] *Plut. in Nicia: Dum pontes flum*
cias rescindit, materiam præbuit Hermocrati, iactandi ad con
dos suos, ridiculum esse Niciam, qui id ageret, ne pugnaret, q
ad dimicandum venisset.

In subsidiis] Ἐπὶ ταῖς εὐναῖς. *M. Crusius intelligit triari*
les apud Romanos fuerunt.

290. Quadr. agm.] Ἐν πλαισίῳ. *Genus enim quod plasium pa*
ra longius appellamus, in longitudinem magis quàm latit
porrecta acies vocatur. Ælianus.

Generatim] Κατὰ ἔθνη. *Sic Cæsar loquitur. Generati*
singulas gentes, quæ in acie stabant.

Quid verbis opus] *Oratio hæc brevis & militaris est,*

men ad præſens negotium confecta. Perſimilis eſt duarum orationum, Annibalis & Scipionis, in principio ſecundi Pun. belli, quas lib. 21. Livius recitat. Orditur autem per reiectionem, negans verbis opus eſſe, ubi facta cernantur.

Copiæ meherc.] *Primum argumentum à copiarum robore, & hoſtium exercitu infirmo & tumultuario.*

Adhæc cùm] *Alterum argumentum à comparatione copiarum.*

Recordamini] *Tertium, longè firmiſſimum à præſente neceſſitate. Talibus in orationibus Scipio & Annibal utuntur. Sed illæ collocatione differunt. Scipio enim poſtremo loco neceſſitatem ponit: Annibal & in principio & in fine.* 291.

Nam præ equitatum multitudine] *Ita Myronides Athenienſis dux adverſus Thebanos exercitum ducens, progreſſus in campos, arma milites ponere, atq; undique circumſpicere iuſſit: Tum: Videtis, inquit, quantus ſit campus. hic ſi fugiamus, cùm equite hoſtes abundent, omnes nos capi neceſſe eſt: ſin maneamus, multiplex vincendi ſpes eſt. Polyænus lib. 1. Strategematum.*

Proinde mores] *Concludit orationem adhortatione.*

Tempore anni] *Plutarch. lib. de cauſſ. Nat. Verna tempeſtate & autumno, propter temperiei inæqualitatem plurimùm tonare ſolet.* 292.

Ducum noc. mult.] *Complurium imperium bello inutile. Livius. Et Homerus Iliad β. οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω.*

Vtrunque] *Fortitudinem animorum & rei militaris peritiam.* 293.

Fiducia ſ. p.] *Vegetius de R. M. lib. 1. cap. 1. Scientia rei bellicæ dimicandi nutrit audaciam. nemo facere metuit, quòd ſe bene didiciſſe confidit.*

Legati ad vos] *Perſuadere conatur Camarinenſibus Hermocrates, ut arma cum Syracuſanis adverſus communes omnium hoſtes Athenienſes coniungant. Exordium breve eſt, cauſſam legationis exponens: quòd non copias & exercitum, ſed eloquentiam timeant Athenienſium Syracuſani: ne videlicet quos iuſta vi adigere non poſſunt, verborum ineſcatos delinimentis in ſuas partes attrahant. Deinceps argumenta partim proponit, ut ſecum in Athenienſes arma ſumant, partim obiectiones contrà oppoſitas refellit.* 294.

Veniunt enim] *Primum argumentum. Quicunq; ſub honeſta ſpecie, revera totius Siciliæ dominatum quærunt: eos æquum eſt omnes Sicilienſes, præſertim qui Dorici ſunt nominis, oppugnare. Athenienſes ita dominatum quærunt. Ergò, &c.*

Medici nanque] *Hæc ſequentia ſatis ex primo Thuc. libro apparent.*

bent, ea si eo sim singula aggrediare, parvo sæpe labore
Ita Scilurus moriturus, facula singula facilè confregit, q
octoginta filijs eius colligata frangere poterat. Plut. in A
torij iussu, imbecillus vir validi equi pilos ex cauda sing
negotio evellit, quod robustus in equo invalido caudam
nu trahens non potuit. Id. in Sertorio.

Dissidia excit.] *Concordia enim res parvæ crescun*
magnæ dissabuntur: ut Salust. ait. Et Veget. lib. 3 cap. 1
stes discordiarum serere caussas, sapientis est ducis. null
vis minima natio, potest ab adversarijs perdeleri, nisi pr
tatibus seipsa consumpserit. Nam civile odium ad inimic
ciem præceps est, ad utilitatem suæ defensionis in cautum

An verò putamus] *Obiectionibus deinceps respond*
adversus eos, qui Syracusanorum oppugnationem longi
ad se pertinere putabant, ait si Syracusani conflagrent, pr
ex continentibus tectis ad cæteros incendium traiectur un
res agitur paries cùm proximus ardet. Talia argument
quoque Europæis Turcicum bellum suadent: horum en
tiores alijs periculo videntur. Nam ut describit lib. 13. Gui
Christi 1518. omnes principes Christiani in Turcas exped
creverant, tamque qua parte & quibus viribus quisque
hostem aggredi deberet, constitutum habebant Verùm hæ
expectatione cœpta fuerint, omnesque se ad tam iustam c
borum magnificentia paratos ostenderint: tamen cùm
periculum incertum & valdè remotum, magisque ad uni
alterius rationes spectare censeretur, & privatæ rationes &
vincebant; adeò ut hæc non modò eò usque, ut spes aliqua
sit, non sint perducta, verùm etiam leviter de adestantur

ôd si quis] *Altera obiectio: Iniquum esse, postulare, ut cùm usani soli oppugnentur, cæteri id in se bellum avertant suaq; cor- r fortunas pro alienis periculo obijciant.*

in mentem] *Respondet obiectioni: Verum quidem esse, in Sy- no agro bellum futurum, sed tamen cum maximo cæterorum e- iento. Nam cùm omnes pariter armis petantur, solos tamen usanos agros belli cladibus obiecturos, cæteros cũ validis & inte- cijs simul bellum gesturos, quod alioqui soli sustinere cogerẽtur.*

quis autem] *Tertia obiectio: Syracusani, dicant Sicilienses, ntiam invisi nobis simul & metuendi sunt. Itaq; rectissimum senti negotio erit, si al quantum bello spiritus eorum opesq; de- ntur, ut deinceps moderatiùs agant; sed ita servandi, ut & no- n sint potentiores & contra externos hostes satis validi defen- Nónne & hæ rationes multos hodie Christianos inducunt, ut os alijs infestos incumbere lætentur? Ac penitùs quidem in ho- eos potestatem redigi nolunt. (tum enim ipsi proximi periculo) perpetuò tamen eorum bellis destineri cupiunt, ne unquam natibus impedimentum afferre possent, sed respondet egregiè ta- onsilijs Hermocrates.*

anè] *Respondet Hermocrates: absurdum esse, id optare, quod ni arbitrij non sit. neq; enim ipsorum potestatis eventum belli fu- , ut neutrum eorum quæ ipsi detestentur fiat. Fieri enim posse, penitùs præter eorum voluntatem delcantur Syracusani: fieri posse, ut (quod multò minùs velint) egregiè victores in eodem vadant. Vtrunq; verò magno ipsorum malo futurum, nisi ante n partem belli & periculorum capessant.*

ec vos] *Ex præcedentium occasione increpat Camarinenses lia parùm rectè reputaverint: cùm potiùs idem iam Syracusanis re deberent, quod ipsi si priores in tale discrimen venissent, ab il- tendissent.*

terùm fortasse] *Quarta obiectio: Aiebant Aamarinenses, re prohiberi, quo minùs in Athenienses sumerent arma. His det: id fœdus non contra eos esse comparatum, qui amici & ei- ederi sint adscripti, sed si quis externus hostis fœderatorum ali- oppugnet. Iam se amicos esse & eodem fœdere contineri, ab A- nsibus verò per iniuriam oppugnari. Non igitur contra se A- nses in bello iuvandos.*

egini qui] *Confirmat Rheginorum exemplo sententiam, qui ræ cæteris honestam Athenienses iuvandi speciem habeant, pru- r tamen fraudem eorum cavere sciant.*

thercle] *Tertium suasionis argument. ab inhonesto desumit: e est æternos hostes contra consanguineos iuvare: Nos consan- i sumus: Athenienses tales hostes. Ergò.*

Neque

ſes abſterrens, primò conſanguinitatis obteſtatione, inde
ratis illam ſocietatem ſecuturæ. Sive enim Athenienſes,
ſanifiant ſuperiores, præmium victoris futuros.

Societatis equidem] *Orationem ſuam Euphemus*
proœmio ab ipſa orditur propoſitione. Ait enim, ſe ſocieta
dæ cauſſa advenſſe, deq; ea etiam acturum. Sed mutaſſe
orationis Syracuſanum, qui ultrò accuſando Athenienſe
defenſionem criminum obiectorum inſtituere cogatur. D
tes ſunt huius orationis. Priore crimina diluit ſuſpicion
commemoraverat in oratione Syracuſanus: altera ad ſu
ma iungenda Camarinenſes hortatur.

Caput argumentorum] *Obiecerat Athenienſibu*
tes, quod Ionas in ſocietatem poſt Medicum bellum adſciſ
ſervitute oppreſſerint, & cum his perpetuò Dorienſes inf
oppugnárint. Itaque & Camarinenſes monebat, idem e
ſum amicitiâ paſſuros, qui licet iam blandiantur, inſi
dium in Dorienſes (quo numero ſint & ipſi) nunqua
Huic reſpondens Athenienſis utrunque confitetur, ſe
giſſe, & Dorienſes armis oppugnaſſe. Sed utrunque iu
defendit: eoq; ſimul præſens imperium ſe inſſe, vetuſtu
tenere, evincit. Ionas enim ſe iure belli, cùm adverſus
barbaris arma ferrent, domuiſſe ait: adverſus Deros autem
rere aliquando præter fas cogerentur, perpetuò ſe viriu
munïſſe.

297. Quòd tum valid.] *Summa hoc loco Athenienſium*

Sanè quisquam Athenienſium, etiam acerbiſſima fortuna mentionem, ſane miſereri poteſt.

Arma enim] *Verum quidem: ſed maxima ex parte inviti, & iam pridem ſervientes, nonidem quod Athenienſes arbitrium belli habuerunt.*

Nunc verò] *Quæ de imperio ſuo purgaverat concludit, & ad præſens negotium accommodat: oſtendens, hoc ipſum bellum pari de cauſſa abſe ſuſceptum, ut Peloponneſijs maiore vi obſiſtere poſſent.*

In præſentia] *Vbi enim ſemel animum ſuſpicio occupavit, licet verbis poſtea aliijs & modis aliud perſuadeatur, tamen ubi ad rem ventum eſt, veterem ſuſpicionem metus reſuſcitat.*

At verò] *Cauſſas inſtituti adverſus Syracuſanos belli explicans Athenienſis, aliquot ſimul ſuſpiciones ab Herm. iniectas evellere conatur.*

Hos liberari] *Leoninos videl.*

Alii quia locis] *Corcyræos, Zacynthios, Cephallenes, intelligere* 298.
lebat.

Imperium nanq;] *Accedit ad rem præſentem Euphemus, oſtendens ex parte Camarinenſium, quas ob cauſſas oblatum ab Athenienſibus auxilium non debeant aſpernari.*

Vos priùs acciviſtis] *Id fuit anno quinto belli huius: ut ſup.*

Quod autem] *Occupatione ſuſpicioni iuſtæ occurris. Quia enim horum apparatus advenerant Athenienſes, maius aliquod, quam ipſum bellum, eis propoſitum videri poſſe; ut verſa ratione civilis capiendæ conſilium ſubeſſe.*

Non ſuimus autem] *Concluſio eſt orationis, conſtans enumeratione* 299.
propoſitum defenſionis, & adhortatione ad oblatam ſocietatem & capeſſendæ.

Multa negotia] *Semper enim ob πολυπραγμοσυνης vitium Athenienſes audiebant. Sic præco Thebanus apud Euripidem apud. ad Theſeum Athenienſium regem, ait: Πρᾶσσειν δ' ἐς πόλιν πολυπράγμονα, Cui Theſeus reſpondens: Τὰ γὰρ πολεῦντα ἀλλ' ἐυδαιμονεῖ. quod tamen non ſemper contigit Athenienſibus.*

Rerum ſtudium] *Ita πολυπραγμοσύνην appello: quia uno exprimi vocabulo latino: ut A. Gell. lib. 11. cap. 15. dicit πολυπραγμοσύνην ait eſſe, ad multas res aggreſſionem animum attentum.*

Qui ſe læſum iri ſperat.

Qui inſidijs petit alium.

Si ſocii] *Lib. 4. indivimus, ſocietatem publicè inter ſe contra Cyllenen*

300. Cyllenen Eleæ] *Isocrat. Argos eum se contulisse ait. in theniensium, ab Argivis ipsum petentium, ad Lacedæmonios gere coactum.*

De crimine] *Oratione hac Alcibiades, non incitat solù lum Lacedæmonios, sed consilium quoque super eo submin curata omnia totius orationis dispositione & artificio perseq non tam Lacedæmoniorum viribus, quàm Alcibiadis consil deinceps secutas calamitates acceperint Athenienses. Ex rationis nullum est ferè. quo videtur Lacedæmoniorum voluntatem coluisse, quos breviloquentiæ amantissimos fa disset, si longiore nec necessaria præfatione usus esset. Pri que suspiciones, cæteraque ob quæ Lacedæmonijs invisus es purgat. Inde consilium eis, qua via bellum geri debeat, dan quibus Lacedæmonij ad bellum gerendum inflammentur Exponit enim Atheniensium ordine conatus & consilia ins & Syracusanos, nisi ex Peloponneso auxilijs iuventur, in resistendum fore, docet. His peractis, tum demum consili que belli gerendi duplicem exponit: ut & in Sicilia & in C mino bello Athenienses oppugnentur. Sub hæc rursus sus se, quas ex oratione concipere Lacedæmonij potuissent, purga ram suam in bello administrando pollicetur & Lacedæmo suscipiendum instigat.*

Hospitium igitur] *Purgat primò crimen, quòd Argi tineosq; ab Lacedæmonijs abalienatos Atheniensium societa xerit, & ad arma concitarit. Id defendit absoluto iuridicial cisse id se: sed iure fecisse: quia priùs Lacedæmonij ipsi de se b fecerint iniuriam.*

301. Inimicis meis] *Niciam designat.*

Quòd si me ideò] *Alterum crimen obiectum purgat: nimè Lacedæmonijs amicum, qui tanto studio populi opes rit augere.*

Me quoq; ex p.] *Isocr. in oratione de Bigis; eosdem ai dem urbe pepulisse, qui statum postea popularem solverint.*

Iustum piumque] *Neminem ob defensa publica nego suæ, infamia sequitur. lib. 9. C. ex quibus caus. infam. irrog.*

Vt quam quisq;] *Ita Octavianus Cæsar incusanti cuid nis pertinaciam, quòd seipsum vita privare, quàm Iulium adspicere, maluisset: Quisquis, inquit, præsentem Reipub. stat tari non vult, is & civis & vir bonus est.*

Et in qua florentiss.] *Qui de Rerumpublicarum for earum sit reliquis præstantior, inquirunt: exemplorum ma gatione mihi labi videntur, dum vitia earum, quas repudi censere solent. Vt qui populi imperium reprobant, Atheni*

i, Carthaginensis, & aliorum populorum intemperantiam al-
ui regium, tyrannorum exempla: qui optimatum, triginta
heniensium & decemviros Romanorum citant. Ita nulla est
forma, cui non quædam vitia tam argumentis quàm exem-
ctari possint. Verùm enimverò ego eos primò falli puto, qui
stas Rerumpublicarum nimis abstractè accipiendo, aut ab-
Democratiam, aut meram paucorum potentiam, aut plenam
testatem, sibi proponunt. Ita enim iudico, in hac hominum
& moribus optimatum quanque Rempublicam non unius o-
ò formæ esse, sed ex reliquarum unaquaque aliquid parti-
quamvis ad unam præcipuè sit comparata. Sic in Romana
nperium præpollebat: interim ex monarchia dictatores, im-
s, belliq́ue duces, ex Aristocratia senatus auctoritatem &
um prærogativam, sumpserunt. Deinde illud censeo, nul-
publicæ formam alteri absolutè præferendam; sed ut popu-
versi sint mores, ingenia, habitus, ita alij genti aliam Reipu-
rmam convenire. Sic Romanis utilissimum & saluberri-
itiò fuisse regium imperium Tit. Liv. lib. 2. in principio
Iidem postea in libertate & populi imperio degentes, ad id
m qua virtutis, qua potentiæ suæ Rempublicam perduxe-
uod omnis ætas suspicit & admiratur. Rursus cùm eo am-
is pervenissent, ut & magnitudine laborarent sua, & iam
es euntes nec vitia sua, nec remedia eorum, pati possent:
nonarchia, quæ fluctuantes dissipatosq́ue in ordinem co-
ub Octavio Augusto, opus habuère; ut præclarè docet Dion.
Videmus igitur, eidem genti alias aliam Reipublicæ for-
speciem convenire. Quæ autem cui conveniat, id tum ex
cuiusq́ populi & modo Rerumpublicarum ratiocinanti pa-
st, tum isto, quod hic Alcibiades tradit signo non parùm co-
r. Supremus enim omnium Rerumpublicarum finis est, ut
iciter beateq́ unà omnes vivamus. Vnde in qua forma gens
maximè floret, sanctitate, virtute, amplitudine præcellit, hanc
imè convenire meritò iudicabimus. Huic etiam formæ con-
e tuendæq́ & propagandæ, operam publicè privatimq́ con-

verò ea] Accedit ad caussam ipsam Alcibiades: & priùs
n Atheniensium in bello gerendo exponit, ut imminentis peri-
s territi Lacedæmonij tanto magis ad opem Siciliæ ferendam
t.

liis] Veluti Celtis.

m verò] Alterum proponit, quòd Sicilienses minimè susti-
s Atheniensium, sine Peloponnesijs, possint: quia nimirum
discordes

discordes sint, quia soli Syracusani bellum gerere cogant iam terra victi, mari insuper obsideantur. Itaq; ait, nisi ma curratur, mox Siciliam Athenienses, inde Italliam, tande ginem subacturos: quibus in unum collatis viribus, nulle inceps Peloponnesum expugnare possint.

302. Suadeo igitur] *Iam nunc consilium duplex de belli tione exponit.*

Vnicumq; hoc bello] *Quæri potest, cur si tanta su tate Deceleam communire Lacedæmonij potuerunt, non t decursu senserint eam opportunitatem, & vel Pyli comm moniti sint de simili ratione belli gerendi? Ad id responde lib. 9. posse videtur; ubi scribit: Decelienses aliquando re tuum utilem gesserunt. Cùm nanq; olim ad vestiganda Tyndaridæ cum magnis copijs oram Atticam invasissent, sedibus pellerent, ignari ubi locorum occultata Helenæ esse ses feruntur eis rem omnem gestam exposuisse, Aphidna duxisse. Quo ex facto Deceliensibus mansit ad hanc usq; in Sparta immunitas vectigalium & dignitas præsiden multos post annos bello quod inter Athenienses & Pelop gestum, Lacedæmonij cùm cæteram Atticam evastarent abstinuerint.*

Iudiciis commoda] *De his Xenophon de Rapub. At bit: Bona populo Athenienſi ex iudicijs hæc provenire dic quòd à prytaneis mercedem per totum annum accipiunt: d domi sedentes sine navigatione socias civitates administra lares servant, adversarios autem opprimunt in iudicijs. quisq; domi iurisdictionem haberent, cùm sint perosi Athe ex suis everterent, qui essent populo Athenienſi maximè an & hæc lucratur populus Athenienſis, dum Athenis ius Primò centesima urbi maior est in Piræeo: deinde si cui aut mancipium meritorium est. præterea præcones meliùs propter sociorum peregrinationes. Ad hæc nisi ad iurisdi nirent socij, eos tantùm Athenienſium honorarent, qui ad garent, imperatores, triremium præfectos, legatos: at nunc ciorum unusquisq; populum colere Athenienſem, intellig Athenas proficiscendum ad experiendum & dicendam cau apud alios, quàm populum, &c.*

303. Atq; profectò] *Explicato consilio Alcibiades, prius q orationem, necessariam subiungit suspicionem purgatione quia ingentia pollicebatur, consilium etiam maximè perni tria dabat: haud immeritò eam de se opinionem evellit, ne sceleratus & infidus (quis enim ei ullam habeat fidem, qui impius est?) vel exulum more, qui ut se novis amicis comm*

hil non ad gratiam eorum loquuntur, vanus & temerarius esse videatur.

Majores quippe) *Lacedæmonijs se instiùs favere quàm Atheniensibus, ait. Vos quoq; Lacedæmonij mei adversarij fuistis. At hostes hostem iure belli oppugnastis. Athenienses verò non hostem, sed amicum sibi, contumelia exagitârunt.*

Nunc autem) *Quo maior verbis suis fides sit, operam in toto belli negotio non segnem inutilemq; pollicetur.*

Quocirca cùm) *Conclusio est orationis, qua Lacedæmonios excitat, tùm magnitudine negotij præsentis, tum commodis belli eventum secuturis.*

Aliâ nanq;) *Extra aditus loci, quos munire statuerunt.* 304

Epipolas cum) *A Græco ἐπιπολῆς, quod est in superficie seu summitate esse, super cætera editum.*

Tribus una) *Sigonius lib. 4. de Rep. A. Cùm exercitus apud Athenienses conscribendus erat, ἐκ τοῦ καταλόγου, id est, ex tabulis conscribebatur, in quibus per tribus omnium civium nomina scripta erant, qui arma per ætatem ferre poterant. Atq; ita in suis quinq; tribubus instructi, cum hostibus de communi salute, inter se autem de laude & gloria certabant. Sic enim, ut scribit Herod. cum Medis in Marathone dimicatum est: & Thuc lib. 6. tradit, Atheniensium armatorum tribum & cum ea equites omnes, impressione facta equitatum Syracusanum in fugam coniecisse.* 305

Trophæum pugn. equest.) *Polyænus lib. 1. Strateg. Nicias castrametantibus Atheniensibus circa Olympium, in planitiem quæ pro castris erat tribulos iussit spargi. Cùm postridie equestris dux Syracusanorum equites produceret, in turpem fugam conversi sunt, tribulis in equorum pedibus infixis, ita ut multi ex ipsis ne progredi quidem possent, & à scutatis solidos indutis calceos interficerentur.* 306

Simul interea) *Murum contra Atheniensium munitionem obijcere constituunt Syracusani, eo consilio, ut siquidem absolvant opus antequam prohibeant Athenienses, impediant eo obico, quo minùs institutæ circa urbem munitiones perficiantur: sin accurrant prohibendi caussa Athenienses, intecto ibi certamine, omnibusq; in eam partem copijs eorum aversis, alia interim parte aditus obstruantur.*

Ne si dividerent) *Dividendæ autem fuissent, si Atheniensium munitiones oppugnarent: quòd interim suæ quoq; munitioni præsidium firmum relinquere debuissent.*

Substructionem) *Quam obiecerant Atheniensium munitionibus Syracusani.*

Ab munitione) *Orsi scilicet ab hactenus perfecto opere.*

Per mediam pal.) *Vt videlicet novum Atheniensium opus impedirent.*

307 Machinas &c.) *Pari consilio aliquot postea ætatibus Spartam Pythagoras dux ab Romanis oppugnatam defendit. Cùm enim magna vi iam irrupissent in urbem Romani, succendi ædificia proxima muro iussit. quæ cùm momento temporis arsissent, lateq; funderetur flamma, & qui extra urbem erant Romani recesserunt à muro, & qui iam intraverant, ne incendio à tergo oriente intercluderentur à suis, sese receperunt. T. L. l. 34.*

308 Ob patris quondam) *Cleandridas is fuit: qui in expeditione contra Athenienses Plistoanacti adolescenti adiunctus, & pecuniæ ab Pericle ob reditum acceptæ postea insimulatus damnatusq;, Thuriæ profugus egit vitam.*

Contempsit nau.) *Imprudenter agit Nicias, dum eis contemnit, cuius adventu versa est penitus Atheniensium fortuna. Parva sæpè scintilla contempta, magnum excitavit incendium. Ita incautus ab rebus secundis Nicias, rem maximi in summam totius belli momenti neglexit. Vnde protinùs secundissimæ Athenienſium conversa res sunt, ut & ipsi velut somnio lætiore, quàm quod mentes eorum capere possent, nequicquam eluderentur, & Syracusanos eadem, quæ impedierat expediret fortuna.*

Propalàm ruperunt) *Nimirum cùm semel peccare homines occeperunt, pluribus se semper maioribusq; sceleribus immergunt: ut nihil quod meritã deo hominibusq; in se animadvertendi caussam præbeat, omittant. Tantus furor Athenienses tenuit ut ingenti in Sicilia occupati bello, Lacedæmonios tamen quiescentes hactenus, ultrò nec ullo invitati emolumento, in se irritare non vererentur. Occæcat enim animos fortuna, ubi vim suam ingruentem frangi non vult: ut Liv. ait. Vel potiùs Deus, cùm sæpiùs moniti correptiq; homines benignitatem eius aspernantur, mentes eis sanas aufert, & in omne genus scelerum, extremamque ultimùm perniciem iusto iudicio prolabi permittit.*

Orant. Arg.) *Argivi Lacedæmonio gravati bello, Athenienses eodem illigari cupiebant. Hoc nimirum est quod lib. 4. Thucyd. de corruptis Græcorum moribus dixerat: fidem eos inter se, non iuris iurandi religione, sed communi aliquo perpetrato scelere, obligasse.*

LIB. VII. THVCYD.

309 Gylippus &c.) *Iam tandem ruere Athenienses incipiunt, omniaque in peius mutantur: versa nimirum post Gylippi adventum fortuna, divinisq; opibus & humanis consilijs rem Syracusanam adiuvantibus.*

Exigua parte) *Tarditatem Niciæ & Atheniensium haud obscurè reprehendit, qui cùm facilè, si nihil ab ulla parte curæ aut laboris remisissent, claudere undiquaque Syracusanos operibus potuissent:*

x indiligentiùs in opere versati, aditum Gylippo reliquerint.

spreto) *Plut in Nic. scribit: Ex militibus nonnullos per lu-*
rogasse; Ex uniúsne lanæ & baculi Laconici præsentia eva-
pentè tam validæ res Syracusanorum, ut contemptui habe-
enienses, qui multò robustiores Gylippo magisq; comatos tre-
pissent.

emis Athenienſis) *Omen hoc fuisse navalium deinceps* 311.
videtur.

magno tum.) *Admodùm significante verbo utitur hoc lo-* 312.
κατηράχθη ἐς τὰ τειχίσματα.

riores res) *Epistola hæc Niciæ nuntiatoria est; vel etiam* 313.
. Rerum nanq; in Sicilia publicè privatimq; statum eum in
arrat, ut Athenienses exercitum vel domum revocent, vel
on panitendà mittant, & ipsum imperio absolvant. Exor-
ve est, allegatione constans superiorum Epistolarum, & pro-
futuræ Narrationis.

posteaquam) *Narrationis duæ sunt partes. Priore quid*
ter ipsos & Syracusanos gestum, quæ hostium in futurum
nt, quidq; ipsi iam agant, enarrat. Altera incommoditates
alamitates recenset.

munim. n. rer.) *Leni hic verbo Nicias utitur: ἀνεχωρή-*
τὰ τείχη. Et aliò priùs Thuc. utebatur, eos cum magno tu-
trepidatione munimentis incidisse. κατηράχθη τὸ στράτευ-
τειχίσματα. Idem Latinis quoq; scriptoribus, & Cæsari in-
commentarijs, est usitatum, ut cùm Romani milites pulsi ab
uga sibi consulere coacti erant, in tutum se recepisse scribant:
u: Nostri cessére parumper.

d autem mari) *Per occupationem ad alteram narrationis* 314
ransit.

naves) *Classis duo incommoda ponit: ipsarum navium im-*
em, & τῶν πληρωμάτων, id est, tam nautarum quàm classi-
ilitum inopiam & infirmitatem. Naves autem inutiles esse
putres sint: hoc verò, quia diu in aqua steterint: hoc rursus;
es omnes partim in perpetua contra hostes statione, partim
eatibus, esse cogantur.

ipsorum urbem) *Ad Plemmyrium videl.*

gè autem) *Classis incommodis explicatis, alia detrimenta re-*

go) *Excusat, cur adeò nihil lætum aut secundum, sed omnia* 315.
versaq; perscribat. Id verò & tutissimum & utilissimum sibi
ribit: his præsertim Atheniensium moribus: ut nihil reticendo
atiam blandiendo, & Athenienses rectè consultare, & ipse
s esse possit.

nùs loco apparet.

316 Superiore nanq,) *Haud absurdè hic Lacedæmonij cundæ adversæq; fortunæ ratiocinantur: simulq; quid in gnia huius historiæ discendum sit, monent. Intuentes na ctenus gesti belli vel secundas res vel adversas: inveniemu spera evenisse fidem & fœdera per Dei numen icta serva versa spernentibus. Cuius rei ab condito mundo ad præs tempus, infinita exempla contigerunt. Ita Samnites, cùm annorum gesto adversus Romanos bello, penitùs fracti ess tati: minimè id quidem mirum esse dixerunt, si impio be fœdus suscepto, infestioribus meritò dijs quàm hominibus rè agerent: expiandum id bellum magna mercede luendu que Romanorum res, quascunq; bello ceperant, remittu belli, eorum bona, Romanis dedunt. Cæterùm aspernanti nem Romanis, tum verò imperator ipsorum C. Pontius su cohortatus, ita finijt orationem: Proinde cùm rerum hum ximum momentum sit, quàm propitijs rem quàm adversi pro certo habete, priora nos bella adversus deos magis qu gessisse, hoc quod instat ducibus ipsis dijs gesturos. Hæc no quàm vera vaticinatus, exercitu educto, duos coss. consu citus ad Caudium sub iugum misit, ut lib. 9. T. L. describ*

37 Novis civibus) *Qui ex Helotibus nimirum libert temq; ob merita acceperant.*

In naves) *Argivos milites non ut in Siciliam mitte circa Peloponnesum eis uterentur petierunt. Postea enim*

ſtra) *Hæc enim ad intimum ſinum magni portus fuerunt: a promontorio ad oſtium portus.*

ria navalis) *Duo diverſa naualia prælia commiſſa ſunt, in eo portu, & ad oſtium. Viring; vincunt Syracuſani. ſed qui a ſuperiores fuerant, dum pulſis hoſtibus effuſius irrumpunt, foriam Athenienſib reddiderunt.*

e ſine omni) *Regula Vegetij eſt: Qui diſperſis ſuis incommodatur, quam ipſe acceperat adverſario vult dare victoriam.*

bentibus id Syr.) *Nam hi utring; oſtium, illinc ab urbe, lemmyrio, poterant obſidere.* 319

ue narrarent) *Fortuna enim & minuit animos & auget.*

inominis) *Duplex eſt græca lectio: ex altera verti debuiſ- eneris.* 320

bundum peragraret) *Cùm nuntiatum eſſet Ephoris, eos leam tenebant deambulationibus ui horis pomeridianis; m ad eos dederunt: Ne deambuletis. nam oportere Lacedæ- n deambulationibus, ſed exercitijs bonam valetudinem pa- ieri. Ælian. lib. 2. variæ hiſtoriæ.*

uàm viginti) *Ioan. Bod. lib. 1. c 2. de Rep. Athenis vnotem- ſunt peregrinorum 10. millia, civium 20. ſervorum 400. t Romanos ingentem ſervorum numerum poſſediſſe ex hi- oſci poteſt. Et cùm aliquando in Senatu Romano agere- mutandis ſervorum veſtibus, ut à liberis hominibus nota ecerni poſſent: Senator aliquis interceſſit, neſi ſeipſos ſervi cœpiſſent, periculum dominis intenderent.*

b Eubœa) *Hoc Geographica Græciæ deſcriptio oſtendit.*

rit.) *Mercibus. Portus.* 341

ripum) *Sic appellatur mare, quod inter Eubœam & Auliæ interfluit, tam anguſto ſpatio, ut ponte iungi poſſit.*

littore) Ἐξω τῦ ζευγματος, *ut Thucyd. Quo ſignificari* 322 *uilius Portus, vel Euripi pontem, qui Eubœam Bœotiæ anfreti illius anguſtias. Itaq; in altum eos ſubduxiſſe naves, ut um iactus eſſent. Fortaſſis autem τὸ τῦ ζεύγματος vitioſum eo τοξεύματος legi conveniat. Vtcunq; ſit: meam converſig; lectioni aptam iudico.*

) *cornibus.* 324

ora ligna) *Hæc ligna Epotides dici ſolebant, quòd ab prorelut anres prominebant.*

nulla demerſa) *In navali prælio non facile quisquam niſi navis eius capiatur, vel ſubmergatur. Iam Attica nulla veldemerſa navis. Ergo neq; captus quisquam.*

thenienſes) *Tanta peritia gloria rei navalis prædili,*

detur, qui quo genere pugnæ ipſorum claſſis imprimis
caſionem ſibi nullam quæſiverunt: contra, potiùs
tatem conjecerunt, ut iniquiſſima ſibi & aptiſſima
decernere cogerentur.

Ex libero mari) *Ipſi enim oſtium portus exitum*
poteſtate habebant.

326 Cæteri naves) *Niciam detrectaſſe pugnam, ſcri*
abſurdum eſſe dicentem, tantam mox claſſem duce D
ſtantes, cum paucis & malè inſtructis navibus pugn
verò & Euthydemum novos duces, ambitione & cu
ſthenis Niciæ inductos, prælij auctores fuiſſe.

Ne ſeipſos labore) *Syracuſani enim paulò ant*
bus vetantes in prælium vires attulerant, eos, non di
quominus in longum tempus extraherent pugnam. C
ſaq; corpora Athenienſium ipſa mora conficiebantur
prælium differebatur, effluebant fame & laſſitudine

327 Delphinis) *Plumbei hi fuerunt, & ex antennis*
boſtili accedente navi in eam dimittebantur, fundo
mergerent.

Septuaginta) *Decem & tricentas habuiſſe tri*
bit. quis vel librarij vel ipſius Diodori eſt error.

Vbi non confectum) *Hæc verò principio adven*
tentia ſapit: qui tunc nemo adſenſit.

329 Erat luna pernox) *Forte etiam lunam à tergo*

Et quicunque Dorici] *Hostes maiore ex parte Dorienses erant. itaque qui apud Athenienses Dorici generis fuerunt, simili hostium cantu eos exterruerunt.*

Nec sanè pauci] *Duo millia cecidisse scribit Plut.* 330.

Abjectis scutis] *Cur armorum captorum maior fuerit numerus, quàm cæsorum, ostendit; quia multi milites abiectis scutis incolumes evaserint.*

Anni tempore] *Autumnus enim erat.*

Quo etiam consilio] *Oppugnaverat Epipolas Demosthenes, ut siquidem caperet, uteretur adversus Syracusanos fortuna; sin minùs, solveret obsidionem.*

Sine mora] *Salubre profectò consilium Demosthenis fuit. Sed τὰ χερέιονα νικᾷ.*

Hostium potiùs] *Modò id non cum pernicie fiat Reipubl. aliter sibi potiùs quàm patriæ talis consulere videtur. Aliâ fuit sententia Leon Byzantinus; qui ad cives suos: Malo, inquit, per vos, quàm vobiscum, occumbere.* 331.

Immotus pers.] *Mira Niciæ pertinacia fuit: qui ut ægerrimè in expeditionem extrusus fuerat, sic iam nulla re, ut domum redeat, movetur. Hinc non iniuria cum Fabio cunctatore ab Plut. comparatur, & Aristoph. verbum inde μελλονικίαν finxit.*

Lunæ defectio] *De hac in Chronographicis.* 332.

Id in prodig.] *Plut. in vita Niciæ: Solis circa trigesimum diem mensis defectum, intelligebat etiam vulgus aliquatenus subeunte fieri Luna: ipsa verò Luna haud facilè videbant, cuius obiectu & quomodo in plenilunio repentè tenebris obducatur, variosque sumat colores. Itaq; prodigium id magnarumq; cladium ostentum interpretabantur. Athenienses enim non ferebant physicos, & μετεωρολέσχας tunc appellatos, quasi rationibus absurdis sibi vendicarent, quod in deorum manu esset. Atq; accidit tunc Niciæ, ut ne peritum quidem triolum haberet: quòd familiaris eius, qui multum detrahebat superstitioni, paulò antè decesserat. Et quidem in solis & lunæ defectibus, non nisi tribus soliti erant cavere diebus. Nicias autem suadebat expectandum lunæ ambitum: quasi non vidisset illicò illustratum, ubi locum inumbratum & à terra obstructum prætervecta est.*

Nicias qui supra mod.] *Mathematicas disciplinas duci bellico necessarias esse, hoc quoque inter alia exemplo probat Polyb. lib. 9.*

Ter noveni] *His enim Luna ambitu suo in pristinum eis statum eversura videbatur.*

Et prælium] *Occasionem prælij talem recenset Plutarch. Pueri tum, inquit, omni ex parte, parvis naviculis & scaphis advecti lacesserunt Athenienses, eisque insultarunt. Eorum unum claris natali-*

bus Heraclidem, navigio ante cæteros evectum, Attica navis prehendit: cuius periculo motus patruus eius Pollichus decem bus succurrit. huic alij deinceps iuncti instam expleverunt.

In cavis] *Ad Dascænem. Diodorus.*

333. Neq; Reipub.al.mut.] *Quòd si in optimatum aut re vio hæ urbes fuissent: & poterant Athenienses, qui populi provehebant, seditiones in eis aut proditiones excitare. Nu sub quo populi potestas, ut apud Athenienses prævalebat, ni ea parte movere aut mutare licebat.*

334. Nam præter] *Cùm ais Thucyd. plures ad hanc urbem liam ullam, belli gerendi causſa gentes undique conveniſſe maiores, copias excipis, quæ totius belli tempore vel Atticam tanam convenerant ad urbem.*

Qui tunc Æg.] *Erant hi Athenienſium coloni; pulſi veteribus incolis.*

Ob imperium] *Non libera ſua voluntate: ſed quia. ſium imperio erant ſubiecti.*

Hi Æolenſes] *Sanguinis confuſa iura oſtendit Thu generis originisque civitatibus ſe invicem oppugnantibus.*

335. Magis volunt] *Priores enim ſecuti, quòd vel imperio iecti, vel neceſſitate ſua compulſi Athenienſium ſocieu bant.*

Aliique Arcades] *Arcades ſemper ut ex hiſtorijs liq inopiam ſeu militaria ingenia, mercenariâ militiam ſequu Unde Dionyſ. Mileſius in nania de Chæronenſ. clade: τὸ τ inquit, κατὰ τὴν ἀγραδίαν τρίφυ, id eſt, Græcorum mala alunt.*

Quamvis id invit.] *Expreſſè legitur ἄκοντας. Æ. Po ἀκόντας potiùs legendum cenſet. mercede enim Cretenſes mi igitur invitos. Confirmas ſententiam Porti, quòd paulò pri eorum quos deinceps recenſiturus ſit; magis voluntariam fuiſſe, ſcripſit.*

336. Ordinumque præf.] *Taxiarchi: de quibus ſup. lib.. cipio.*

Certamen quod] *Oratione hac Nicias ad ultimum ſu certamen milites confirmare ſtudens, apparatum cæteraq cula adverſus hoſtes comparata percenſet. Inde ſeorſim claſſ tes, ſeorſim ſocios, ſeorſim ipſos Athenienſes, officij in præſen cuſi in futurum, admonet. Exorditurab ipſo futuri certa crimine, quod non tam progloria, quàm patria & ſalute, turum.*

Vos verò] *Conſolatur erigitque animos, ab honeſto, à b munni, à multitudine copiarum.*

Ob timor.] *Suo quisque metu pericula metitur. Sal.* 337.

Exercit. bell. uſ.] *Et proinde fortunæ quoque varietatem experti.*

Nos quæ pro]. *Apparatum adverſus hoſtes commemoraturus Nicias, tria ab illis metuenda proponit: portus angustias, navium multitudinem roburque, & milites in tabulatis poſitos. Contra hæc omnia (quandoquidem cominùs ſit pugnandum) ſeſe paratum inſtructumque docet.*

Adinventa item] *Alium apparatum contra naves eorum factum exponit. Syracuſani enim valdè munitis prioribus, ictibus imprimis feriendis, hoſtium navibus pollebant. Contra id ferreas ait ſibi comparatas manus, ut ſemel illatam navem iniecta manu retinere poſſent. ubi tunc omne in cominus pugnando negotium futurum.*

Epotidum] *De Epotid. hus dixi pag 324.*

Ferreas comp manus] *De his ſup. p. 155.*

Modò milites] *Oſtendit Nicias, eam præcipuam dimicandi rationem eſſe, ut cominùs congrediendo manus ex propinquo conſerantur. Ex de cauſſa milites claſſicos, ad quos id negotium ſpectat, imprimis hortatur, & quid eis faciendum ſit, monet.*

Ne in terram urg.] *Veget. l. 4. de R. M. c. 46. Vile eſt, ut alto & libero mari tua ſemper claſſis utatur, inimicorum verò pellatur ad littus. quia pugnandi impetum perdunt, qui detruduntur ad terram.*

Nautas verò] *Altera ad nauticos homines directa adhortatio. Has ut officio non deſint multis argumentis hortatur.*

Particip. cum lib.] *Alij participes erant imperij, ſed ut ſubditi vectigaliſque. Hi & liberi erant, & imperij commoda ſentiebant.*

Athenienſes autem] *Tertio loco Athenienſes cives cohortatur* 338.
Nicias, commemorando, quanto in diſcrimine, ſi quidem vincantur, ſalus & gloria omnium ſint futura.

Præterita noſtra] *Oratione hac Gylippus ſuos milites ad prælium exhortatur, ab honeſto, à facili, ab utili & neceſſario.*

Athenienſes reg.] *A gloria rerum geſtarum animos ſuorum auget: Viciſſe ſe Athenienſes. Id amplificat ex utraque parte, Athenienſium hinc conatibus & rebus geſtis, illinc genere pugnæ & victoriis in eo partis ſperatuque.*

Homines nimirum] *Argumenta facultatis perſequitur: oſtendens, quæ pro ſe quæ adverſus hoſtes ſint futura. Primò de metu, ac deſperatione Athenienſium argumentatur. Nam qui in eo vincitur, quo maximè excellit, is nihil ultrà in quo nitatur habet.*

Nos verò] *A contraria ſuorum fiducia argumentatur duplici-* 339.
ter. 1. Qui minùs inſtructi vicerunt, multò magis ſi egregiè ab omni

parte ſint muniti, ſuperabunt. Nos ita vicimus. Ergò. 2. Qui validiſſimos viceruns, hos validiſſimos eſſe, & proinde ſumma in ſpe conſtitui oportet. Nos tales vicimus. Ergò.

Ratio verò] *Apparatum Athenienſium & navium multitudinem, quibus inprimis illi fidebant, elevat.*

Qui ne quomodo] *Propter anguſtiam enim navium & confertam turbam, non modò ad emittenda cum procurſu, quo plurimùm concitantur tela, ſpatium habituri non erant, ſed ne ut de gradu quidem libero ac ſtabili conarentur. itaque partim vani, partim leves admodum, ictus futuri erant.*

Vos autem quod] *Rurſus ab deſperatione & ultima Athenienſium temeritate argumentatur.*

Adverſus hæc] *Ab occaſione præſentis rei animos ſuorum ſtimulat.*

Quod jucund.] *Vindicta bonum vita iucundius ipſa. Iuvenalis.*

Nemo veſtrùm] *Honeſtatis facultatisque peractis argumentis, iam ſuos periculi commonefacit, quod univerſos publicè privatim, ſi vincat hoſtis, maneat.*

Adverſus] *Concludit orationem adhortatione ad gnaviter pugnandum.*

Nec illud] *Obiectioni occurris. Dici enim poteſſet, non opus eſſe, ut prælio pellantur hoſtes. ipſos enim ſponte ad diſceſſionem inclinare. Reſpondet Gylippus: non hic agi, ut ab Syracuſis amoveantur hoſtes (id enim adeò cupere ipſos, ut etiam ſi victores fiant profugere velint) ſed ut celerrimè bellum ex dignitate & utilitate Reipub. conficiatur: & Syracuſani occaſione data impigrè adverſus hoſtes utantur; qui ſi nunc evadant, de integro ſint orſuri bellum.*

340. Poſteaquam tale] *Ita Tit. Liv. l. 21. Annibal cùm inſtaret tamen cerneret, nihil unquam ſatis dictum ad cohortandos milites ratus, vocatis ad concionem certa præmia pronuncias, in quorum ſpem pugnarent, &c.*

Et Eudemus] *Græca exemplaria Eudemum habent. Nihil autem dubito, quin idem ſit cum Euthydemo, quem ſuprà cum Menandro collegam Niciæ adiunctum ſcripſit Thuc.*

Atrox ibi] *Pulcerrima hoc loco & qualis vix alibi legitur hypotypoſis. Imitatus eſt eam, ita ut aliquando ijſdem verbis utatur, Dion. l. 49. in deſcribendo navali prælio quo ad Siciliam Sex. Pompeius Agrippa devicit.*

342. Illinc enim] *Similitudo eſt, quòd utringue, illinc Lacedæmonii, hic Athenienſes, navibus amiſſis ademptóque maritimo ſubſidio, ut terra quidem evadendi quidquam ſpei, niſi inopinatus quis caſus exiſteret, habebant.*

Demoſth.

Demoſth. autem] *Vltimum conſilium prudentis egregijq; ducis exponitur, quod tamen & ipſum infauſtum. Adeò cùm nuſquam ferè is ſuo officio deſuiſſet, fatali tamen patriæ infelicitate obruitur, non modò nihil proſperè geſſit, ſed ultimùm miſerè occubuit.*

Septuaginta prop.] *Diodor. S. ſcrib. Athenienſium naves ſuppreſſas 60. hoſtium 8. deletas, 60. ſolùm quaſſatas.*

Ea verò exercitus] *Egreſſum in expeditionem Athenienſium* 343.
libr. 6. magnificè Thucydides ſcripſerat. Nunc flebilem eorum aem ab Syracuſis diſceſſum pari elegantia perſequendo, miſerationem in animis multiplicem auget.

Miſto cum metu] *Amici enim mortem miſerabatur; ſimul ipſe* 344.
eandem mox fortunam timebat.

Omniumque compar] *T. L. l. 1. Conſpectus alienorum malorum miſeratione integrabat lacrymas.*

Non omnem] *Vltima hæc eſt Niciæ totius que hiſtoriæ Thucydidiæ oratio, miſerabilis & præſenti calamitati congruens, ſubmiſſior tamen, quàm ex magnitudine tanti imperatoris: licet ei ob publicas privatasq; miſerias venia nonnulla dari queat. Ordine autem varia promit ad conſolationem argumenta. Primum à communi fortuna, quæ ut de gradu Athenienſes deturbaverat, ita reſtituere poſſe videbatur.*

Nam ego] *Alterum argumentum ab ipſius perſona. Ego qui an-* 345.
tè publicè privatimq; felicißimus, erga deos homines que innocenter vixi, tantis arumnis adflictor. Quare veſtrùm quoque nulli indignum videri debet, ſi & ipſe tali fortuna, quæ etiam ſummis non parcit, prematur.

Pro hiſce] *Tertium argum. Etiam qui maximè ſceleratè in deos egerunt, tamen veniam ab iis aliquando poſt ſupplicia graviora impetrárunt. Quocirca nos etiam, qui non adeò vel in deos vel in homines peccavimus, poſt tot clades perlatas, venia digni cenſebimur.*

Vos verò und.] *Quart. à copiarum magnitudine: Quicunque magno incedunt agmine, quo non propulſare modò, ſed etiam inferre vim poſſunt, hi non debent adeò conſternari. Nos &c. Ergò &c.*

Circumſpic.] *Sic Annibal apud ſuos milites: Quacunque, inquit, circumtuli oculos, plena omnia video animorum robore que, &c*

Iter ut tutum] *Quintum ab itinere præſenti.*

Præmittere oportet] Προπέμπειν *ſcriptum eſt. Legitur tamen & προπέμπεσθαι: ut κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligatur id tam factum eſſe, miſſos videlicet ad ſocios nuntios, &c. Ei congruit, quòd paulò pòſt ait; Spes erat illic Siculos, quos acciviſſent, obviam futuros.*

Atque ut ſum] *Sextum à præſenti neceſſitate.*

Viri

Viri enim civ.] *Sic cum bello Xerxis Athenienses diruta sua naves universi conscendissent, obijciente quodam Themistocli, urbe careret: Nobis verò, inquit, est urbs omnium Græciæ am ma, ducentæ hæ triremes.*

Non mœnia] *Hæc enim urbs sunt. De differentia inter u & civitatem, Vide Bod. lib. 1. c. 6. de Repub.*

346. Vti autumnali tempore] *Ioan. Bod. de Rep. l. 4. c. 2. mu hunc nostrum autumno initium habuisse asserit: rerumq; ma rum conversiones circa autumnum, ipsoq; mense septembre, ac memorat. Hoc mense Augustum & Antonium ad Actium de R no imperio decertasse: Macedoniæ imperium, victo rege Perseo, i manorum potestatem cessisse: Darium ab Alexandro ad Arbelan victum: Iacobum Scotiæ regem ab Anglis in prælio occisum: He tios ad Marinianum ab Francisco I fusos: Gallos ab Anglis P. superatos, capto Ioan. Rege: Turcarum classem anno 71. proxi Naupactum ab Christianis prostratum: Maxentium ab Consta magno profligatum: Christianos ad Nicopolim ab Amurathe Hæc multoq; plura alia, quæ hoc mense acciderint, memorabilia loco Bodinus recenset. Sanè & hoc tempore Selimus Campsonem rum Ægypti Syriæq; Sultanum vita & regnis spoliavit; eodemq; die, quo ante biennium ab Campsone ipse in Chalderanis campis, Iovio credimus, fusus fuerat. Anno 29. prox. 22. Septemb. mannus Turca Viennam primò est aggressus. Eodem mense ann Zigethum Nicolao Sirinio viro fortissimo cæso expugnavit. Sed h fortasse ratio aliqua reddi posset, quòd plerunq; illi qui tota æstat lum gesserunt, hoc tandem tempore ante hyemis interventum mum conatum edituri, aut superant aut superantur: aut certè, solicitè quærere vellet, alium forsitan mensem æquè tot ac tant dibus insignem inveniret.*

Quadr. in long.] Ενπλασσίῳ. *de quo sup. p. 290.*

347. De sua sal. despe.] *Veget. lib. 3. c. 21. clausis ex desperation scit audacia, & cùm spei nihil est, sumit arma formido. Lib cupit commori, qui sine dubio se scit moriturum. Ideoque Sci laudata sententia est, qui dixit viam hostibus, qua fugiant, m endam.*

348. Qui cum Dem.] *De deditione Niciæ & Demosthenis Pausa Attic. ex Philisto scribit: Demosthenem in deditione se unum exc se, ac priusquam in hostium potestatem veniret, sibi ipsi mortem scivisse. Niciam verò ultrò deditionem fecisse. Quin de Demos etiam Plut. scribit, eum stricto ferro se percussisse: non tamen l vulnere accepto, ab hostibus ante mortem & comprehensum. T dides horum nullam facit mentionem, & si alter præferendus Nicias secundum eius descriptionem laudabiliùs regisse videtur.*

verè ita geſtum ſit, an aliquid amori & exiſtimationi Niciæ rit, nihil certum eſt. Pauſanias quidem certè in columna Anſi, quæ plurimis diverſis pro Rep. caſis erecta fuerat, ducum nomina, præter Niciæ, inſcripta tradidit, cauſſam cur is præ videatur ex Philiſto, ut modò ſcripſimus, allegans.

m ſe non ſallere] Polyænus lib. 1. Strategem. Niciam fraſum ſcribit. Nam cùm eum Gylippus perſequeretur, ipſum ſe miſſo, omnia facturum ſe dixiſſe, modò aliquem misteres ad m accipiendum & inſiurandum. Cui fidem habens Gylippus & quendo diſtens, cùm caſtra metaretur, interea Niciam occupaore ac tutiore loco, bellum rurſus geſſiſſe.

cias Gylippo] Deditionem Niciæ in vita eius deſcribit Plu- 349.
. Genibus advolutus Gylippi Nicias: Miſerere, inquit, Gylipor, non mei quidem, qui ex tantis calamitatibus nomen & fxomparavi, ſed Athenienſium reliquorum; memor belli comm eſſe aleam, qua clementer moderate & in ſecundis rebus conſuſi ſunt Athenienſes. Hæc dicentis Niciæ conſpectu & oratione tus Gylippus eſt. ſciebat enim in componenda pace benè meritum edæmonyr.

nanq; cædes] Ad flumen Aſinarum facta.

tomias] De hac ita ſcribit lib. 4. dec. 1. rerum Sicularum Th. us Siculus: Latomiæ ſive latumiæ, quas tagliatas hodie vocant, ex quibus ad urbem extruendam lapides petebant: his Dionyſi- cæteri poſt eum tyranni pro carcere utebantur: Opus (inquit in m Cicero) erat Syracuſis ingens, & adhuc extat totum ex ſaxo & in altitudinem mirandam depreſſum, & multorum o- e, penitùs exciſum, & omni adita obſepto munitiſſimum. La- (inquit Aſconius Pedianus) qui Syracuſis ſunt carceres, unur lingua Siculorum, quoniam loca ſunt, ex quibus lapicavabantur. Sub terra hi erant carceres maximi, vivo ex lapi- & teſtudine exciſi.

im dives erat] Ex argenti fodinis nimirum. Nam in his mille perarios habuiſſe Xenophon ſcribit.

LIBER VIII. THVCYD.

u ne præcipuis] Fertur Athenienſes hanc cladem ob numi- 351.
rimum præcipuè credere noluiſſe. Is peregrinus quidam fuit. tonſtrina ſedens, cùm quaſi re nota iam Athenienſibus ſermode illius geſtu haberet: id tonſor illicò ad prætores, ing forum de-

Pavore inde orto, cùm productus homo interrogatus unde epiſſet, nihil pro certo dicere poſſet: pro mendace & civitatis turre in rotam deligatus, tortus eſt diu, donec aly advenientes totam m ordine nunciarunt. Hæc Plutarch. in Nicia deſcribit.

Tunc

Tunc & in] *Id nimirum est quod Periclis aliiq; & inprimis Diodotus lib. 3. in Athenienſibus reprehendit: Si quando, inquit, tra ad irritum cadentis ſpei commovemini, ſuaſorem ſolùm mulctatis, nõ voſmetipſos, qui vos frequentes erroris comites præbuiſtis.*

Veruntamen qualis] *Egregia animorum magnitudo & conſtãtia in Athenienſibus, Romanæ haud abſimilis, apparet. qua parte Lacedæmonij non æquè fortes fuiſſe videntur.*

Eubœam inprimis] *Hæc enim Atticâ ab Decelea pervaſtata, horreum tunc & penus Athenienſium erat.*

352. Invitis ac] *Iam nunc violenter & imperiosè dominari Lacedæmonij incipiunt, poſtquam Athenienſium, qui hactenus eos continuerat, metu ſunt levati.*

Sibi Bœotisq;] *Sibi & Bœotis pauciores imperârunt naves quia utraq; gens terreſtri potiùs militiæ, quàm nauticæ rei, dedita erat.*

Aliaq; ſicubi non nec.] *Vtinam hæc integris reb. feciſſent.*

353. Bœotorum pro his] *Bœoti Lesbijs ob conſanguinitatem favebant. Æolica enim utriſq; origo.*

Nam is quoque] *Videre licet, quot qualiaque odia ſibi concitaverint hactenus Athenienſes, quæ nunc ab afflicta eorum fortuna erumpunt.*

354. Periœcum quendam] *Periœci ſervi fuerint ſeu coloni Cretenſium, quales apud Lacedæmonios Helotes, apud Theſſalos Peneſtæ. Ariſt. l. 2. Polit. cap. 7. & 8.*

Ab altero] *Quod Corinthiacus ſeu Criſſæus ſinus appellatur.*

Contempta Ath.] *Attamen & contemptus ſæpè hoſtis cruentum certamen edidit: ut Annibal ait.*

355. Iſthmiorum quod] *De hoc in Theſei vita Plutarchus ſcribit: Hos ludos Herculis imitatione primus ſtatuit Theſeus, ut ſicut in illius memoriam Iovi Olympia, Iſthmia Neptuno Græci in ſuum honorem agerent. Convenit ei certè cum Corinthijs, ut Athenienſibus, qui ad Iſtmia veniſſent, attribuerent prima ſubſellia, tanto ſpatio, quantum navis theoridis expanſum humi velum occupaſſet: quod Hellanicus & Andron Halicarnaſſeus ſcriptum reliquerunt. Victores pinea corona coronari ſolitos, Plin. lib. 15. ſcribit.*

Eis Athenienſes] *Athenienſes nõ pro reliquæ ſtatu fortunæ proſperè rem gerentes, parva victoria non leve momentum fecerunt.*

Vt neq; ſu.] *Parvi hoc animi, parumq; in rebus gerendis exercitati eſt, quovis levi caſu in principio rerum accepto ita conſternari, ut ſtatim ſpe omni abiecta, à conſilio rectè & deliberatè ſuſcepto, deijci nec ac depelli patiamur.*

Omnibus quos inter] *Sic Annibal cùm Tarentum proditione ibi præparata occupare vellet: ad urbem cum exercitu proficiſcens, octoginta Numidas equites præmiſit, ut diſcurrerent circa vias perluſtrarentq;*

omnia oculis, ne quis agrestium procul spectator agminis
ogressos retraherent, obvios occiderent &c. Tit. Liv. lib. 25.
nissis iis] Quos inter navigandum scil. comprehenderant.
n id & piè factum est: simul hominum tali facilitate sibi a-
iliarunt, aliter quàm Alcidas Lacedæmonius fecit, qui in
sse transmittens, quoscunq; obvios habebat captos interfecit;
uc. scribit.
tè eruptione] Non minor est virtus, quàm quærere, par- 358.
Si Athenienses, qua diligentia & ardore primò Pelopon-
tuti fuerunt, eodem in obsidendo perseverassent: neq; cla-
accepissent, neque hostibus è manu dimissis sui contemnendi
dedissent.
l. condid.] Portus hoc loco Nomen proprium πολίχνην es- 357.
, Polichnam Troadis urbem intelligens. Sed hæc urbs pro-
enis, prope Palæscepsin (ut Strabo lib. 13. scribit,) sita fuit:
e castellum sive Polichna fuit, in Ionia è regione Clazome-
sulæ.
alenta] De his l. 2. sup. p. 74.
tuta erat] Suprà h. l. 359.
us] De Peræicis dictum priùs, p. 361.
uidem terr.] Ita converti locum hunc Thucydidis verissi- 360.
legendo ex sententia clarissimi viri præceptoris mei M. Cru-
αρέπεμψεν. Nam si legatur παρέπλει, vix potest ab absurdi
tia purgari. πεζῇ enim terrestri itinere significat, παρέπλει
quæ duo manifestè pugnant, Et cùm primò πεζῇ τοὺς ἐπ-
hymnam profectos dicat: pauloq; post de Astyocho παρέπλει
ar: nihil sanè dubito, quin priore loco mendum sit ex poste-
n, scripto videlicet παρέπλει pro παρέπεμψεν.
Lada] Vndeviginti fuerunt, quæ Strombichide & Thra-
us prævenire defectionem Milesiorum maturantes, ubi fru-
uit consilium in insula illa constiterant.
am haudq.] Trophæum enim plenæ victoriæ signum e-
amen non semper observantes, ob leve sæpè momentum tro-
æci posuerunt.
mq;] Hoc in oppido ferunt Homerum scripsisse. Stephæ-
hucydidem hoc loco Boliscum vocare ait: cùm nostra exem-
ant Bolissum.
ationem] Rem profectò rarissimam & difficilimam. Se-
res etiam sapientum animos fatigant: ut ait Salustius: &
uam erga propria bona satis cautus reperitur.
Ionibus] Vbique ut molles & effœminatos Ionas Dores 361.
runt. Tamen non pauciora illorum de his, quàm vicissim,
facta illustria extiterunt. Quin si maximè delicatiores
pauli

resq́, hominum, si satis firmus steteris: si te neque colle
nec tua falsa infamia moverit. Gloriam qui sprever
bat. Sine timidum pro cauto, tardum pro consideratu
perito belli, vocent: malo te sapiens hostis metuat, qu
laudent, &c.

Tempest. cæd.] *Imò id est periti intelligentis, q́ du*
per recta fronte concurrat, aut aperto Marte in incertu
tum congrediatur: sed ut arte interdum hostem oppug
usus poscat cedere tempestivè norit.

Quam cùm ob.] *Athenienses, inquit, vel necessit*
voluntate ita ferente, ad prælium incitari possunt. Ne
berationem non cadit. nam ut maximè tu nolis, ipsa c
verò vel insto apparatu prælium inire, vel sine firmis
descendere, solent. Atqui ne illud quidem si egregi
instructi essent Athenienses, in præsenti calamitate fa
bat. multò ergò iam minùs, quando subitarius repent
noster est apparatus. Quare nulla caussa superest, ob
faciamus.

Infecta victoria.] *Acie quidem vicerant, sed non*
gnaverant hostes. Ergò capta eorum victoria, Pelopon
vensem est interpellata.

Ob cladis ac.] *Sanè caussam iræ iustam nullam*
enim culpa & negligentia sunt victi. Non tamen insi
bus esse video, ut infamiam aliquam ex proprio de
ses, ultrò succensendo timoremq́ inferendo sui causs

e prodenda patria in animum induxerint, ab Aſtyocho ſunt
i.

) Pædaritus.

Tiſſapherne) *Ad Peloponneſios nimirum, occaſione contro-* 365
quæ his cum Tiſſapherne ob ſtipendium erat.

in inſ.) *Samo vidit.* 366

gno numero transfugerunt) *Transfugia ſervorum præ-* 367
libertatis, qua hodie nos Chriſtiani ſervos nullos habemus,
s dediſſe Bod lib 1 cap. 5. de Repub. ait.

uas reg.) *Non immeritò vel ob unum hoc fœdus aſpernatus* 368
hæc. Cum enim nihil in fœdere adeò circumſpectè dici poſſit,
um in ſuam ſententiam trahere homines queant, ſi quid adver-
deratos agere velint: ſanè præſentis verba fœderis non obſcu-
gi Perſarum ſpeciem dabant, ad maiorem Græciæ partem,
maiores eius quondam Darius & Xerxes tenuerant, in ſervi-
repetendam.

dico imperio) *Sanè Græcas in Aſia urbes Lacedæmonij A-*
ſibus exutas Perſarum imperio ſubiecerunt.

obulum ſuis) *Pericles gloriæ Themiſtoclis æmulus, adiecit,* 369
naves conſcendiſſent, per octo menſium ſpatium ſtipendia fer-
r quidem ternorum in dies ſingulos obolorum. Sig. l. 4.

uod ipſi) *Veget. lib. 2 cap. 20. de R. M. Illud ab antiquis di-*
r inſtitutum eſt, ut ex donativo quod milites conſequuntur, di-
ars ſequeſtraretur apud ſigna, & ibidem ipſis militibus ſer-
r, ne per luxum aut in animum rerum comparationem à contu-
ibus poſſet abſumi. Plerique enim homines, & præcipuè pampe-
ntum erogant, quantum habere potuerint. Miles deinde qui
us ſuos ſcit apud ſigna depoſitos, de deſerendo nihil cogitat, ma-
gis ſigna.

osque) *Athenienſes & Lacedæmonios.*

emel ad) *Non falſa dixit Alcibiades. Nam, Lacedæmonij*
oſteaquam Athenienſes deviciſſent, in Regis Perſarum provin-
ellum tranſtulerunt: idque tanta felicitate, Ageſilao inprimis
æperunt, ut ni inteſtinis Græciæ armis revocati ex Aſia fuiſ-
ion exiguum in periculum regnum adducturi fuiſſe videan-

os verò bonos) *Reſpicere ad ea videtur, quæ Alcibiades in* 371
m nuntiari inſſerat, quæq; fautores eius agitaverant, non ple-
olerando imperio, ſed optimatum ſobria regimine, Alcibiadem
velle. Contra id docet Phrynichus, multò maiora optimates, ſi
potiantur, ſcelera deſignaturos, tum proprio arbitrio & libi-
n ſingulos ſæviendo, tum plebem ad cædes & ſanguinem irri-
(quod ſanè paulò poſt ſub Quadringentorum, inde Triginta

372 Adeum in) *Astyochum hunc prævalentis homi*
paret, sua compendia publicis emolumentis anteferent
Iterum mitt.) *Hic artibus certatur, & Phrynich*
cavendam fraudem movetur.

373 Eumolpidæ) *Sacerdotes hi fuerunt, ab Eumolp*
initia in Eleusine primus fecit, genus ducentes, eorum g
stodes. Hæc quia Alcibiades violasse ferebatur, ipsi eun
lem oppugnabant.
Haud sanè aptum) *Quippe tum ipsi Alcibiadi i*
optimatum potentatui inimicum visum.
Quæ priùs in urbe) *Sup. enim cùm Alcibiades de*
que paucorum imperio instituendo, nuntios in Samun
rem in exercitu primo agitatam, inde in urbem quoq; m
hinc ergò conjurationes istæ ortæ.

374 Statuit ita se) *Inter cætera insignia libri octavi, A*
ma callidissima consilia fraudesq;, quorum summus fu
censentur.

375 Quæ Asiæ limite) *Ergo Ionas quoque cæteras q*
enses priùs imperitaverant urbes, Regi concesserunt
antè Lichas abominatus fuerat, pro libertate Medico in
subdiderunt.
Lacedæmoniiautem) *Patet hinc Tissaphernem*
luisse exercitum Peloponnesiorum, sed mutuam solùm
tempus finiti belli dedisse.

Omninò itaque) *Hinc apparet, quanto cum damno mutandæ Reipublicæ conſilium, in id periculoſum tempus fuerit conceptum.*

Aptiores enim) *Expeditiora nanq; & tutiora ſunt conſilia paucorum, quàm univerſæ alicuius multitudinis. Vnde videmus eas Reſpub. in quibus inprimis populi opes floruerunt, ſenatu tamen carere nequiſſe.*

Androclem plebis) *Ordiuntur ab cædibus negotium (ut prædictum ab Phrynicho) qui optimatibus imperium ſtruebant.*

Non alios ſtipendium) *Merces quædam pecuniæ ſumma fuit, tum Senatui, tum concioni quoque & iudicibus dari ſolita. Hanc Athenienſium conſuetudinem intuens Ariſtoteles, qui ſuos de Republ. commentarios diligenti omnium rerumpublicarum obſervatione, & maximè Athenienſes, confeciſſe videtur, ſcripſit: populare inprimis eſſe, mercedem omnibus dare. concionibus, Senatui, iudicijs, magiſtratibus, & ex concionibus maximè ordinarijs. & ex magiſtratibus his præcipuè, qui unà eſſe & inter ſe veſci quotidie cogerentur. Sigon. lib. 2. de Re. Ath.*

Ex faba) *Senatus ex faba quingentorum fuit virorum. Sic dictus, quòd fabarum ſortitione legebatur. Quod ut fieri ſolitum, Sig. l. 2. deſcribit.* 378

Quos nullus unquam) *Vt Phrynichus: quem priùs audivimus acerrimè optimatum potentiam oppugnaſſe. Item Theramenes.*

Tutos reddebant) *Nam quia videbat populus, eos etiam quos minimè ſperaverant ab ſua cauſſa defeciſſe, nemini fidebant, adeoque unumquenq; coniurationis participem indicabant. Interea dum omnes ſuſpecti habentur, qui verè coniuraverant, & latère in turbido & conſilia ſua minore periculo agitare poterant.*

In colonum) *Ordinaria concionum loca fuerunt, forum, Pnyce, theatrum Dionyſiacum. Extra ordinem verò in Piræeo, in Colone, in Munychia, conciones habebantur. Sigon. l. 2.*

Præſides autem) *Præſides apud Athenienſes, qui eos proedros nominabant, novem erant, ſinguli ex ſingulis tribubus reliquis, quæ in prytaneatu non erant, ſorte in ſingulis concionibus lecti. Horum officium fuit, ut in concione ante prytanes ſedentes, populo de quare agendum eſſet, proponerent.*

Curiam ingreſſi) *De hac conſuetudine ita Sigonius lib. 2. de R. A. ſcribit: Primo anni die, menſe Hecatombæone, in Senatum venientes, unà ſolenne quoddam ſacrificium faciebant, quòd ἐισιτήρια nominarunt, votaq; pro Republica ſuſcipiebant, ad Iovis conſiliarij & Minervæ conſiliariæ, quæ erant in curia, ſacella.* 380

Ob Alcibiadem) *Ne & ipſum reducere cogerentur.*

Enimverò non) *Docere volebant milites, non iam minùs in libertate cives eſſe, quàm antea. Quinque enim millia eſſe, qui rerum*

neſi enim ubi eos impares ſibi, tum ob navium pauc
ſtinas diſſenſiones, ſeiverunt: in aciem contra ipſos
runt. Quamprimùm verò ſunt pares effecti, ultroq
navibus provocant hoſtes: ipſi quamvis 112. habe
congredi cum his audent, rati Athenienſes, ſimul a
periores eſſe.

Et eo magis coni.) *Quo enim potentiores videba*
tantò minùs obtinere ſe rem cupitam poſſe fidebant.

385 Ne ſi ad extremum) *Barbarica haec vanitas fu*
tentium, quamvis nihil præſtare in animum induxi
Cyrus Lyſandro omnia ſe ipſi ſua ſuppeditaturum pre
ultimum ex auro argentoq; factum venditurum.

Fidem verò) *Omnia quæ hactenus de Tiſſaphern*
Elaverat, ad rationes ſuas poſtremò confert. Cùm e
auxilium ab Tiſſapherne nuntiaſſet: oſtendit id non fu
terceſſione conſecuturos.

Adeoque certam) *Rectè ab Livio dictum, mu hil*
ſicus naturam maris eſſe, per ſe immobilem, ut venti a
aut tranquilli, aut procelloſi. Vix dum enim ex præte
nienſes emergentes, levi aura ſpei obiectæ, priùs qu
firmârunt, ſævire iam in alios volunt, crudelitatis od
ruentes. adeò homines iniuriam à ſe repulſam, tanq
aut pati neceſſe ſit, alijs inſungere nituntur.

Vt omnia conſ.) *Vno conſilio Alcibiades duo co*
de apud Athenienſes exiſtimationem auget familiæ

Gratiam iniſſet) *Apud regem videlicet. Improbat autem conſi-*
lium Tiſſaphernis, qui ſine tantis ſumptibus, & gratiam Regis mere-
ri, & Peloponneſios detinere potuiſſet.

Alcib poſt.) *Alia ars Alcibiadis, qua ſuam exiſtimationem am-*
plificat. Nam quia iam antè cognitum habebat, nunquam Tiſſapher-
nem Peloponneſiis claſſem permiſſurum: eo pro occaſione utitur, pro-
fectus q. oſtendit, ſe vel adducturum naves, vel certè ne Peloponneſiis
dimicantibus impeditorum. Iam igitur ſiquidem adduxiſſet naves,
ipſa quod dixerat præſtitiſſet: ſin minùs, alterum tamen obtinuiſſet,
quod opera eius Peloponneſius tantum auxilium extortum eſſet. Hoc
imirum ſolertis eſt animi, non deeſſe fortunæ præbenti ſe, & oblata
ſua flectere ad conſilium: ut Livius ait

Quæ peſtis) *Tales enim homines, ambitione quæ in principes per-*
tinerunt, eadem ad ulteriora quoq. & non conceſſa tendunt: & ubi
non tantum pollere opes ſuas, inter eiusdem faſtigij cives, quantum
ſpiunt, cernunt: ab his deficiunt, & apud populum quærunt, quod
ſic obtinere non poſſunt. Quidquid enim aliis accedit, id ſuis opibus
detrahi credunt, & ſemper alterius dignationem ſua contumelia
dendere putant. Contrà plebeij homines, non aſſueti magnis honori-
bus, altiores faſtigio ſuo publicas curationes & dignitates opinantes,
tud ægrè eminentioribus cedunt.

Primus ante alios) *Similis eſt apud Ariſtot. lib. 5. Pol. cap. 1.* 389
ntentia: Popularis, inquit, ſtatus tutior eſt minusq. ſeditionibus ob-
xius quàm paucorum potentia. Hos enim duplex ſeditio, & inteſti-
a, & adverſus populum exagitat. Populus verò adverſus pauciores
iùm rebellis eſt, ipſe ſecum non facilè ſeditiones exercet.

Vt Theram.) *Hi enim populares ex optimatibus facti, plebis pa-*
ciorum obſervè agunt.

Ad alteram) *Turris erat, ad ipſum oſtium fauces q. anguſtas*
rius muſica. Abhac vetus quidam murus continentem verſus regio-
m deductus erat. Quæ de cauſſa Quadringenti, ut ingreſſum por-
, cui ea turris immi ebat, in poteſtate haberent: à veteri muro in-
ientes, novum murum ad eandem illam turrim duxerunt. Id ca-
llum futurum erat, ipſis imminens faucibus portus, ut inde facilè
hiberi naves ingreſſuræ poſſent: ſimulq. in ſpeciem ultimam perfu-
m, quo ſi quid fortuna variaſſet, vel à civibus incolumitatem paci-
vel hoſtes intromittere poſſent.

Ab circuitore) *Plut. in Alcib. Hermonem hunc appellat: itaque* 390
m narrat, quaſi Phrynichum antè quàm Quadringenti Rempu-
icam invaſerant, occidiſſet. Hermonem enim cauſſa dicta abſolu-
m, coronaq. ab populo Athenienſi donatum, ſcribit

Ad Æginam (c.) *Embœam nanq. petentibus proxima via circa*
anium erat: Ægina & Epidauro, in ſinu retractioribus locis ſini-
rorſus relicta.

391. Minantes Therameni] *Hunc enim auctorem motus ei cabant, qui tutius tamen ratus, ut nondum apertè plebis p ageret, operam in seditione comprimenda pollicens, suspicione tit.*

Theatrum D.] *Id fuit ex ordinarijs concionum locis.*

393. Nec aliud quidquam] *In talibus enim casibus, non id cidit per se, ut lib. 22. Tit. Liv. ait, æstimandum est. Sed uti corpore, quamvis levis caussa magis quàm valido sentitur: ægræ atque affectæ civitati quodcunque adversi acciderit, n magnitudine, sed viribus extenuatis, quæ nihil quod aggr possunt æstimandum est.*

Cùm enim] *Congeries & enumeratio calamitatum c que*

Hi celeres] *Pari modo lib. 1. comparant has duas civita tione ad Lacedæmonios Corinthij: Illi supra vires audaces, consilium temerarij, & in adversis confidenti erectioque fi Vos verò minora viribus audentes, ne tutis quidem consi illi impigri contra vos cunctatores, peregrinationibus assu domi desides stabunt.*

Inprimis maris] *Illud enim, si quidquam aliud, exp lesque homines requirit: & qui diversis moribus utunt parte inprimis lædi possunt.*

Qui similibus] *Tale consilium illis Hermocrates fi Lib. 7. enim ait: Agendum & audendum ipsis & pari versus Athenienses utendum, qui non virium robore, su alios adorientes, terribiles fiant. Quòd si iam aliquis co rum audaciam pari utatur ferocia, hunc maximo eis ter rum.*

In Pycnam] *Alij Pnycen vocant. Fuit hic ex ordinar num locis.*

Legumlatores] *Sunt hoc loco Nomothetæ seu Legumla qui novas Reipubl. leges scripserunt, quales Dracon & S runt: sed præcipuum prudentum consilium, qui in conc leges suo iudicio probarunt, aut repudiarunt. Hæc legu darum consuetudo, cùm usque ad Quadringentorum do incolumis mansisset: prorsus cum Solonis Republica & exti imperio illis abrogato pariter cum ea est revocata. C. Sig. lib. pub. Athen.*

394. Maximè barbaris] *Et proinde imperitis ignarisque qu tur.*

Ad Oenoen] *Aristarchus transfugam, sine alicuius proditione venientem ad hostem, nihil aliud quàm unum*

[redacted]afame corpus eſſe ratus: id iam agit, ut principio mox alicui emolumento ſit novis amicis.

Sub idem æſt.] *Totam iam belli ſedem mutatam narrat, transiſſe ex Ionia in Helleſpontum Peloponneſiorum claſſe.*

Interhæc] *Huic loco, totiq́ue inſequenti narrationi perneceſſaria eſt ſitus regionis, urbium, littorumque cognitio.*

Duabus Peloponneſiorum] *Modò dixerat Athenienſes ſedecim navibus Abydo Elæuntem petentes, ab Mindari claſſe fugatas: eas dum perſequitur, ſub idipſum tempus Attica claſſis ſuperve[illegible], duæque ex Peloponneſia claſſe naves incautiùs priores ſecutas cepit.* 396.

Octo & ſexaginta] *Græca omnia, quæ ego vidi, exemplaria hoc loco Athenienſibus 86. naves, Peloponneſiis 68. tribuunt: idque ſequuntur Vvinshemius & Valla. Quod ego minimè ab Thucydide ſcriptum, ſed librarij errorem iudicans, non dubitavi in Latina converſione mutare: his omnibus ductus argumentis. Nam primùm in Lebodo modò Athenienſes 67. ſolùm naves univerſas habuerant quas licet omnes adduxerunt in Helleſpontum, ab Imbro etiam navibus adiunctis, non tamen 86. effeciſſent. Peloponneſii verò paulò antè ad Elæuntem 86 naves habuerunt: nec ulla cauſſa interceſſit, qua navium his numerus minueretur. Adhæc Peloponneſii nunquam tam parva & impari claſſe cum Athenienſibus congreſſi ſua ſponte fuiſſent: qui priùs ad Miletum pari navium numero inſtructi detrectaverant certamen. Certiſſimum autem ex ſequentibus argumentum ſumitur, quòd maior fuerit Peloponneſiarum navium numerus. Nam medio agmine pauciores fuiſſe Athenienſium naves, & in utroque cornu Peloponneſii ſuperaſſe numero, dicuntur. Tota ergò claſſis maior fiat: ſiquidem partes. His Diodorus quoque lib. 13. conſentit: qui hanc ipſam deſcribens pugnam, primò Athenienſes 60. Peloponneſios 88. naves habuiſſe, inde verò diſertiſſimè Athenienſes multitudine inferiores, ſcientia peritiaq́, ſuperiores evaſiſſe ſcribit. Et ſanè perlevi momento ab librario admiſti potuit, ut numeros invicem commutaret, vel affinitate præcipitatus 86. pro 68. & rurſus 68. pro 86 ſcriberet.*

Quo viſo] *Explicaverunt claſſem Athenienſes in littore Europæ, Peloponneſii Aſiæ litoribus aciem præſenderunt. Apud Athenienſes, Thraſybulus dextro cornu ad Elæuntem apertum mare verſus tendebat, Peloponneſiorũ, qui ut circumirent eum ipſi quoq, altum petebant, celeritate ſuperavit. Eodem tempore, Thraſyllus ſiniſtro cornu, quod angustias Helleſpontiverſus navigabat, in occurſum*

C

CHRONOGRAPHIA IN HISTORIAM THUCYDIDIS DESCRIPTA

à

G. A. E.

PRÆFATIO.

CHRONOGRAPHIAM HISTORIÆ *Thucydidis reſpondentem præſenti converſioni meæ adiecturus, ſic demum omnia, quorum ab Thucydide fit mentio, tempora me comprehenſurum iudicavi; ſi à Cecrope primo Athenienſium rege, qui primus paſſim per agros ſparſos ives ſuos in pagos ſeu oppida coegit, orſus, ad finem uſque Peloponeſiaci belli omnes quas memoras Thucydides hiſtorias perſequerer. ecutus ergò eum alios Chronologos, Euſebium, Ger. Mercatorem, unctingum, Funccium, tum verò hiſtoricos illorum temporum, norum in primis Thucydidem: in magna paſſim diſſenſione, eos in quabet parte potiores habui, qui & hiſtoricorum narrationibus, & cæteris quibus hic niti neceſſe eſt rationibus, convenientiùs ſtatuere ions viſi. Ante omnia, ut certiſſimum, ſic præcipuum, deſcriptionis oſui fundamentum, Eclipſium & Aſtronomici calculi ſuppputatioes; ſecutus in eo clariſſimi Mathematici M. Michaelis Mæſtlini, Præceptoris mei, mihi ab ipſo benevolè ſuppeditatas demonſtrationes. Eaum magno ex numero, quaſdam hoc loco, quæ & præſentem Chronographiam confirment, & Eclipſes multaque alia Thucydidis & Xenophontis loca explicent, commemorare libet.*

Primò igitur ſciendum, annos hiſtoriæ ſuæ Thucydidem ordiri à rimo vere, Sole circa vel ante medium aquarij (in quo veriſimum veteres, in regionibus paulò magis auſtralibus, inchoare ſolebant, teſte Varrone lib. 1. cap. 28. de re ruſt.) exiſtente: mox videlicet poſt principium Februarij menſis anni Iuliani. Vnde patet, Thucydidios annos ab Julianis, quibus hodie utimur, vetrò computatus, & quorum calendæ Ianuar. principium faciunt, parùm differre. Anni verò Olympiadum incipiuntur à Solſtitio ſequente. Nos Copernici exemplo eos n meridie primi diei Iulij, ſecundum annos Iulianos, inchoabimus. um enim diem, ut ex numeris eius colligitur, cum primo die Hec-



2. verum Græc. anno 28. sequitur Olympiades in an. 10.
16. 20. 24. 28. incidisse. Deinde quamquidem inter n
gni nominis historicos & chronographos controversia n
piadis 87. annum 2. in primum hujus belli annum, & O
annum 1. in annum 28. belli, decim. sincidisse; sequen
bus nisi. I, Olympiadem 93. de qua lib. 1. rer. Græc. Xen
anno belli Peloponnesiaci conveni. e d cimus, non 20.
Xenophon affirmare videtur, cum po. Olympiadem 93
22. & 24. quasi illam consequentis. m. fac. at mentionem
primo historiarum, quas illo Olympiadis 93 anno prim
scribit, nulla fit ab Thucydide mentio; qui tamen ipse
annum belli narrat. II, Ephorum ibi Xenophon nom.
pum. at anno vigesimo non Evarchippum, sed Alexippid.
fuisse, non Thucydidis modò, sed ipsius Xenophontis, test
citur. Hic enim lib. 2. absoluta hujus belli narratione, on
Lacedæmoniorum, qui singulis belli annis præfuerunt
anno 20. Alexippidam ponit; at anno 24. hunc, in
Olympias 93. Evarchippum. Manifestum igitur, hanc
anno 24. convenire. Xenophontem verò historiam suam
ratè distinxisse, cujus. finem solum Thucydidis cum pri
phontis conferenti, facilè patebit. III, Cyri junioris adve
Artaxerxem expeditionem, anno 4. Olympiadis 94. facti
vita Xenophontis Diogen. Laert. uno anno videlicet ante
cratis. quem idem Laertius necatum scribit anno 1. Olymp

ertum igitur evadis, Olympiadem 93. in annum 24. belli, non
nire. Hinc retrò numerando, annus huius belli primus inci-
cundum annum Olympiadis 87.

ò, in primis Chronographiam confirmant, & in quem vel
dum vel ante Christum annum quælibet res gesta incidat de-
int, certissimi omnium temporum characteres Eclipses. Tres
ucyd. duas Xenophon tradiderunt. Nunc si his similes cal-
ronomico investigentur: non modò omnes præclarè nostram
graphiam confirmant, sed & nullæ aliæ vel anteà vel pòst Ecli-
rehendantur, quæ & ipsarum intervallis & durationis ma-
ne, annique & diei determinato tempore, ita historicis accura-
ndeant, ut hæ, quas illis Olympiadum & ante Christum annis,
lequenti Chronographia indicabuntur, factas Astronomica
monstrat. Maioris itaque perspicuitatis & cognitionis gratia,
deinceps persequemur.

clipsin Thucyd. lib. 2. in Sole, anno primo belli, tempore æstatis,
scribit; non quidem totalem, tantam tamen ut stellæ quædam
posuerint, tempore pomeridiano. Huic egregiè consonat, quòd
abonnassari 317. die 28. Pharmuthi octavi mensis, hoc est, an-
ante Christum natum, die 3. Augusti, Sol defecisse in Græcia
rasur, digitis 9. cum dimid. à borea, hora (nostri horologij)
limid. pomeridiana. duratio fuit horarum 2. cum 2. quint.
m Sol occiderit ibi hora 7. patet eum ante occasum iterum re-
n fuisse: & magnitudo eius digitorum 9. cum dim. (vel pau-
maior) tanta est, qua aliquas stellas, maiores scilic. (non e-
it Thucydides, multas, vel omnes, sed aliquas (conspi-
sse non absimile veri est: ut Venerem ea die in 24. gradu Leo-
recturum in 20. gradu Virginis, quæ parumper meridianum
cul à Zenith prætergressa fuerat: Lyræ fidiculam, à meridie
rè orientaliorem, quanto Arcturus occidentalior fuit, &c.

Eclipsin in Sole, partialem, statim in principio anni octavi
elli, Thucyd. lib. 4. factam scribit. Huic optimè congruit, quòd
abon. 324. die 15. Chæac quarti mensis, hoc est, anno 424. ante
m, die 21. Martij, hora 9. cum quadrante ferè, ante meridiem,
ecit in Peloponneso, digit. 7. cum dim. à borea. duratio fuit
roximè 3. horarum.

Eclipsin in Luna, anno 19. huius belli, cladis Niciana inter
ssam, Thucyd. libr. 7. describit. Plutarchus mensem nomi-
tagitniona. Consensit, quòd anno 335. Nabon. die 27. Pachon
nsis, hoc est, anno 413. (bissextili) ante Christum, die 27. se-
28. Augusti, hora 9. cum besse noctis, defecit Luna Syracusis,
& 3 quint. duratio fuit hor. 3 & 2. sext. ferè.

IV. Ecli-

IV. Eclipſin in Luna, ann. 26. belli, ſub veſperem, Xenophon lib. 1 rer. Græ. prodidit. Anno igitur Nabonaſſ. 342. vel ante Chriſtum 406. Luna bis defeciſſe invenitur. Verbis autem Xenophontis magis convenit defectio prior: qua Luna defecit die 14. Tybi quinti menſis, vel 15. Aprilis, Athenis hora 9. cum quadrante, noctis, dig. 11. & 2. tert. duratio fuit hor. 3. cum 2. tert. Quòd verò præſens Eclipſis, non in 24. belli annum (ut Xenophontis ſententiam minùs accuratè ponderanti videri poſſet) ſed 26. incidat: patet tum inde, quòd nullam omninò anno 24. invenit calculus Eclipſin, at anno 26. duas; tum verò ex iis, quæ de Olympiadum & hiſtoriæ Xenophonteæ ordine paulò antè ſunt dicta. qui enim Olympiadem 93. in annum 24. belli incidere ex priùs dictis tenebit, is hanc Eclipſin, quam tertio Olympiadis 93 anno Xenophon aſſignat, anno 26. convenire non dubitabit.

V. Eclipſin in Sole factum, anno 28. belli Xenophon ſcribit. Ei convenit, quòd anno Nabon. 344. die 6. Paynidecimi menſis, horâ ſ. ante merid. defecit Sol à borea, dig. 8. cum 2. quint. duratio fuit hor. anno 404 ante Chriſtum natum die 3. Septemb. hora 8. cum dimid. 2. cum 3. quint.

Hæc hactenus ex Præceptoris mei M. Mæſtlini, viri doctiſſimi, calculo & demonſtrationibus, ſatis, ut opinor, Chronographiæ meæ præcipuam partem confirmantia, afferre viſum eſt. Plura de his & ampliora dare, nec inſtituti mei nec loci præſentis eſt. Non enim Chronologicum integrum opus, ſed hiſtoriæ huic ſatis convenientem Chronographiam, edere animus fuit. Nunc rem ipſam aggrediamur.

CHRO-

Anni Iuliani ante Christum natum.

CHRONOGRAPHIA IN HISTORIAM THVCYDIDIS.

1560 CECROPS REX PRIMVS Athenienſium, regnavit annos 50. Euſebius. Hic populum Atticum ſparſim habitantem in duodecim pagos ſeu oppida coegit. Euſeb. Thucyd lib. 2. pag 69.

1523 Hellen Deucalionis filius, à quo Græci Hellenes primum dicti ſunt, his temporibus vixit. Euſeb. Thucyd. lib. 1. pag. 2.

1515 Moſes populum Hebræum duxit ex Ægypto. Exod. 13.

1475 Ioſua Hebræos duxit in terram ſanctam. Ioſ 10.

1401 Erechtheus ſextus Athenienſium rex, ann. 50. Euſeb. Thucyd. lib. 2. pag. 69.

1324 Pelops præfuit Peloponneſo, imperavitq; ann. 59. Euſeb. Thucyd. lib. 1. pag. 5.

1309 Euryſtheus Mycenarum rex imperavit ann. 45. Euſeb. Thucyd. lib. 1. pag. 5.

1264 Atreus Mycenarum rex, ann. 65. Euſeb. Thucyd. lib 1. pag. 5.

1252 Minos mari potens fuit. Euſeb. Thucyd lib. 1 pag. 34.

1236 Theſeus decimus Athenienſium rex, ann. 30. Euſeb. Thu. l. 2. p. 69.

1199 Agamemnon Mycenarum rex, ann. 18 Euſeb. Thuc. l. 1. p. 4. 5.

1192 Græci, duce Agamemnone, Troiam obraptam ab Alexandro Helenam bello petierunt. Euſeb. Thuc. lib 1. pag. 4 5. 6.

1182 Troia à Græcis expugnata. Euſeb. Thucyd lib. 1. pag 6.

1181 Troiani quidam profugi Erycem & Egeſtam Siciliæ urbes condiderunt. Dionyſ. Hal. lib. 1. Thucyd. lib. 6. pag. 260.

1178 Simſon, vir animi corporiſq; robore præpollens, præfuit Hebræis. Iud 15

1122 Bœoti Cadmeidem regionem, quæ deinceps Bœotia dicta, occupârunt. Thucyd. l. 1. p. 6. 7.

1119 Samuel Propheta adminiſtravit Remp. Hebræorum. Act. 13.

1102 Dores ducibus Heraclidis Peloponneſum occupârunt. Th. l. 1 p. 7.

1091 Codrus ultimus rex Athenienſium, ann. 21. Euſebius.

1078 David rex Hebræorum regnare cœpit Hebrone. 2. Reg. 5.

1070 Sublata apud Athenienſes regia poteſtate, Prætores deinceps, quos Archontes appellârunt, Reipub. præfuerunt. Euſeb.

1038 Salomo rex Hebræorum, ſapientia clarus. 3. Reg. 11.

1036 Siculi circa hæc tempora ex Italia in Siciliam venientes eam de ſuo nomine Siciliam appellârunt. Thuc. l. 6. p. 26.

Reſta

Olymp. anni	Ante Christ.	
		uſque penetravit, urbem deſertam à civibus incen
		autumni denique tempus ad Salaminias anguſtia
		maritima pugna ſuperatus, aufugit; Mardonio in C
		terreſt ib. copijs relicto. Euſ. Her. l. 7. & 8. Thuc. l. 1.
		paſſim.
		Eodem anno Carthaginenſium ingens exercitus, q
		Eto cum Xerxe, duce Amilcare, in Sicilam miſeran
		ad internecionem deletus eſt. Diod. l. b 11.
	479	Mardonius cum reliquo exercitu ab Græcis, duc
		ad Platæas deletus. Her. l. 8. Th. l. 1. p. 10. l. 2. p. 93.
—		Eodem die ad Mycalen Perſæ à Græcis ſuperati.
2		Thuc. l. 1. p. 37.
		Seſtum per hyemem Græci expugnant. Thuc. l. 1.
—		Athen. urbis ſuæ mœnia inſtaurant. Thuc. l. 1. p
	478	Sol defecit, dig. 10. à hor. 17 Febr. hor. 1. poſt me
3		Themiſt. Piræum munit, rem navalem inſtrui
	477	prum oppugnant, Byzantium capiunt. Iones alijq
—		cietatem Athen. veniunt. Lacedæmonij Pauſaniam
4		nem necant. Thuc. l. 1. p. 39. 40. 52.
	476	Anaxilas Rheginorum tyrannus mortuus, cùm r
76 1		18. Diod. lib. 11.
		Lacedæmonij bellum Athenienſib. ob motus imper
—	475	ri, conſilio Hetæmaridæ perſuaſi deſiſtunt. Diod. l. 11.
2		Themiſtocles oſtracismo primùm Athenis pulſus
—	471	nè à civibus damnatus, ad Perſas confugit. Diodor. l
77 2		lib. 1. p. 56.
	470	Cimon Athen. dux Eionem Scyrumq; capit. Th. l.
—		thenienſes Caryſtios in Eubœa & Naxios rebellante
3		Thuc. l. 1. p. 41.
		Cimon perſas ad Eurumedontem fluvium terra
		cit. Diod. l. 11. Thuc. l. 1. p. 41.
	465	Xerxes ab Artabano peremptus. Succeſſit ei
—		Longimanus rex V. Perſarum: qui tamen iamp
78 4		Græcam expeditionem cum patre cœperat imperar
		Etum, ut Thuc. Themiſtoclem ad Artaxerxem reg
		ſcribat.
		Thaſios rebellantes bello perſequuntur Athen. Th.
		Novem vias coloni miſſi à Thracib. delentur Th. l. 1
—		Terræmotus ingens Spartam concuſſit. Meſſenij H
	464	Lacedæmonijs defecerunt. Eos Ithomen compulſos a
		Lacedæmonij obſederunt. Thuc. l. 1. p. 42.
79 1		Mycenæ ab Argivis everſæ Diod. l. 11.

Olymp. uni	Ante Christ.	
	462	Thasij ab Athen. subacti. Thuc. l. 1 p. 42.
2	462	Athenienſium ab Lacædemonijs accita auxilia contumelioſè dimiſſa ſunt. Itaq; Athen. relicta ſocietate Lacedæm. cum Argivis Theſſalisq; fœdus inierunt. Thuc. l. 1. p. 42. 43.
3		Megarenſes ab Athen. defecerunt. Thuc. l. 1. p. 43.
0 1	460	Athen. Ægyptijs rebellantibus contra Perſas auxilia miſerunt. Thuc. l. 1. p. 43.
2	459	Athenienſ. terra à Corinthijs & Epidaurijs ad Halias victi, eosdem mari ad Cecryphaleam vincunt. Dioder. 11. Thuc. l. 1. p. 43.
3	458	Athen. Æginetis bellum intulerunt: Corinthios ad Megaram clade affecerunt: longos muros ad mare duxerunt. Thu. l. 1. p. 43. 44.
		Eſra ab rege Perſarum ad Remp. templumq; Iudæorum inſtaurandum miſſus. Euſeb.
4	457	Laced. Doribus contra Phocenſes auxilio ſunt: Athenienſeis ad Tanagram acie vincunt. Thuc. l. 1. p. 44.
		Athenienſes Bœotiam occupant: Æginetas bello victos ſub iugum mittunt. Diod. l. 11. Thuc. l. 1. p. 45.
1 1	456	Tolmidas dux Athen. Peloponneſum claſſe circumit: navalia Lacedæmoniorum incendit: Sicyonios prælio vincit: Naupactum capit. Died. l 11. Thuc l. 1. p. 45.
2	455	Megabazus Perſa Athenienſes & Ægyptios acie victos, in Proſopitide obſidet anno uno & ſex menſibus. Thucyd. lib. 1. pag. 45.
		Itheme ab Lacedæmonijs decimo anno expugnata: Meſſenijs inde pulſis Athen. Naupactum habitandam dederunt. Thuc. l. 1. p. 43. 44.
3	454	Athen. ſexto anno ex Ægypto ab Perſis eiecti. Thucyd. l. 1 pag. 45.
4	453	Legati ab Roma Athenas miſſi ad leges Solonis deſcribendas: unde legib. XII. tabularum principium ortum. Euſ.
2 1	452	Athen. in Theſſaliâ terra, mari in Peloponneſium & Acarnaniam duce Pericle, expeditionem faciunt. Th. l. 1. p. 45. 46.
3	450	Athenien. cum Peloponneſijs in annos 5. fœdus icerunt: in Cyprum Cimone duce ducentas naves miſerunt. Diod. l. 12. Thuc. l. 1. p. 46.
4	449	Moritur in Cypro Cimon: victores Athenienſes domum revertuntur. pacem inde cum Perſis faciunt. Diod. l. 12. Th. l. 1. p. 46.
3 3 1	448	Lacedæmonij bellum ſacrum geſſerunt. Thuc. l. 1. p. 46.
2	447	Athen. ad Coroneam cæſi, Bœotiæ poſſeſſionem amittunt. Euſeb. Diod. l. 12. Thuc. l. 1 p. 46.

Olymp. anni	Ante Christ.	
		Eubœam rebellantem Pericles domuit. Thuc. l. 1. p.
		Lacedæmonij, duce Pleistoanacte, Atticam popu
		Thuc. l. 1. p. 46.
—	446	Fœdus & pax in annos 30. facta inter Lacedæmo
3		Athenienses. Euseb. Diod. l. 12. Thuc. l. 1. p. 47.
	440	Samios desciscentes Pericles post nonum mens
85 1		git. Thuc. l. 1. p. 47
—	436	Amphipolis ab Agnone condita, Thuc. l. 4. p. 202.
4		Corcyræi Corinthios, qui illis Epidamnum ad
	433	prælio vincunt: Epidamnum obsidione capiunt. Thu
86 4		Athenienses Corcyræos, auxilium contra Corin
	432	ploranteis, in societatem recipiunt: & cum eis in Co
		pugnant. Thuc. l. 1. p. 20 & seqq.
